

Del collegio de la Compañia de Ihs de Gran. B.
IOANNIS

CLIMACI AB

BATIS MONTIS

SYNAI,

SCALA PARADISI.

R-8719

Item,

SOPHRONII, PATRIARCHAE

Hierosolimitani, pratum spirituale.

*Omnia ex Græco ab Ambrosio Camaldulensi mona-
cho latina facta.*

Ab innumeris mendis vindicata, & breuibus annota-
tionibus opera Michaelis Iseltij illustrata.



*conregido cufo
me al expurgar
del año de 1682*

M. de la Cruz

COLONIAE,

In Officina Birckmannica.

M. D. LXXXIII.

Cum gratia & privilegio S. Caf. Maiest.

BIBLIOTHECA
570

BIBLIOTHECA
G. N. A.



Del collegio de la Compañia de Jhs de Gran. Bdo.

IOANNIS

CLIMACI AB

BATIS MONTIS

SYNAI,

SCALA PARADISI.


Item,

SOPHRONII, PATRIARCHAE

Hierosolimitani, pratum spirituale.

*Omnia ex Graeco ab Ambrosio Camaldulensi mona.
cho latina facta.*

Ab innumeris mendis vindicata, & breuibus annotationibus opera Michaelis Iseltij illustrata.



corregido conforme al expurgo del año de 1632

M. de Medina

COLONIAE,

In Officina Birckmannica.

M. D. LXXXIII.

Cum gratia & privilegio S. Caf. Maiest.

VENERABILI
DOMINO MERITO A-
MANTISSIMO PATRI MAT-
thæo. Ambrosius humilis mona-
chus Salutem.



HORTATUS es domine aman-
tissime, & merito venerabilis pa-
ter, vt fratrum nostrorum com-
modis consulens, beatissimi viri
Iohannis (cui ob insignem puto e-
ruditionem Climaci cognomen
fuit) opus illud egregium, in quo totius Monastica
perfectionis norma rectissime traditur, meo labore
& studio in Latinum noua traductione conuertere.
Aiebas enim priorem illam interpretationem tibi
parum satisfacere, videriq; ad intelligendum diffi-
cillimam. Difficultatis ipsius causam prudentissime
coniciens, quod is, scilicet qui prior transtulit, qui-
sung; tandem ille fuerit (nam temere id definire no-
audeo) nimium inhaesisset literæ. atq; contra vete-
rem eruditorum præcepta, de verbo ad verbum tran-
sulisset. Expectabasq; à me, vt sensum illius viri
apertius atq; lucidius promerem, id ego negociumi,
& si præterquam erat laboriosum, plurimorum et-
iam patere moribus non ignorabam, (Neq; enim
deerunt, qui me super suum quendam, & quod gra-
tius senat, arrogantem & temerarium insument)

qui post priore illum interpretem, quem affiat ^{et} spiritu sancto id opus transtulisse, pertinacius fortasse quam consideratius, asseuerabunt, denuo transferre ausus sum. Ne tamen reuict ad o diu criminis in te fuisse, ne se fratrum nostrorum, qui id tecum audissemè expectant, quiq; mihi vita mea chariores sunt, votis deessem, fretus orationib. atq; aut horitate tua, me totum ad obtemperandum contuli, ipsumq; opus ex integro conuertì, prioris illius interpretis vestigia omnino deserens, sensum eius lucidè, quantum pro ingenij tenuitate licuit, exprimere conatus. Sane illiusmodi hominibus qui labore hunc nostrum, siue charitatis instinctu mihi à vanitate metuentes, siue stomacho suo seruietes, inutilem & minime necessarium dicturi sunt, pro me ipso respondebis. Aequissimum enim meo quidem iudicio videtur, ut tibi curam hanc totà respondendi permittam, qui me ad id opus vel iubetis imperio, vel affectu bladietis hortatus es, ut scelus maximum eximarem votis tuis diutius reluctari. Sciat tamen qui erūt ad vituperandū promiores, me nō sine ratione hoc fecisse. Cum enim sum (q; ingenue ac libenter confitebor) iuris tui, quid mihi minus integrum esse poruit, quā non dicā iustioni, sed vel voluntati tuae contradicere? Aut igitur isti, quid sit virtus obedientiae ignorant, aut calumniari irrationabiliter videntur. Præterea traductionem illam esse obscurissimam, ne ipsi quidem negabunt. Quod ergo crimen meum est, si quod ille obscurius transtulit, aperius ibi & alioquo etia latinus conuertere con-

atus sum? Porro q̄ fuerit ille interpretes eruditus, quid attinet dicere? Contendant isti peritissimū in vtraque lingua extitisse. Ego ab illis longe dissentiens, in neutra satis peritū fuisse veraciter asseuerabo. Nā græca plerq; non recte intellexisse, cui libet eius lingua vel mediocriter perit ofacile constabit: & latina posuisse qui affirmat, sese imperitissimum esse haud obscure significat. Sanctissimum virū illum fuisse hi asserant, facile ac perlibenter consentiā. Non tamen quia sanctus fuerit, eruditū etia fuisse sequitur, atq; idoneū ad transferendum. Aliud enim sanctitas est, atq; aliud eruditio. Imo verò si sanctus fuit, ne id quidē tentare debuit, q; comode implere nō posset, neq; id onus subire, quod virium suarū excederet modum. Facit enim iniuriā doctissimo viro, qui illi imperitè ac rusticè loquentē reddidit. Sed hac fortasse liberius q; verecundia mea conuuluebat. Necessariū tamen ut reor à me dicta sunt, ne sine causa me transtulisse homines existiment. Habes Patet optime quid cuiusmodi hominibus (quantum ego arbitror) recte respondere possis. Tibi enim (ut dixi) extram ista delegavi. Reliquum est ut nos sicut verbis instruis, ita orationibus iuues, quo pelagus istius seculi vndosum, ac procellis saeuientibus inuicium, precum tuarum remigio tuto transire possimus. Sanctam venerandamq; canticam tuam Christus Dominus noster auro longiore tranquillam tueatur. Domine venerabilis ac merito desiderabilis.

IOANNIS CLIMACI

QPVS CVLVM, CVI TITVLVS

Climax, sive Scala paradisi.

VITA Iohannis Climaci, sub compendio à Daniele humili monacho conscripta.



Vanam hunc virum diuinum ciuitas tulerit, atq; ante coelestis militiae gloriosam exercitationem educauerit, non facile dixerim, cum id mihi non satis diligenter exploratum sit. Quenam vero modo ipsam ferat, aeternisque & immortalibus delicijs pascat, longe ante nos Paulus expressit. Est enim & ipse penitus coelestis illius Hierusalem effectus municeps, in qua Ecclesia primitiuorum est, quorum, inquit, conuersatio in caelis est, vbi spiritu purgatissima atque ab omni materia remoto, diuina insatiabiliter hauriens, pulchritudines inuisibiles contemplans, digna sudorum praemia recipit, laborumque mercedem quietissimam refert. Nam coelestis regni hereditate potitus, cum illis iam in aeternum tripudiat, iungitque laetitiam cum ijs, quorum pes stetit in directo. Quonam vero modo beatitudinem istam sibi comparauit, iam dicere instituit; Hic cum per aetatem corpoream sedecim ferme esset annorum, seipsum obtulit Christo sacrificium gratum atque acceptabile, monasticae vitae iugo colla subiiciens in monte Syna, eo puto consilio, vt ipsa visibilis loci commemoratio admonitus, ad inuisibilem deum facilius dirigeretur & aptus perduceretur. Atq; peregrinationem vt intellectualium adolescentularum magistram in primis ad-

mauit,

VITA IOHAN. CLIMACI. ¶

mauit, per quam turpi, & noxia confidentia omnino reiecta, humilitate honestissima assumpta, daemone illum, à quo nonnunquam, vt nobis ipsi placeamus nobisque; confidamus inducimur, à se penitus eliminans, ab ipso quoque cordis aditu reiecit. Inclinaus vero ceruicem, & confidens in domino, ac ei qui se susceperat patri veluti optimo cuidam gubernatori se totum mittens, altissimos atque sanctissimos vitae praesentis fluctus sine periculo traiecit. Adeo vero perfectio mundo propriisque voluntatibus mortuus erat, vt in expertem rationis ac voluntatis animam quandam habere videretur, atque proprietate naturali omnino liberatam. Idque cum ante hanc coelestem simplicitatem mundanae sapientiae non fuerit imperitus, sane mirabilius est. Philosophiae enim tumor, à Christi humilitate, vt plurima alia, longe remotus est. Decem igitur & nouem annis ita conuersatus est, ac beatae subiectionis exemplar omnibus factus, cum is qui se exercuerat senior sanctus migrasset ad Christum, & ipse ad vitae solitariae studium egredietur, illius orationibus vitam potenteris fruetus ad destructionem munitionum Sathanae. Quinto autem ab ecclesia lapide palaestrae suae domicilium constituit, loco cui Tholas nomen est. Ibique quadraginta annos summa animi magnanimitate & alacritate transegit, ad entissimo amore ac diuinae charitatis igne semper restuans. Iam vero quis possit, quantos illic pertulit labores, digne aut verbis, aut plausibus profleui. Quomodo enim id efferri in lucem poterit, cum omnis eius labor clam & sine arbitrio exactus sit? Veruntamen ex primitiis quibusdam & velut praevijs occasionibus beatissimi viri sanctam vitam institutum audiamus. Edebat quidem ex omnibus, quae sibi per professionis suae votum e-

A 4

dicere

dere licebat, sed modice omnino, ut & ex hoc factum atque elationis cornu sapientissimè deiiceret: breuitate quidem victus insanam gulæ rabiem penitus affligens, atque illi per inediam clamans, tace, obmutesce, & ex omnibus modice gustando tyrannidem inanis gloriæ sub iugum mittens. Sollicitudine præterea & raro hominum congressu fornacis huius flammam, luxuriam scilicet, a deo extinxit, ut omnino obstructa sedaretur, nullasque molestias irrogaret. Cupiditatem vero (quam idolorum venerationem Apostolus esse diffiniuit) misericordia Dei rerumque exiguitate fortissimè fortis iste superauit. Acediam vero animique desidiam (quam merito iugem animæ mortem dixerim) mortuis memoria iugique pietatis exercitatione detiuit. Cumque nullius mortalis rei affectione teneretur, æternorumque solum sensu pascetur, noxiæ tristitiæ liber euasit. Inacundiæ vero tyrannidem in seipso per obedientiæ gladium occiderat. Raro præterea congressu corporis rarioreque usu sermonis, inanis gloriæ sanguinitam araneæ simillimam mortificauit. Quid octauæ vitæ supremam diligentissimamque emundationem superbiæ scilicet profequar, quam cepit quidem per obedientiæ mansuetudinem nouus hic Beſeleel, perficit vero cœlestis Ierusalem dominus, præsentia sua adueniens, humilitatemque aduersus illam exaltans, qua sine diabolum, eiusque conformem classem destrui possibile non est. Vbi vero in huius coronæ contextu ponam lachrymarum illius fontem? rem quidem raram, & quæ in multis non facile inuenitur, quarum hodie superest secreta officina, spelunca breuissima in extremitate quadam, ad radicem montis posita, tantumque ab illius, atque

omni

omni alij cellula remota, quantum ad obseruandas gloriæ inanis aures satis esse videbatur. Ad cœlum verò vsque gemitibus, suspirijs, singultibus precibusque & eiusmodi reliquis, quæ ab his fieri solent, qui gladijs cauterijsque punguntur, & quibus effodiuntur oculi, perstringens, Somniq; tantum capiebat, quantum sufficere posse arbitrabatur ad seruandam animi intellectusque substantiam, ne per enormitatem vigiliarum contabesceret. Ante somnum vero ut plurimum orationibus vacans, libellos etiam conscribere solitus erat, quo solo opere acediæ languorem à se fugabat. Porro cursus eius omnis perpetua erat oratio, amorque incomparabilis ad Deum, hunc enim die noctuque mundissimo castratis speculo intuens, satietatem vllam capere nolebat, imo verò (ut magis propriè eloquar) non poterat. Huius aliquando diuini patris vitam imitari cupiens, eiusque disciplinis imbui, atque ab eo veræ Philosophiæ elementa percipere, quidam ex his que vitam solitariam delegerat, Moyses nomine, pirosque sanctorum patrum precatores exhibuit, per quos ut se in discipulum susceperet, summis precibus orauit, Igitur illorum precibus fretus, à sancto viro ut optauerat susceptus est. Huic aliquando sanctus pater præceperat, ut quodam ex loco pinguis glebæ materiam conueheret, pro latiori hortuli ortumque cultura. Perueniens igitur Moyses ad denotatum sibi locum, quod iussus fuerat in pigre exequabatur. Sed cum iam meridianum tempus adesset, & solis incendio fornacis in more locus ille ignesceret, (erat enim mensis Augustus) visus Moyses, & ex transuersione fatigatus, aliquantula requie opus sibi esse decernit, atque sub immanis saxi umbra seipsum dimittens obdormire cepit. Sed elementissimus Deus fideles seruos suos in nullo

A 5

CONTIN.

Contristari pei mittens, cū iam periclitaretur Moyses, consueta illum misericordia hoc modo præoccupat. Magnus hic pater postea Iohannes cum in cellula sua degeret, sibi ipsi & Deo ut cōsueuerat vacans, in somnum quandam tenuissimum incidit, viditque per visum virum quandam angustiore facie & habitu se excitantem, somnosque sibi exponēntem, ac dicentem: Tunc Iohannes ita secure obdormis, & Moyses periculo proximus est? Citius itaque euigilans oratione statim armatur pro discipulo supplicans. Quem postmodum ad vesperam reuertentem, interrogat num aliquid sibi aduersum atque insperatum contigisset? Tunc ille: Saxum inquit miræ magnitudinis parum absuit quin me demoliretur & penitus contereret, cum sub illo profunde obdormirem, nisi vocem tuam me audire existimans, ex loco concito saltu timore plenus desissem. Quo facto continuè saxum illud e ripa euulsum ac terræ affixum conspexi. Quo audito, vir dei vere mente humilis, nihilque ex his quæ viderat & audierat discipulo annuncians, occultis clamoribus & intimæ charitatis vocibus hymnum dicens, gratias vberimās retulit Deo. Erat etiam vir sanctus occultorum vulnerum medicus. Monachus enim quidam Isaac nomine, quum aliquando graui carnis æstualet incendio, cursu ad illum peruenit, vndiq; mœrore circumfusus, interestinumque bellum singultibus & lacrimis patefecit. Eius itaq; fidem & humilitatem vir Dei admiratus, blande his vocibus consolatur dicens: Stenue, inquit, ambo ad orationem sui, & omnino clemens & misericors Dominus preces non despiciet nostras. Quod quum factum fuisset, necdum oratione completa, adhuc prono in faciem infirmæ fratris prostrato, voluntatem serui sui Dominus fecit, vt

cit, vt ex hoc Prophetam suum vera dixisse ostenderet. Serpensque carnis estugit flagellis intentissima orationis edomitus. Porro is, qui haftenus fuerat eger, liberatum se ægritudine conspiciens, omni que iam huiusmodi perturbatione curatū, obstupuit valde, deoq; & inclito eius famulo gratias retulit. Cum verò præterea hic venerandus pater verbo gratiæ ad se venientes affatim exaciaret, ac doctrinæ fluente largissimè profunderet, maligni quidam homines inuidiæ facibus inflammati, tantamq; frugem, quanta ex illius doctrina gignebatur cohibere molientes, loquacem illum ac nugacem vocare cœperunt. Quod ille animaduertens, cunctaq; in eo, qui se confortabat Christo posse edoctus, nec solum per sermōnis exhortationem, eos qui ad se vtilitatis suæ causa veniebant erudire volens, sed multo potius per silentium & per operum Philosophiam, vt sicut scriptum est, abscinderet quærentium occasiones, vsq; ad certū tempus tacere instituit, mellisiluumq; doctrinæ fluium compescere. Satius esse & melius existimans hoc interim detrimento affici studiosos bonorū amatores, quibus fortasse per silentium amplius profuturus erat, quàm ingratos illos iudices amplius irritari, ne vltinius eorum malitia & malevolentia excreceret. Quocirca & illi reueriti humilitatem ac modestiam viri, consensiq; quod sibi eiusmodi vtilitatis fontem obturauerant, quantiq; detrimenti omnibus extiterant, ad virum supplices adueniunt, doctrinæque sermonem communi voto cum alijs exposcunt. Cessit igitur statim, vt qui contradicere non norat, & denuò prioris status arripuit normam. Cum igitur ita bonis omnibus excelleret, vt similis inueniri nō posset, vno simul omnes voto vnoque affectu, tanquam no-

num quendam Moysem inuitum illum, ad fratrum magisterium & regimen assumpserunt, lucernam (ut ita dixerim) super principatus candelabrum eleuantem: oprimi sane talium iudices, nec spe sua frustrati sunt. Ascendit enim & ipse ad montem, sacratamque cauginem subiens, Dei manibus conscriptam legem suscipit, Dei que contemplatione fruens, & intellectualibus gradibus scandens, verbo Dei aperuit os suum, & spiritum attrahens, exruatit uerbum bonum de bono thesauro cordis sui. Sic igitur impleuit finem uisibilis uite in principatu Israelitarum monachorum, in hoc solum a Moyse differens, quod supremam Hierusalem summa facilitate conscendit. Ille enim nescio quomodo, etiam terrena frustratus sit. Attestantur autem his que diximus, quotquot per eum spiritus sancti eloquijs & gratia potiti sunt, plurimique ex his eius gratia saluati sunt, hodieque saluantur. Testis optimus sapientis huius salutis, simulque sapientie nouus Dauid. Testis item & pastor noster optimus Ioannes, a quo magnus ille exoratus de Synai monte ad nos usque anime cognitione descendens, ueluti nouus aliquis Dei speculator, suas a Deo tabulas inscriptas ostendit nobis: extrinsecus quidem actiue uite intrinsecus uero contenta platiue doctrinam continentes.

EIVSDEM VITA EX
Ioanne Tritthemio de-
sumpta.

IOANNES Climacus, quod Latine sonat
sciaasti us, Abbas montis Synai, vir in diuinis
Scripturis studiosus & c. uditus, ingenio excel-
lens,

lens, mitis & humilis, uita & conuersatione deuotus: que sancti illius, cum adhuc sexdecim esset annorum, mundum cum suis oblectamentis deseruit & in dicto cenobio monachum se fieri instatissime petiit, & obtinuit. Deinde post annos decem & nouem, cum iam solitarius pugnare & vincere se undum regum monachorum didicisset, cum licentia Abbatis sui eremum petiit, in qua multis annis in omni sanctitate solus cum Deo habitauit. postremo cum uita eius sanctissima omnibus innotuisset, unanimi omnium consensu in Abbatem eligitur, & renitens, ad cenobium reuocatur. Scripsit ad Ioannem Abbatem de Raythu opus celeberrimum, & pro institutione monachorum ualde accommodum, habens sermones triginta, quod prenotatur.

De triginta gradibus lib. 1. A bono & superbono.

Ad Pastorem, Sermonum lib. 1. In inferiori libro.

Epistolas plures ad monachos lib. 1.

Et quedam alia

In quibusdam locis, maxime ubi de hominis spiritualis mortificationis impari bilitate tractat, a modernis Theologis reprehenditur, sicut apud Ioannem de Gerson in certis tractatibus inuenitur.

Claruit circa tempora Constantini, Constantij & Constantis, fratrum, Imperatorum, qui regnauerunt Anno Domini, 346.

EPISTOL.

14

EPISTOLA IOANNIS AB.

BATH RAYCHV, AD IOAN-
nem Abbatem montis Synai,
cognominatum Cli-
macum.

Domino singulariter mirabili, aequali Angelis,
patri patrum, & doctori eximio, Ioanni Ab-
bati montis Synai, Ioannes peccator, Abbas Raychu
in Domino salutem. Agnoscentes nos à perfectione
longius remoti, tuam discussionis gnaram singulã-
remq; ac virtutibus ceteris ornatam obedientiam,
in ea præferri parte, in qua te cū taletō tibi à Deo
tradito lucrari conuenit, huiusmodi supplicatione
vrimur, Prophetici illius dicti memores: Interrogā
patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos: et
dicent tibi. Quocirca tibi, velur communi omnium
patri, cunctisq; in exercitacionis lucta seniori, men-
tisq; acuminis ac virtutibus omnibus & perfectione
doctrinæ præditi, per nostras literas procidimus, vir-
tutumq; tuarum culmen exoramus, vt nobis impe-
peritis ac rudibus ea præscribas, quæ in diuina specu-
latione, sicuti ille olim Moyses, in hoc ipso monte vi-
disti, ac veluti tabulas quasi lam diuinitus scriptas
librum ad nos à te dimittas, atq; in doctrinam nouā
Israeli proponas eis, scilicet, qui perfectè atq; inte-
grè de spiritali Aegypto atque vitæ huius mari ex-
ierunt. Sicut igitur deiloqua lingua instar virgæ
fretus mirabilia in mari gessisti, ita nunc quoq; exo-

Dist. 3.

ratum

VITA IOANNIS CLIMACI. 15

ratus, ne declines monastica perfectioni congruen-
tia, vt es reuera summus magister, impigrè summa-
quæ cum moderacione describere in salutem & con-
solacionem omnium, qui sanctam hanc atque Euan-
gelicam conuersationem elegere. Neque assentandi
gratia istud à nobis dici arbitraris. Nōsti quippe &
sanctum caput, istiusmodi adulationes alienissimas
esse à proposito atq; instituto nostro. Sed illud nos di-
cere existima, quod certissimè omnes & vident, &
intelligunt & dicunt. Idcirco confidimus in Domi-
no citò suscipere atq; complecti, quod speramus in-
sculptos tabulis venerandos apices, quibus hi vera-
citer ducantur, qui sine errore sequi eos cupiunt ac
veluti quandam scalam vsq; ad cali ianuas erectā,
eosq; qui cupiunt ascendere innocuos illasq; per-
ducentem transcendentem liberè, & absque vllō im-
pedimēto spiritalia nequitia & mundi, rectores te-
nebrarum, & principes aeris. Nempè enim, si Iacob Gen. 28
ille pastor ouium cum esset, ad eodē terribilem scalam
in visione cōspexit. multo profectò magis rationabi-
lium pecorum magister non visione solum, sed veri-
tate quoq; ascensum ad Deum tutum: & er-
rore omni liberum ostender. Vale

in Domino charissimè ac ni-

missim venerande

pater.

IOAN.

gaudere.

A Accepi conuenientissimam honestissimo tuo atq; impassibili instituto, mandoq; & humilicordi, quam ad nos pauperes & virtutibus inopes scripsisti, venerandam epistolam tuam: imò verò præceptum ac vires nostras excedentem in suone. Tuum enim erat reuera, tuum tuasq; sancta anima proprium, nobis rudibus verbo & opere imperitissimis doctrine atq; correctionis præcepta præscribere. Familiare enim tibi semper fuit, nobis per teipsam proponere humilitatis exempla. Sed nos, vt id fateamur, quod verissimum est, nisi metus & periculum esset iugum sanctæ obedientiæ, quæ virtutum omnium mater est, a nobis excutere, nunquam profecto ea, quæ supra vires nostras sunt, tentare ausisuissemus. Oportebat enim, o admirabilis pater, conueniensq; erat, hæc te ab illis potius quærere, qui ea iam dudum calluissent. Nos enim in discipulorum adhuc ordine annumerandi sumus. Quoniam verò Dei veri patres nostri, veracisq; scientiæ magistri, obedientiam diffiniunt in ijs rebus, quæ supra vires sunt, nihil discernendo obtemperare præcipientibus, imbecillitatem nostram pie oblitæ, ea quæ supra nos sunt auctacter tentare aggressi sumus. Non quidē vt aliquid, quod tibi profuturum sit, nos dicturos putemus, aut certè aliud explanaturos, quod ipse longe melius non no-

ris,

vis, quam nos, o diuinum sacramq; caput. Mihi enim persuasum est (pato autem, quod & prudentium singulis mundissimum tuamentis oculum, ab omni terrena & ten-brosa purificatum conspersione, libere & absq; vilius obicis retardatione diuinam intueri lucem, atq; ab ipsa omnino illustrari. Caterum (vt dixi) inobedienciæ notam reformidans, & veluti metu ad obediendum impulsus timore, simul ac desiderio tuæ sanctæ in sioni obtemperare institui, vt gratus obediens, atq; pætoris optimi inutilis filius, exili & admodum tenui scientiæ meæ gracilliq; oblatione, solo atramento simpliciter vinentiæ eloquia adumbrans. Tibi verò iam relinquens, o magistrorum summe & congregationis princeps, ista & ornare & clarius dicere, atque ea quæ desunt implere, tanquam seruatori spiritalis legis. Hunc tamen sane conatum nostrum non ideo misimus ad te, tanquam tibi futurum emolumento. Absit illi penitus hoc enim esset extreme dementiæ, cum ipse in Christo idoneus sis non solum alios, verum etiam et nos ipsos moribus sacris & doctrinis erudire. Sed illis vocare a Deo congregationi, quæ vna vobiscum abs te, doctoro optime, instituitur transfusimus. Quorum precibus, quasi quibusdam spei inlethualibus manibus imperitiæ mole leuatus, iamq; calami velum explicans, atque optime gubernatori nostro CHRISTO verbi gubernacula promittens, rotis omnibus fretus in sione tua, huius ad illos sermonis iam inuifacio. Obsecro autem omnes, quorum

B

tum

rum in manus liber iste venerit, vt si quid in illo vtile fortassis inuenerint, id optimi præceptoris nostræ esse non ingr. atè intelligant. Nobis verò solius contentus remunerationem à Deo donari intensissima oratione deposcant. Non his quæ dicuntur intendentes. Sunt enim reuera vilissima, atq; omni ignorantia & simplicitate plena. Sed propositum & alacritatem, vt illius ex Euangelio vidua suscipientes. Neq; enim numero & laborum multitudini Deus mercedem reddit, sed alacri proposito atq; feruentissima voluntati.

IN SCALAM IOAN. CLIMACI,

Carmen MICHAELIS Isektij
Amorfortij.

Quisquis ad æthereas ascendere nitens arces,
Hanc scalam assidua volue reuolue manu.
Quamuis immensum sit chasma, profundaq; abyssus,
Imas quæ terras inter & astra iacet,
Terrens tamen hanc gradibus superare licebit.
Quam breue tam longum gratia fecit iteri
In Synai data lex, Synaiq; è vertice legis
Vtilis interpres prodij ista κλιμαξ.
Quisquis ad hunc montem Climacum lecturus adibit:
Si monitus nudo non licet absq; pede.
Si secus accedas, nil hic mirabile cernes,
Omnia fordebunt vt malè culta tibi.
Solue prius soleas, dabiturq; videre tehouam,
Ardentemq; rubum, multiq; digna Deo.
Exue terrenos affectus, nubila mentis
Discute, purga animum qui legis istud opus.
Inueniesq; chrias tot quot tibi verba sonabunt
Tot sacros flores, quot tulit Hybla thymos

EORVM QVAE IN HAC
SCALA TRACTANTVR, IN-
dex summarius.

Præfatio Ambrosij monachi in translationem Ioannis Climaci in eum librum, qui climax, id est, scala dicitur.

Vita Ioannis Climaci sub compendio à Daniele monacho scripta.

Epistola Ioannis Abbatis Raichu ad Ioannem Abbatem montis Synai Climacum cognominatum.

Præfatio Ioannis Climaci in librum, qui Climax dicitur.

De inanis vitæ fuga, & abrenuntiatione terrenorum, Gradus	1
De vacuitate affectionum, Gradus	2
De peregrinatione & somnijs, Gradus	3
De B. semperq; memorabili obediëntia, Grad.	4
De sollicita & accurata poenitentia, Grad.	5
De memoria mortis, Gradus	6
De lectu gaudij opifrice, Gradus	7
De iræ vacuitate & mansuetudine, Gradus	8
De memoria iniuriarum, Gradus	9
De detractione, Gradus	10
De loquacitate, Gradus	11
De mendatio, Gradus	12
De acedia, Gradus	13
De famosissima ac nequam domina Gula, Gradus	14
De incorruptibili pudicitia & castitate, quæ mortales atque corruptibiles laboribus	
	R a sibi

sibi ac sudoribus quærunt, Gradus	15
De auaritia ac nuditate rerum omnium, Gradus	16
De insensibilitate videlicet mortificatione animæ & morte mentis, ante mortem corporis, Gradus	17
De somno, oratione & psalmodia in conuentu, Gradus	18
De corporalibus vigilijs, qualiter arripiendæ & exercendæ sint, Gradus	19
De ignaua formidine, Gradus	20
De multiformi cenodoxia, Gradus	21
De superbia, Gradus	22
De ineffabilibus cogitationibus blasphemie, Gradus	23
De mansuetudine & innocentia quæ sitis non naturaliter, Gradus	24
De victrice passionum omnium altissima humilitate, Gradus	25
De discretione cogitationum victiorumque, Gradus	26
De sacra corporis & animæ quiete, Gradus	27
De sacrarum virtutum matre, beata oratione, utque in ea sensibiliter ac actualiter assistatur, Gradus	28
De terrestri cælo beata tranquillitate & perfectione & resurrectione animæ, ante communem resurrectionem, Gradus	29
De vinculo trium principalium virtutum, scilicet dei, spei, & charitatis, Gradus	30

D. IOAN.

21

D. IOHANNIS CLIMACI DE INANIS VITAE FVGA, GRADVS PRIMVS.



VM summè incomprehensibilis atque incircumscriptæ bonitatis **DEVS** noster & Rex (Est enim conuenientissimum, ut ad Deiseruos loqui instituentes, à Deo ipso sumamus orationis exordium) cū-
 etas ab se conditas rationales creaturas, liberi arbitrij dignitate honorauerit; Alij quidem amici illius sunt. Alij vero fideles ac legitimi serui Quidam penitus inutiles. Alij vero ab ipso profusus alieni. Nonnulli vero quamuis imbecilles, tamen aduersarij. Et amicos quidem **DEI** propriè (O sacrum caput,) nos rustitiores esse arbitramur eas, quæ circa illum sunt **i.** intellectuales incorporeasq; substantias. Fideles autem seruos eos, qui sanctissime illius voluntati obtemperauerunt, & impigre ac infatigabiliter obtemperant. Porro inutiles seruos, quotquot diuino baptisinate dignati, pacta & conuenta cum illo legitime non obseruauerunt. Alienos vero adeo atque inimicos intellegimus, quoscuq; à recta fide deniassel cernimus. Hostes autem sunt **ij**, qui præcepta Dei non solū repulerunt, atq; à semetipsis abierunt, verum ees quoque validissime oppugnant, qui ea perficere contendunt. Quamuis igitur singulis, quos modo memorauimus, proprius & peculiaris debetur sermo, nobis tamen imperitis ad præsens de omnibus

prosequi vtile non est. Age, iam age ad eos 2. qui nos pio violentissimo charitatis iure subegerunt, & fideliter coegerunt fidelissimos Dei indignam manum nostram per obedientiam 3. indiffusam extendentes, & ab illorum scientia susceptum verbi Dei calamum 4. subtristi & perlucidæ humiliati intingentes, huncq; in illorum 5. lenibus & cādidissimis cordibus, velut in chartis quibusdam imo vero spiritalibus tabulis condentes, diuinaq; eloquia pingentes, hoc orationis nostræ initium sumamus. Omnibus qui voluntate & libero arbitrio vtuntur, Deus communiter proponitur: omnibus vita, omnibus salus, fidelibus & infidelibus: iustis, iniquis: pijs, impijs: vitiosis, vitijs carentibus: secularibus, monachis: sapientibus, rudibus: sanis, imbecillibus: iuuenibus, prouectionibus 6. non aliter q̄ infusio lucis, & solis aspectus, temporumq; vicissitudines. Neq; enim est personarum acceptio apud Deum. Impius est homo, igitur rationalis mortalisq; naturæ sponte vitam fugiens, creatoremq; suum qui semper est, veluti non esse existimās. Iniquus est, qui legem Dei ad intellectum suum malū violenter in torquet, & cum sit contrariæ hereseos Deo se credere putat. Christianus est, qui C H R I T Y M, quantum homini possibile est, imitari nititur verbis & operibus, & tota intentione animi in sanctam Trinitatem recte atq; incomprehensibiliter credens. Dei amator est, qui naturalium orantium rerum & earum quæ per leges sine peccato permittuntur particeps, bona quæ potest operari non negligit. Continens est, qui in medio tentationum & laqueorum versatur, moresque tranquillos, turbisq; ac tumultibus liberos, viribus omnibus imitari & assequi cōtendit. Monachus est ordo & status angelicus in corpore materiali & sordi

do con-

do consummatus. Monachus est, qui solū ad Deum acie mentis intentus, illum semper orat in omni tēpore, & loco, & re. Monachus est, perpetua naturæ violentia, sensuumq; vigilantissima & indefessa custodia. Monachus est castificatum corpus, expiatum os, animusq; semper diuino lumine irradiatus. Monachus est afflictus & mœrens animus, qui iugi mortis memoria, siue vigilans, siue obdormiens seipsum semper exercet. Mundi derelictio, est spontaneum odium abnegatioq; naturæ ex desiderio fruendi eis rebus, quæ supra naturam sunt, tāquam ex sua stirpe progenita. Quicumq; præsentis vitæ cōmoda sponte alacriterq; relinquunt profusus, aut futuri regni gratia, aut ex peccatorum multitudinis memoria, aut sola diuinæ charitatis causa istud faciunt. Porro si quis nulla ex prædictis intentionibus duce id faciat, huius irrationabilis est renuntiatio, veruntamen finem cursus qualem. cumq; inuenerit agonothesia noster optimus approbat. Imitetur is qui peccatorum suorum onus deponere festinat eos, qui extra ciuitatem ante sepulchra sedēt, nec desistat effundere feruidas & igneas lachrymarū guttas cordisq; tacitos mugitus, donec ipse quoq; venientē videat Iesum, lapidēq; nostræ cæcitatē a corde remouentē, & I. azarum animū, s. peccatorum vinculis liberantē: ministris angelis iubentem, soluite illum vitiorū nodis, & finite ad beatā placidamq; tranquillitatē ire. Sin vero alias fecerit, nihil omnino proficiet. Quicumq; ex Aegypto egredi Pharaonēq; cupinus effugere, prius Moytē aliquo ad deū, ac post deū mediatore nobis opus est, q̄ pro nobis medius inter actionē & contemplationē stans manus extendat ad Deū, vt hoc duce directi peccatorū trajiciamus mare atq; Amalech, vitiorū principē fugem⁹. Seducti igitur sunt q̄

B 4

sibi ipsi

sibiipsis confidentes, nullo sibi duce opus esse arbitrati sunt, & illi quidem qui ex Aegypto egressi sunt Moysen, qui verò ex Sodomis fugierunt angelum dei habuere ducem. Atque hi quidem qui ex Aegypto profecti sunt, eos significant qui animarum suarum morbos per medicorum curam & diligentiam sanare cupiunt. Qui vero ex Sodomis fugere, illos designant, qui quasi immunditiam corporis exuere votis omnibus desiderant. Quo circa angelus etiam videlicet æquali, vt ita dixerim, adiutore homine opus habent. Nam secundum vulueram putredinem peritissimo etiam artifice & medico egimus. Summa reuera violentia in defessisq;, & iugibus laboribus illi opus est, qui in cælum ascendere cum corpore nititur, idq; maxime in principio renunciationis suæ, donec mores nostri assueti voluptatibus, & cor nostrum hactenus sine doloris sensu, in amorè Dei, castitatisq; sanctificationem, per intentissimum luctum conuertantur. Labor enim reuera & ingès labor summusq; amaritudo proponitur, eis maxime qui negligentius affecti sunt, quod macello & voracitati assuetum canem nostrum, animum scilicet speculationis & castitatis studiosum, per simplicitatem & profundam iræ extinctionem, cautissimamque diligentiam efficiamus. Confidamus tamen quotquot vitijs pulsamur, etiam si nondum satis viriù cõtra hæc adepti sumus. Fideq; firmissima infirmitatem nostrã & animæ languorẽ Christo suppliciter confessione offeramus, & omnino ipsius adiutoriũ ultra merita nostra reportabimus, si tamen nosmetipsos iugiter in humilitatis profundum deiecerimus. Non ignorãt, qui ad honestissimum istud durumq; & arduum, sed leue certamẽ accedũt, qd in ignem insillire pergunt, si quidem diuini amoris

ignem

ignem in seipsis habitare cupiunt. Probet vero seipsum vnusquisq;, & sic de pane illius cum amaritudinibus comedat, & de calice illius cum lachrymis bibat, ne ad iudiciũ sibiipsi militet. Si non omnisq; baptisima consequitur saluus est, sibi bo reliqua. Cũ etia abnegabunt. Omnia irridebunt, vniuersa excutient, qui fundamentum optimũ iactare perguat. Porro fundamentum optimũ triplex est, tribusq; columnis fulcitur. Innocentia, ieiunio, & pudicitia. Oēs qui in Christo infantes sunt, ab his tribus incipiãt, atq; infantes per ætatem sibi ad exemplum sumant. Nihil in illis inuenitur callidum, nihil durum, nihil simulatum. Non auaritia insatiabilis, nõ venter in explebilis, nõ ardens in corpore libidinis cõmotio. Ceterũ secundũ escarum incrementa, fere etiam libidinis in cetera succrescunt. Odiosum sanè periculũq; plenissimũ est, ab ipso statim conflietus congressu lassescere luctãtem. Est enim futuræ necis non obstruendum argumẽtum. Erit nobis omnino perniciosa, forte, & validum renunciationis initium arripere, etiam si postmodum mollescere contingat. Anima enim quæ viriliter pugnare cõperat, rursumq; debilitata cesserit, antiquæ virtutis & studij memoria quasi stimulo quodam & flagello vulneratur, atque ex hoc nonnã plurimi pristinũ vigorem receperunt, prioresq; pennas resumpserunt. Quoties igitur anima seipsam prodierit caloremq; amabilem, ac beatissimum amiserit: inquirat diligenter qua ex causa id sibi contigerit, atq; aduertus illam bellum omne ac studiũ summis viribus resumat. Neq; enim poterit per aliam portam illum reuocare, nisi per quam egressus est. Qui ex timore initium renunciationis accepit rimiamati ardenti similis fortasse videatur, quod initio quidẽ ab odoris suauitate cõcepit, post-

B 5

modum

modum vero in fumum desijt. Qui vero ob mercedis spem: mola asinaria profecto est, quæ semper similiter mouetur. Qui autem ex diuina charitate seculo abrenunciat, ab ipsis statim initijs ignem promeruit, qui fortassis in syluam iniectus, rogam semper vehementiorē vterius exuscitat. Sunt nonnulli 8. qui supra lapides, lateres ædificant. Sunt itē alij 9. qui super terram columnas erigunt. Et sunt alij 10. qui cum modicū itineris pedibus fecerint, calefactis iam artibus & neruis, ocius postmodū proficiscuntur. Qui legit intelligat, quid sermo iste significet. Tanquā à Deo & rege nostro vocati curramus alacriter, ne si forte pauco tempore vixerimus, in die mortis infructuosi inueniamur, & fame pereamus. Ita Deo & domino nostro placere satagamus, vt regi suo milites. Nam post militiam tunc demum à nobis diligentissima seruitus exquiritur. Metuamus dominū, sicut metuimus bestias, Vidi enim viros furari cupientes, qui cū Dei metu à seclere non reuocarentur, canum latratibus perterriti statim reuersi sunt, quodq; Dei timor nō fecerat, id canum metus effecit. Diligamus dominū, sicut amicos colimus, vidi enim sæpe nonnullos qui cum deum suis secleribus ad tristitiā prouocassent, nullam reconciliationis curā habuerunt. Cum vero charos suos in aliqua vel leuissima re irritassent, omni industria, omni intentione, omni afflictione, omni confessione delicti per seipfos, per cognatos, per amicos, per munerum largitionem contra moliti sunt, vt illos in antiquam charitatem reuocarent. Prorsus verò in ipsis abrenuntiationis initijs non deficiamus in laboribus: nō sine labore & violentia & amaritudine virtutes operamur. Cum autem iam proficere cœpimus, sine mœrore vel certè cum minimo 11. mœrore exercemur. At verò cum

morta-

mortalis sensus noster penitus fuerit absorptus, atque ab alacritate nostra superatus, tunc iam cum omni eas gaudio & studio & desiderio & diuine charitatis flamma perficimus. Quanto sunt laudibus dignissimi, qui ab ipsis confestim initijs cum gaudio & alacritate summa virtutes omnes arripiunt, & dei mandata perficiunt: tanto sunt miserabiles æstimandi, qui cum in hac exercitatione diutius vixerint, ægre adhuc & cum labore eas subeunt, si tamen vel tandem subeunt. Ne illa quidem renūciationum genera vituperemus aut condemnem⁹, quæ casu fiunt. Vidi enim quosdam fugientes cum procedenti regi inuiti occurrissent, repente in illius obsequium atque inter illius milites esse ibi, regi-amque aulam vna ingredi, atque inter illius conuiuas numerari meruisse. Vidi semen in terram de agricolæ manu negligenter lapsum, fructum lætissimum ac plurimum tulisse. Sicut econtra etiam vidi nonnunquam in taberna medicorū quendā, alterius cuiuspiā necessitatis causā aduenisse, ibiq; medici solertia & comitate deprehensum, luminibus, suis iniectam amisisse caliginem. Sicque fit vt in plerisq; ea & firmiora sint, & magis rata quę inuitis accidunt: quam quæ illis ex sua sententia prouenerunt. Nemo pondus multitudinemq; peccatorum attendens, indignum se monastica professione dicat, nec se ita decipiat, vt seipsum humilem existimet, si vt fruatur voluptatibus, arduam virtutis semitam ingredi detractat, præterdens occasiones in peccatis. Nam vbi putredinis plurimum est ibi maxima medicorum arte opus est, vt ea putredo omnis depuretur. Qui enim sani sunt medicorum tabernas non adeunt. Si vocante nos terreno & mortali rege, & in suum obsequium militare nos iubete, nihil moraremur, neq; occasiones

quære,

quæreremus, sed omnibus dimissis illi summa alacritate pareremus: attendamus nobis ipsi cauemusq; diligenter, ne forte rege regum & domino dominantium & Deo deorum vocante nos ad celestem hunc ordinem, per nostram desideriam & negligentiam obtemperare recusemus, & postmodum ante tribunal illud horrendum inexcusabiles inueniamur. Fieri quidem potest, ut is qui seculi negotijs & ferreis curis se deuinxit, incedat, sed tamen non liberè. Nam & hi quorum pedes ferro compediti sunt, sæpè incedunt, & semper offendunt, vulneraque suscipiunt. Is quidem qui sine vxore in mundo degit, solis negotijs obligatus, ei similis est, cui ferreis nexib, manus circumligatæ sunt. Ideoq; si ad solitariam vel monasticam vitam currere voluerit, non prohibetur. Qui vero vxori coniunctus est, ei qui vincas habet manus & pedes similis videatur. Audiui ego quosdam in mundo negligenter permanentes dicere ad me: Quomodo possumus coniugibus vnâ cohabitantes, curisque reipublicæ circumuallati, vitam monasticam arripere Ad quos ego: Omnia, inquam, bona quæ facere potestis facite, maledicta in nullum iaciat, nemini mentiamini, furto abstinete, contra nullum eleuamini, neminem oderitis, ecclesias & collectas frequentate, indigentibus misericordiam præstate, neminem scandalizetis, alienis paricibus ne propinquetis, contentique estote vxorum vestrarum stipendijs. Ista si feceritis, non longe eritis à regno cælorum. Cum gaudio & metu ad egregium istud certamen accingamur, inimicos nostros nulla ratione formidantes, inuenietur enim illi, (& si non videantur à nobis), animarum nostrarum vultus. Et si illos viderint formidine contrahi vel immutari, contra nos acerbius armantur. Intel-

ligunt

ligunt enim versutissimi timorem nostrum. Magno igitur animo aduersus illos arma capiamus, contra eum enim, qui alacriter pugnat, nullus oppugnando preualet. Mira dispensatione dominus rudibus adhuc militibus suis bella temperauit, ne in initio statim prælij magnitudine deterriti ad seculum redirent. Quo circa gaudere in Domino semper omnes serui Dei, hoc in vobis signum primū supernè aduersum vos pietatis & charitatis, quod quæ ille vos vocauit agnoscentes. Et hoc item facere Deus sæpius agnoscitur. Cum enim fortes animas viderit ab exordijs, statim bello vehemētorum pulsari permisit, eas celeriter coronari cupiis. Abscondit Dominus à secularibus stadij difficultatē, imò verò facilitatē. Si enim hanc nouissent, nunquam profectò abrenunciasset omnis caro. Da labores iuuentutis tuæ Christo, & in senectute gaudebis super pacatissimæ quietis opibus: ea quæ in iuuentute cōgregauerimus, cū in senectute postea debiles fuerimus, nos nutriunt & cōsolantur. Laboremus iuuenes ardentè, curramus sobriè & vigilatè, mors enim incerta horis omnib, imminet. Hostes reuera nequissimos habemus, acerrimos, versutos, callidos, validissimos, nunquam dormientes, inuisibiles omni materiæ impedimento liberos, ignem in manibus tenentes, templumq; Dei per flammam, quæ in eis est, incendere omni studio desiderantes. Nemo cum iuuenis est, inimicos suos demones audiat, dicentis: Noli carnem tuam ita atterere, ne morbos & ægritudines incurras, vix enim reperietur hac præcipuè ætate, qui hanc mortificare delegerit, etiā si se multis & lautioribus priuauerit. Hæc enim sanè est demonis astutia, idq; nisi omnibus contendit, ut ingressum certaminis nostri mollem & negligentiam plenissimum

mum

mum faciat, finemq; post medium initio consecrati-
entē. Ante omnia istud & inquirent qui Christo
fideliter seruire cupiunt, vt loca, mores, sessiones,
ac studia, quę sibi ex patrum spiritalium sentētia,
& ex cognitione propria cōpetere prauiderint, eli-
gant. Neq; enim omnin̄ est in cōnobijs degere, at-
que eorum maximē, qui gulę illecebris pulsantur.
Neq; rursus omnium est vitę solitaria quietem
sequi, & eorum in primis, qui ad iracundiam pro-
cliuiores sunt. Vnusquisq; diligenter inspiciat cui
statu aptior sit. In tribus maximē principalibus
statibus monastica continetur vita.

In anachorecos.¹⁴ In vnus vel duorū contu-
bernio. In cōnobijs cum tolerantia cōmōtatione.

In anachorecos vel cessionis certamine & soli-
tudine. Ne declines: inquit Ecclesiastes, ad dexterā
vel ad sinistram, sed via regia ingredi.

Pron. 4.

Eccle. 4.

Medius enim prędictorum statuum aptissimus
plurimis fuit. Vt enim soli, inquit, quę niam si in
a. ediam ceciderit, aut somnum, aut desidiam, aut
desperationem, non est in hominibus, qui illū eri-
gat: vbi verō sunt congregati duo vel tres in no-
mine meo, ibi sum in medio eorū, ait Dominus.

Matth. 18.

Quis ergo est fidelis & prudens monachus? Qui
feruorem suum seruauit inextinguibilem, & indi-
es vsque ad finem vitę suę ignem igni adijcere,
feruorem feruori, desiderium desiderio, ac studiū
studio nunquam desijt.

Annotaciones in primum Gradum.

¹ Per intel. incorp. subst. Angelos intelligit. hi enim amici
Dei sunt, ipso Christo teste in parabola de oue perditā &
inuenta. Luc. 15.

² Monachos cōnobijs Raythu intelligit, qui auctorem ad
hoc opusculum conscribendum pia violentia coegerant.

³ Indiscuf.

³ Indiscussam i quę non discernit si possibile sit, quod in-
betur, an non.

⁴ Humilitatem dicit subtilitem, propter continuam san-
ctam tristitiā, quam generat in anima ex cōsideratiōne
proprie miserie. Per lucidam verō appellat eandem
propter lumen & cognitionem rerum spiritalium,
quę per Spiritum sanctum humilibus datur, superbis
negatur.

⁵ Lenia menachorum istorum corda vocat, propter
obedientiam humilem: & candida propter castita-
tem.

⁶ q. d. Sicut vnū est lumen idemq; affectus Solis om-
nibus, & vna susceptio & mutatio aeris omnibus com-
munis: Sic Deus communicat se omnibus indifferenter
qui ipsum querunt.

⁷ Durum & arduum Christianorum bellum nominat,
propter abnegationem sui ipsius & mortificationem
proprie voluntatis, omniumque membrorum, quam
requirit. Lene autem, quia gratia Dei & diuinum
eius auxilium Christiani militibus semper inuocatum ad-
est presentissimum.

⁸ Hi sunt, qui iacto optimo fundamento, paulatim in
virtutibus non quidem proficiunt, sed deficiunt, &
tandem sicut lateres in puluerem resoluuntur. Qui qui-
dem postquam aratro manum admoerint, respiciunt:
ideoq; apri non sunt regno Dei.

⁹ Hi sunt, quorum initium vel fundamentum molle
est, quam vt ingens magnarum virtutum aedifici-
um (quod superfluere conantur) portare queat. De
his duobus generibus illud Proverbiorum 20. dici po-
test: Hereditas ad quam in initio festinatur in fine be-
nedictione caret.

¹⁰ Isti sunt qui bono fundamento iacto, nō tamen sine ma-
xime molestijs et laborib; sed paulatim proficētes, chari-
tate diuina calefacti, magnos virtutū progressus sine vlla
difficul-

difficultate faciunt: Amanti enim nihil laboriosum, nihil difficile

11 *Vel certe cum minimo dicit: nā caro & affectus (quē sensualitatem vocant) p̄sensam adhuc cum dolore aliquo sentiunt.*

12 *Alia traslatio legit: Contenti v̄xoribus vestris.*

13 *Sine metu, legendum esse videtur: alij, non timentes inimicos legunt.*

14 *Anachoresis vitam solitariam, quam heremiticam cōmunitat dicunt, appellat.*

De vacuitate affectionum, Gradus II.

QVI Deum in veritate diligit, qui futuro regno per seui veraciter quærit, qui pro peccatis suis veraciter dolet, qui reuera supplicij futuriq; iudicij memoria tangitur, qui reuera metum mortis assumpsit, nihil iam in præsentī seculo diliget, nullius rei curis angetur, non pecuniarum, non prædiorum, nō parentum, non mundanæ gloriæ, non amicorum, non fratrum, nō vllius omnino terrenæ ac mortalis rei. Sed omnem huiusmodi affectum, omnem hanc rerum curam ab se excutiens & execrans, præterea & carnem suam odio habens, nudus, securus, impiger Christū sequitur, in cælum semper aspiciens, atq; inde adiutorium expectans secundum Dauid verba, dicentis: Adhæsit anima mea post te. Alteriusq; memorabilis viri sententiam, qui dixit: Ego autē non laboravi te sequens & diem aut requiem hominis non desideravi Dominē. Cōsuetudo sanè maxima est his omnibus, quæ prædicta sunt ommissis, post vocationem, qua non homo, sed Deus vocavit nos, alicuius alterius rei curam gerere, quæ nobis in hora vltimæ necessitatis videbitur obitus nostri prodesse non possit. Hoc enim est, quod dixit Dominus

*Psal. 6.
Ier. 17:*

dominus cōverti retro, nec inueniri aptum regno cælorum. Non ignorans dominus lubricum nostri tirocini, quodq; facile si secularium contubernio & familiari congressū vramur, rursus ad seculum conuertimur, ad quendam qui sibi dixerat: per mitte mihi vt abeam & sepeliā patrem meū, ait: Sine mortuos vt sepeliant mortuos suos. Solent dæmones cum iam seculo abrenūtiauerimus, nobis misericordes ac pios ex secularibus proponere, atque vt illos beatos, nos contra miseros existimemus ingerere, qui omni eiusmodi virtute destituti sumus. Ea utiq; intentione inimici nobis ista ingerūt, vt per adulterinam humilitatem nos aut ad seculum reuocent, aut si permanserimus monachi in desperationem præcipitent. Sunt qui seculares homines elationis causa despiciant & nihil existimant. Sunt itē & qui vt desperationis prærupta diffugiant, & spem ampliorem sibi acquirant, abfentes eos cum iter contemnunt. Audiamus quid adolescenti illi, qui cuncta ferè mandata impieuerat dixerit Dominus: Vnum deest tibi, Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & teipsum pauperem constitue, alienaque misericordia indigentem. Si prompte & celeriter currere volueris, intentius inspiciamus quomodo omnes in seculo manentes & viuentes, dominus mortuos dixerit, dicens ad quendam: Sine seculares sepelire mortuos suos, seculariter mortuos. Nihil adolescentem illū quo minus baptisma suscipere impediuerat diuitiæ. Quam igitur inanes sunt qui dicūt q̄ baptismatis gratia dominus illi diuitias vedere præcepit! Sufficiat nobis vt gloriam professionis nostræ certius nouerim⁹, huiusmodi testimonium. Qui in mundo degunt vigilijsque & ieiunijs & laboribus alijsque afflictionibus seipsos conterunt, cum ad

Luca 9.

Luca 9.

Marci 10.

Luca 9.

C

vitam

vitam monachorum veluti ad quandam probationis officinam vel stadium secedant. Priorem exercitationem suam in adulterinam & fictā non ulterius arripiant. Vidi plurima variaque virtutū germina ab his qui degunt in seculo plantari, & ex inani gloria tanquam ex cloaca & cœnō irrigari, & ex ostentatione circumfodi, atque ex laudibus humanis stercoreari, quæ tamē trāsata postmodum in desertum solum atque seculi hominibus inuium, omnisque inanis gloriæ cœnulentā aqua vacuum, confestim exiccata sunt. Neque enim solent aquis proximæ arbores in duris & in aquosis exercitationum locis fructum afferre. Si quis mundum omnino odit, hic tristitiam effugit. Porro si quis qualibet visibilium rerum affectione mordetur, tristitia nondum liberatus est. Quomodo enim non contristabitur, si eo quod diligit priuetur? In omnibus quidem gradū vigilantia nobis & sobrietate opus est, sed hoc ante omnia vigilantissime attendere & cauere debemus. Plurimos in sæculo aspexi præ sollicitudinibus & curis occupationibusque, & vigilijs mundanis, propriij corporis insanos motus effugisse eos ipsos, tamen cum exuti curis omnibus vigilijs ad monasticam conuolassent, turpiter ac miserabiliter corporis cōmōtione sordidatos. Attendamus nobis ipsis, ne forte dum angustam & arduam viam nos pergere asserimus, latam & spatiosam teneamus, nosque ipsos seducamus. Angustam viam tibi indicabit ventris afflictio, pernoctatio stabilis, aquæ mēsurā, panis inedia, ignominie salubre & purgatiuū poculū, subsannationes, irrisiones, ludibria, abscissiones propriarum voluntarū: offensionum tolerantia, contēptus nostri, sine murmuratione tolerantio, vim sibi in tolerādo contu-

melias

melias inferre, iniurias fortiter perpeti, detrahentibus nō indignari, contēnentibus nō succensere: cōdemnantibus humilitatē exhibere. Beati quoque prædictam viam pergūt, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Nemo in cœlestem thalamū coronatus ingreditur, nisi qui primā & secundā & tertiam abrenūtiatiōnē implauerit. Vt scilicet primo abrenūtiat rebus omnibus hominibus & parentibus. Secundo voluntati proprię. Tertio inani glorię, quę solet obedientiam subsequi. Exite de medio eorū & separamini & immunditiam seculi nolite tægere dicit dominus. Quis enim apud illos miracula vnquam fecit? Quis mortuos suscitauit? Quis dæmones expulit? profecto nullus. Hęc enim sūt monachorū insignia, quæ mundus capere nō potest. Nā si posset, superflua esset exercitatio, videlicet secessio. Quotiens post abrenūtiatiōnē nostram dæmones parentum aut fratū memoria corda nostra importune concalefacere cœperint, tūc maxime aduersus eos rationis armā capiamus, atque semper ignis memoria nos ipsos incendamus, & huius consideratione improbū & importunū cordis ignē extinguiamus. Si quis eius rei nulla se affectione tangi putat, cuius priuatiōe tristatur, hic perfecte decipitur. Quicumque iuuenes corporum amōribus & delitijs insane addicti, postmodum vitam monasticam adire capiunt, tota intentione animi omnique vigilantia se ipsos exercere studeant, sibi que delitijs omnibus & vitijs abstinentiam persuadent, ne forte sicut illorum nouissima deteriora prioribus. Portus enim & salutis & periculorum causa est, atque hoc nouēre qui intellectuale istud mare nauigant. Miserabile sane spectaculum, eos in portu naufragium passos aspicere, qui in mari seruati fuerint.

Isaie. 32.

Matth. 12.

De¹ peregrinatione & somnijs, Gradus
tertius.

Peregrinatio est omnium quæ sunt in patria constantissima desertio, quibus à pietatis destinatione atque exercitatione impedimur. Peregrinatio est omnia² confidentia noxia vacuus affectus, ignota sapientia, publicum fugiens prudentia, secreta via, inuisibilis³ destinatio, occulta cogitatio, vilitatis appetitus, angustia desiderium, diuini affectus argumentum, amoris copia, inanis gloriae abnegatio, silentij profundum, Solet fere & ista cogitatio in initijs sedulo ac vehementer perturbare amatorem dei velut diuino igne, videlicet elongatio à patria & suis, inattentione⁴ prosequendæ vilitatis atque afflictionis prouocans huiusmodi amatores. Veruntamen quanto eo maior est & laudibus dignior: tanto discernenda cautius est. Neque enim omnis peregrinatio si summis (vt ita dixerim) laudibus vel labi si fiat probabilis est. Nam si omnis propheta sine honore est in patria sua, vt ait dominus, caueamus ne forte peregrinatio fiat nobis inanis gloriae occasio. Peregrinatio enim vera, est omnium prorsus rerum⁵ desperatio, ea ratione suscepta, vt nunquam cogitatio nostra à deo separetur. Peregrinus est luctus perpetui & penitus in memoria conditi amator. Peregrinus est qui omnem suorum⁶ alienorumque affectum ac memoriam fugit. Cū ad peregrinationem vel ad solitudinem properas, noli expectare dum tecum perahas affixas⁶ seculo animas. Fur enim ex improuiso subrepat. Multi quippe cū negligentes quosque & desidiofos secū seruire molirentur, cū illis vna perire, extincto ex diuturnitate diuini amoris igne. Statim vt susceperis⁷ animam curte. Nescis enim vtrū

breu

breui extinguenta sit, ne forte in tenebris te deserat. Seruare 7 alios non exigimur, ait enim sanctus Apostolus. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem fratres reddet. Et iterum: Qui doces alium, teipsum non doces: Tanquam dicat, de alijs quidem nescimus, seipsum autem omnino nouit omnes, Qui peregrinationem amplecti instituitis, cauegyrouagum & studiosum voluptatis dæmonem. Solet enim peregrinatio ei præbere occasionem. Preclarum est, nulli rerum mortalium affici, sed huius virtutis peregrinatio mater est. Qui propter deum peregrinatur, habitus omnesque affectus seculi deponat, ne perturbatiōibus ludibrio sit. Qui à seculo peregrinatur, mandū iam nullatenus attingat. Solent enim diu sepita vitia facillime reuiuiscere. Eua⁸ in paradiso inuita exulat, monachus patria sua se sponte abdicat. Illa enim rursus ad concupiscendam inobedientia lignū pertracta fuisse, hic autem periculum profecto à carnalibus propinquis sustinisset. Fuge non segnius quā infestum flagellum ruinae proxima loca. Eius enim fructus qui non adest, non vsque adeo desiderio mouemur. Neque hic fallaciae furum modus te velim lateat. Suggestunt plerumque nobis, vt à secularibus non separemur, mercede inde maximā nos consecuturos afferentis, si videntes sceminas nos ipsos contineamus, ac reuētando concupiscentiam superemus. Cum annos aliquot remoti à patria egerimus, paruaque religionis, aliquid vel compactionis vel continentia nobis ipsis acquisuerim⁹, tunc iam cogitationes vanitatis acrius inuambūt. Vtque iam reueramur in patriam importune suggerunt ad ædificationem formamque & vilitatē plurimorum, qui actus nostros & opera illicita⁹ nouerunt. Quod si quam docendi facultatem aut

Roma 4.
Roma. 2.

Gene. 19.

tenuē scientiā fuerimus adepti, tunc iā vt animarum seruatorēs & magistros ad seculū redire persuadent, vt quæ in portū bene cōgregata sunt pessime in pelago dispergant. Non vxorē Loth, sed ipsum imitari studeamus: Anima q̄ p̄pe quæ illuc vnde exierat conuersa fuerit, vt sal infatuabitur iamq; immobilis manebit. Fuge Aegyptum, atq; ita fuge, vt nunquā illuc reuertaris. Corda enim, quæ illuc reuersa sunt, pacatissimā quietissimāque terrā Hierusalē non aspexerunt. Illicitum tamen nō est, vt hi q̄ in initio conuersionis obtuendam spiritalē infantiā suam, omnia patriamque reliquerunt, cum perfecte purgati fuerunt ad eā vtiliter redeant, ea. s. intentione, vt cum ipsi salute potiti fuerint, nonnullis etiam causa salutis fiant: Siquidē & Moyses ille qui deum viderat, ad salutem gentis suæ à deo missus plurima in Aegypto pericula, videlicet in mundo tenebras pertulit. Vtilius est parentes mœrore afficere, q̄ deum. Ille enim nos formauit simul & redemit. Illi vero quos dilexerunt nonnunq̄ perdidit. Peregrinus ille est, q̄ veluti alterius linguæ ignotæ sibi linguæ homines in sui agnitione seculū habitat. Nō quo propinquos nostros & patrios agros oderim⁹, idcirco ab illis secedimus. Absit id penitus. Sed vt detrimētū quod ab illis in nos manare solet fugiam⁹. Qua in re (sicut fere in omnibus alijs) domin⁹ noster nobis magister & documentum est, qui sc̄ipse se penumero parentes reliquit se deprehēditur. Et cum à quibusdā audisset: Ecce mater tua & fratres tui quærunt te, mox p̄ceptor noster optimus impassibile nobis odiū^o subinsinuauit, dicens: Mater mea & fratres mei sunt hi, qui faciunt voluntatē patris mei, qui in cœlis est. Ibi tibi pa-

Mat. 12.

ter sit, qui ad deponendā peccatorum sarcinā conlaborare tibi & potest & vult. Mater vero compūctio sacra, quæ te possit sordibus ablucere. Frater autem is, qui tecum ad cœlestem cursum perficiendum laborat & certat. Sociam tibi & vxorē quære, quæ nunquam à te separetur, memoriā mortis. Porro filij tibi amantissimi sunt, gemitus cordis. Seruum posside corpus tuum. Amicas vero, sanctas virtutes angelicas, quæ tibi exitus tui tempore auxiliari poterūt, si eas modo tibi amicas familiaris feceris. Hæc est sane generatio quærentiū dominum. Affectus dei, parentum excludit affectum. Qui vero vtrunq; se habere dicit, ipse se decipit, cum audit dominum dicentem: Nō potestis deo seruire & māmonæ. Et: Non veni, inquit, dominus, pacem mittere in terram & charitatem parentum ad filios & fratres, qui mihi seruire delegerunt, sed gladium & pugnā. Separare enim veni amatores dei ab amatoribus seculi. Terrenos* & materiales ab his, qui terrena omnia oēmque materiam superauerunt. Gloriæ avidos ab humilibus. Lætatur enim dominus in hac contētionē & separatione, dum sit propter illius charitatem, Caue obsecro, ne fore cuncta aquarum tibi^o plena videaris, si propinquorum affectu & amore tenearis, atque diluuiū amoris seculi cum eis vna pereas. Nōli misereri parentum & amicorum lachrymis, alioqui in æternum lachrymaberis. Quæres te vt apes circūdederint, imo vero vt vespæ, ac super te lamentari cœperint, propinqui tui, constanter ac celerrime ad mortis atque operum tuorum considerationem conuertere, vt dolore dolorem possis excludere. Pollicentur nobis subdole nostri & non nostri amici, læta omnia & iucunda se exhibituros, ea sane intentione,

Psal. 23.

Mat. 10.

Mart. 10.

vt cursum nostrum optimum præpediant, sicque inde iam ad suam voluntatem pertrahant. Sit autem nostra secessio ad eas partes, quæ humiliores sunt & minus celebres, & ab omni consolatione seculi remotiores. Absconde quantum potes, nec præte feras ingenuitatem & claritudinem generis, ne aliter in ore, aliter in rebus affectus inueniaris. Nul-
 lus ita seipsum peregrinationi exposuit, vt magnus ille patriarcha cui dictum est, Egrede de terra
Genes. 12. tua & de cognatione tua: & de domo patris tui, cum profecto in barbaram atque alterius linguæ terram vocaretur. Cuius tamen peregrinationem mirabilem, qui pro magnis viribus imitari studuerunt, eos non nunquam dominus insigni gloria affectit, etsi hanc diuinitus concessam gloriam conueniat, per humilitatis clipeum fugere & declinare. Quo-
 ties nos demones peregrinationis alicuius vt magne virtutis gratia laudant, toties illius qui de cælis ad terras propter nos peregrinatus est, intentissima cogitatione meminerimus, inueniemusque nos ipsos in seculum seculi tantæ propter nos assumptæ peregrinationi non posse satis facere. Grauis est & omnino vitabilis ad propinquorum vel etiam extraneorum aliquem immoderata affectio, cum ea nos ad seculum sensum possit attrahere, ignemque compunctionis nostre penitus extinguere. Sicut impossibile est vno oculo in cælum, alterum in terram aspiceri, ita fieri non potest, vt in his anima non periclitetur, qui corpore & cogitatione ab omnibus & propinquis & extraneis non se peregrinum fecerit. Labore ingenti & fatigatione, mores graues & optimos acquirimus, et quos multo temporis labore quæsiuerimus, fieri potest vt vno momento temporis amittamus. Corrupt enim mores bonos colloquia mala secularia simul
 & tur-

2. Cor. 15

& turpia. Qui post abrenunciationem cum sæcula
 ribus versatur, siue iuxta illos commanet profusus aut in eosdem laqueos incidet: aut cor in eiusmodi cogitatione inquinabit: aut certe si non inquinatus fuerit, eos qui inquinantur iudicans atque condemnans & ipse inquinabitur,
1. Cor. 19.

DE SOMNIIS.

Quod noster cognitionis intellectus imperfectus sit, atque omni ignorantia repletus occultari non potest. Guttur enim cibos, auris autem intelligentias diiudicat. Etiam inbecillitatem quidem oculorum manifestat sol: ignorantiam vero animæ patefaciunt verba. Veruntamen charitatis lex etiam ad ea, quæ vires nostras superant differenda nos cogit. Reorigitur & si certe statuere non adeo, consequens effectus de somniis hic pauca inferere, vt huius quoque fallacia malignorum non simus penitus ignari. Somnium est animi motus in immobilitate & quiete corporis. Fantasia est oculorum seductio, insopita mente. Fantasia est animi excessus vigilante corpore. Fantasia est speculatio parum loco subsistens. Causa ob quam in hoc nobis de somniis dicendum esse arbitrati sumus, aperta est. Cum enim relictis domibus, & propinquis nostris, diuine charitatis causa nos ipsos peregrinationi exposuimus: tunc iam demones in somniis nos perturbare moluntur. Propinquos nobis subinsinuant aut plorantes, aut morientes, aut nostri causa languore aliquo vel etiam detrimento fatigatos. Qui igitur somniis credit, similis est ei, qui post umbram suam currit & eam apprehendere nititur. Demones inanis gloriæ in somniis propheticè quæ futura sunt vt alturissimi nobis iniiciunt, atque ea nobis per somnium prænunciant, vt cum impleta fuerint, quæ per quietem vidimus, supore maximo detinea-

mur. Et quasi iam propheticae gratiae proximi cogitatione tum esse incipiamus. In his qui sibi credunt daemone saepe propheta fit. Porro ijs, qui se spernunt semper metius est. Spiritus enim cum scit quae intra hunc aerem sunt, videt omnia, & cum intellexit moriturum aliquem, id per visum leuioribus praedicat. Nihil futurorum ex 13. praescientia nouerunt, namque & venefici mortem nobis praedicere vti que possent. In angelum lucis se se transfigurantes & in martyrum speciem sapienter transfigurantur, accedentesque seipsum nobis per somnum ostendunt, excitantes vero elatione & gaudio praecipitant. Hoc autem tibi erit deceptionis signum: Cruciatu & iudicia & separationes 14. per visum nobis angeli ostendunt, atque experientos trementes, moestosque reliquant. Cum in somno daemones credere coepimus, tunc iam & vigilantes ab ipsis illudemur. Qui somnijs credit, per omnia reprobus est & stultus. Qui vero eis nulla ratione credit, hic reuera philosophus est habendus. Solis eis crede, qui tibi cruciatum & iudicium denunciant. Quod si te desperatio conturbat, & istud est a daemone.

In 3. gradum Annotationes.

- 1 Peregrinatio antiqui uisitationis uocabulum non solum ad corporis secessum refertur, sed etiam ad mentis affectuumque omnium a terrenis & uisibilibus abstractionem: Ita ut corpore peregrinari dicamur, cum sicuti Abraham a terra & cognatione nostra egredimur, in remotiora loca. Animo uero cum iuxta consilium Christi patrem matrem &c. ita relinquimus: ut animus ijs non sit amplius occupatus. In qua significatione Plinius animum, & Cicerone aures peregrinari dixit.
- 2 Ea est noxia confidentia qua homo spem suam in rebus

terre

- terrenis ponit. & in ijs consolationem quaerit.
- 3 Quae scilicet homo seipsum ad inuisibilia destinat, ijsque se totum deuouet.
- 4 Alij, sub intentione boni & maioris perfectionis, legunt.
- 5 Id est, Desertio sine ulla spe & intentione recipiendi eas uel repetendi.
- 6 Animas seculo affixas uocat homines mundi negotijs implicatos & seculo se conformantes.
- 7 Subintellige, Cum detrimento propriae salutis: charitas enim post Deum a seipso incipit: alioquin Dem (u. sapientia ait) unicuique de proximo suo mandauit.
- 8 Legendum uidetur a paradiso: uel uisa exempli a paradiso legunt.
- 9 Quae scilicet ante conuersionem & religionem susceptam fecimus.
- 10 Impass. id est, sine aliquo uizioso affectu: quod Dauid perfectum odium appellauit.
- * Materiales uocat homines, qui res materiales, corporeas, uel uisibiles quaerunt.
- 11 Sensus est: Caue ne cum parentibus uel amicis agra tribulationum obui, & ope tua indigere uideamur, tu ijs succurrens, ipse diluuium mundanarum rerum peras.
- 12 Id est, non permanens: Saepe enim una cum somno a uolat.
- 13 Ex praesentia scire, solius Dei proprium est, ut patet Esai 12. Annuntiate quae uentura sunt in futurum, & sciemus quia Dixeris. Sciunt tamen & daemones futura, quae tum ex causis necessarijs pronuntiant, tum quae ex fortuitis: sed haec posteriora non nisi per coniecturam: in qua, cum propter intellectus acumen quaerunt, tunc propter longam experientiam, plurimum ualent.
- 14 Iudicia dicit & separationes. pro iudicio & separatione: iudicium enim hic significat uniuersale illud, in quo

omnis

omnis caro iudicabitur: separationem vero eam intellegit quæ in isto iudicio fiet, quando hæc ab agnis & impijs impij separabuntur. Matth. 25.

De obedientia gradus IIII.

NVnc iam nobis ad Christi pugiles ac pietatis athletas procedens sermo deinceps apertissimè occurrit. Omnem quippe fructū præcedit flos, omnemq; obedientiam peregrinatio aut corporis aut voluntatis. in his enim duabus virtutibus, veluti in aureis pennis ad cælum impigre sancti viri anima sustollit. De qua spiritu sancto *psal. 54.* asilatus quidam fortasse coninit. Quis dabit mihi penas sicut columbæ, & volabo & requiescam per actiuam & per i. contemplationem & humilitatē. Ne ipsum qui fortissimorum bellatorum habitū, negligenter pætereundum existimemus. Vt illi clypeum teneant fidem, scilicet ad Deum atque ad exercitationis suæ magistrum, per ipsum, vt ita dixerim, omnem infidelitatis, omnemq; præuaticationis cogitationem repellentes. Gladiumq; spiritus assidue vibrent, voluntates suas omnes sibi propinquantes necaturi. Loricasq; ferreas patientiæ scilicet ac mansuetudinis se induant, per quas omnem contumeliam ac aculeum, sermonisq; iaculum repellant. Habeant & galeam salutis orationis partis. spiritualis præsidium. Stent præterea non vincitis pedibus, sed alterum quidem ad ministeria prætendant, alterum vero fixum in orationibus atq; immobilem teneant. Obedientia est animæ propriæ perfecta abnegatio, per corpus certius ostensa. Aut forte verba vice, obedientia est mortificatio membrorum in viuente animo. Obedientia est 3. in examina us atq; indiscussus motus, spontanea mors, vita curiositate carens, securum periculum,

lum, immeditata ad Deum excusatio, metus mortis contemptio, tuta nauigatio, confectum dormiendo iter. Obedientia est sepulchrum voluntatis, & excitatio humilitatis: nihil resistit, nihilq; discernit, mortuus 4. in bonis aut ijs quæ videntur mala. Nam qui pie animam suam mortificauerit, securus pro omnibus rationem reddet. Obedientia est discretio 5. depositio inter diuitias discretio 5. In initium quidem mortificationis vel membrorum corporis vel animæ voluntatis labor est. Medium verò interdum labor, interdum requies. Finis autem iam omni motus perturbatione, omniq; laboris sensu vacat. Tunc demum labore & dolore fatigari deprehenditur, viuens hic beatus mortuus, cum se animaduertit voluntati propriæ obtemperasse, metuens. s. propriæ voluntatis 6. onus. Qui unq; ad intellectualis congressionis stadium exire conamini, quicumque iugum Christi tollere s. per ceruices vestras cupitis, & facinam vestram alterius collo inponere satagitis, quicumq; venditiones 7. vestras sponte scribere curatis, vt pro illis in æternam libertatem conscribamini, quicumq; aliorum manibus sublatis, & natantes mare hoc magnum trahitis: scitote quod breuem quandam & asperam viam pergere conamini, in qua vnus & solus latet error, quem Græci *ἰσχυρισμός*, nos summe moderationem dicere possumus, cum. si quisq; sibi idoneus ad se regendum & moderandum videtur. Quem qui effugerit, ad ea quæ honesta & spiritalia sunt, ac diuinæ maiestatis oculis gratissima, ferreante veniet quam ne cæperit. Obedientia est enim nunquam sibi, ne in his quidem quæ videtur optima, vsq; ad consummationem vitæ credere. Cum igitur certicem nostram in domino inclinare atque alteri credere desiderio acquirendæ humiliter

militatis, ac propriæ salutis insistimus, ante huius militiæ ingressum, si qua in nobis est calliditas & prudētia, gubernatorem cautissimè examinemus & discernamus, atq. (vt ita dixerim) tentemus, nē forte nautam pro gubernatore, languentem pro medico, vitiosum pro vitijs carente: postremo, infestum pelagus pro placidissimo portu ignari deligamus, nobisq. ipsis paratum, promptumq. naufragium constituamus. Cum verò pietatis & obedientiæ studium fuerimus ingressi, minimè iam optimum institutorem nostrum in aliquo penitus diiudicare licebit, etiā si in illo (homo enim est) modica aliqua delicta animaduerrimus. Si verò alias fecerimus, nihil nobis obedientia prodesse poterit. Necessè omnino est, vt qui fidem certam & immobilem ad magistros suos habere cupiunt, eorum recte facta profundo corde hauriant, eaq. indelebiter memoriæ commendent, vt cum de mones infidelitatem s. aduersus eos vllam nostris cordibus inferere conari fuerint, ex his quæ memoria tenemus, illorum ora abstruamus. Quanto enim fuerit in corde viridior fides, tãto corpus ad officia omnia & ministeria proprius occurrit. Qui vero per infidelitatē effenderit, lapsus est. Omne enim q. fidei caret fundamēto, peccatum est. Cū tibi cogitatio suggererit, vt prælatus, aut diiudices aut dānes, ab ea non secus q. a fornicatione desili. Neq. prorsus huic serpēti requiē præstes, nō locū, non ingressum, non initiū, loquere ad huiusmodi draconē, atq. eum his verbis necesse: O malignissimi seductor nō ego ducem meū iudicandum suscepi, sed ille me: nō ego illi, sed ille mei iudex est. Arma quidē iuuenum, psalm. cātus, murum verorationē: luuacrum aut mundissimas lachrymas esse patres distiniunt. Beatam vero obedientiam,

confes-

confessionē, qua sine vitiis forū nemo Deū videre merebitur. Qui subiectus est atq. alterius parer imperio, ipse aduersus seipsum sententiā fert. Nā si quidem ppter Deū perfecte obedierit, etiā si non perfecte obtēperare videatur, omni iudicio se exuit: Quod si in quibusdā suam implere voluntatē voluerit, etiā si obedire visus fuerit, ipse sibi onus g. luit vel addicit. Quē tamen si platus arguere nō destitit, rectissimè omnino fecit, si aut tacuit necio qd inde dixerim. Qui in simplicitate dño subijciuntur, felicē cursum peragunt, dū non per p. p. stitiosas cauillationes in se demonū versutias irrāt. Ante omnia verò culpas nostras pclaro iudici nostro soli cōfiteamur, omnibusq. si ita ille iusserit cōfiteri, parati sumus. Nā in lucē educta vulnera nunq. in deterius p. ficient, sed sanabūtur. Cū in cęnobii q. dam deuenissem, aliquādo, animaduerti iudicis, pastorisq. optimi terribile iudiciū. Nā dū illic morā traherē, cōtigit quendā ex latronū ordi ne ad monasticę cōuersationis gratiā venire. Quē optimus ille pastor, peritissimusq. medic⁹ per dies vi l. quieti omni perfrui iussit, vt monasterij statū, normāq. oēm perspiceret. Post die verò VII. seorsum accitū pastor interrogat: Num sibi cēseret optimū, cum illis vna habitare. Cū vero illū sibi cū omni sinceritate annuētis voce respondisse cerne ret. Rursum: quid in seculo iniquū operatus esset, interrogat. Postq. ergo illū sibi p. pte & rationaliter omnia cōfessum vidit, iterū ad illū tentandi gratia, dicebat: Volo, inquit, vt hec omni cœtus fratru astante cōfitearis & detegas. Ille reuera sua detestās scelera, omniq. cōfusione calcata indubitatē id se factuū pollicit⁹ est. Et si vis, inquit, etiā in Alexādriz ciuitatis medio id faciā. Deinde collectis in ecclesia pastor omnibus ouibus suis (erant autem

autem in numero CCXXX. Cum consummarentur diuina mysteria (erat enim dies dominicus) lecto Euangelio inferri iam reum illum nihil contra querentem iubet, quibusdam illum ex fratribus trahentibus, modiceq; verberatibus, vinctum post tergum a manibus, asperrimoq; cilicio amictum, conspersumq; cinere caput preferentem, adeo, vt ex ipso aspectu oes stupefacti, protinus exorto gemitu ingenti proclamarent ac mugitum redderent. Neq; enim quisquam illorum quid fieret sciebat. Cum vero iam ecclesie ianuis appropinquaret, magna illum & terribili voce compefcuit sacrum illud caput clementissimi iudicis: Sta, inquit, es enim indignus vt huius loci limen attingas. Tum ille pastorem voce percussus, quæ ad illum ex intima veri medici, sapientissimiq; ratione sonuerat, videbatur enim sibi vt nobis postea sub iure iurando firmabat, non vocaris hominis, sed terribilis tonitruum vocem audiuisse, tremebundus & omnino pauore turbatus in faciem protinus corruit. Cum vero iaceret humi & pavementum madefaceret lachrymis, permittitur ab admirabili medico, qui cuncta ad illius salutem molebatur, formamq; salutis ac certissime humilitatis omnibus dare cupiebat, cuncta quæ gesserat singularim & per species dicere. Ille vero cum horrore ingenti omnia singularim confessus est, quæ audiens omnis cætus penitus exhorreret. Non tantum quæ per corpus præter naturam, ac secundum naturam in irrationabilibus & mutis animalibus deliquerat, verum etiam veneficia & homicidia, &c. quæ audire aut scripturæ tradere fas non est, omnino nihil reticens. Confessum igitur, statim tonderi, fratribusq; aggregari permisit. Ego vero sancti illius admiratus sapientiam, teorsum interrogavi illum secretius. Cuius rei gratia tam peregrin-

peregrinam iudicij formam exhibuisset? Ille autem vt verus medicus duarum rerum gratia. Primum quidem, vt contentem per præsentem, temporalemq; confusionem æternam confusionem liberarem, quod & factum est. Neq; enim ex pavimento surrexit o Iohannes qui peccatorum omnium remissione potius est. Neq; vlllo huius rei scrupulo velim moueris. Nam vnus ex fratribus, qui illic aderant mihi procerum quendam ac terribilem se vidisse asseuerauit, conscriptam cartam & calamum tenentem, & cum frater ille humi prostratus peccatum confitens pronuntiaret, hoc ille calamo delebat, & merito sane dixi, inquit, pronunciauo aduersum me iniquitatem meam domino, & tu re. impietas. cor. mei. Secundo sane, quia habeo nonnullos qui peccata quidem necdum confessi sunt. Quo circa iam & illos ad confessionem hoc exemplo prouoco, quæ sine nullus remissione poterit. Et alia igitur plurima admiranda & memorabilia in illo dignissimo, semperq; memorando & grege & pastore perspexi, ex quibus plurima vobis referare animus est. Permansi enim apud illos tempus non modicum, illorum assidue conuersationem ac viuendi generum explorans. Stupens quomodo terrestres illi celestes angelos imitarentur. Charitatis quidem omnes sibi inuicem indissolubili vinculo cõstringebantur. & quod est omnino mirabilius, nulla apud illos inepta cõfidentia, nullus ociosus sermo deprehendi poterat. Obseruabant vero id cautissime, vt in nullo fratris vulneraretur conscientia. Quod si quis inter eos quenquam odisse inueniretur, hunc pastor vt damnatitium ad separatam huiusmodi reismonastrerium veluti in exilium mittebat. Maledixerat aliquando vnus ex illis proximo suo, quem protinus pater sanctus eliminari iussit, æquum

Psal. 31.

non esse asserens in monasterio visibilem atq; invisibilem diabolum perpeti. Vidi ego apud sanctos illos res maximè sanè vtilis atq; admiratione dignissimas, fratrum cœtum in vnum collectum, Christi q; charitate deuinctum, in vtraq; vita, actiua. s. & contemplatiua mirabilem: ad eo enim seipso singuli diuinis rebus exercebant, vt fere nihil opus haberent à patre admoneri, sed se inuicem vltro ad diuinam euigilationem excitarent. Erant enim statuta illis & meditata & solidata sanctè quædam & diuinæ exercitationes. Nam si quâdo contingeret, vt eorū aliquis absente abbate quicquid maledici aut alius noxi vel ociosi sermonis loqui cœpisset, occulto nutu latenter eū frater alius grauitatis admonens, illum à cœpto sermone retraherebat. Quod si ille fortassis minus animaduertiret, iam qui admonuerat prostrato ante illum toto corpore abibat. Si quid vero necessario loquendum erat, omnis illorū colloctio, iugis erat mortis colloctio vel admonitio, æterniq; iudicij, cōsideratio. Non præteribo silentio coci monasterij illius admirabilem, singularemq; virtutem. Cum enim illum animaduertirem in tam frequenti, perpetuoq; ministerio, iugiter secū habitare, gratiamq; possidere lachrymarum, orauī supplex, vt mihi, quoniam modo meruisset istiusmodi gratiā, reuelare dignaretur. Qui tandem præcibus fatigatus meis, ita respondit: Nunquam me hominibus seruire arbitratus sum, sed Deo & indignum me ipsum quieti omni iudicans: ex huius ignis contemplatione sempiterni incēdij, iugi memoria compungor. Aliud iterum singulare virtutis illorum genus referre placeret. Nam ne ad mensam quidem sedentes à spiritali opere cessabant. Cæteriū signo quodā, nutuq; incognito occulte in animo orationis se-

onis se-

onis semetipso, beati illi viri admōnebāt. Neq; verò ad mensam solū residētes, hoc eos facere animaduerteres, verum & cum sibi obuiarent, cum simul cōuenirent, id faciebant. Porro si quis ipsorum in aliquo vnquam deliquisset, videres fratres alios notis omnibus ab illo flagitare, vt sibi curā reddendæ patri rationis relinqueret, atq; ab illo debitam increpationis vehementiā perpeti sineret. Quod tamen discipulorū opus maximus ille vir cum explorasset, leuiore iam increpationis genere utebatur, sciens eū qui corripiebatur insonem esse. Neq; tamen quis proprie deliquisset ingerebat. Quando verò apud illos locū inueniret, aut ociosi sermonis, aut scurrilitatis memoria? Si quis aut ex illorum numero aduersus fratrem contendere vnquam cœpisset, præteriens alter aduoluebatur illorū genibus, sicque iracundiæ motum mitigabat. Quod si seruire illos iniuriæ memoriā sensisset, rem protinus ad eum referebat, quā post abbatem secundus monasterij in regiminē præerat, eosque ante occasum solis in gratiam reuocare nitebatur. Sin verò illi obdurati amplius exasperarentur, aut cibum sumere vsque ad reconciliationem non permittebantur, aut certè monasterio expellebantur. Laudabilis sanè, memorabilisque diligentia, ex qua fructus vberissimus gignebatur atque nascebatur. Purimi apud sanctos illos viros deprehensi sunt actū & speculatione, distractioneque & humilitate mirabiles. Videres in eis terribile quoddam, angelicumque spectaculum, senes canicie verēdos, augustiorē facie, infantium in morem ad obediendum semper paratos, huc illucque discurrere, gloriāq; sibi maximam per humilitatem comparare. Vidi illiē viros L. fere annos in obediētiā certamine egisse,

D 2

à qui-

à quibus cum addiscere orarem, quã ex labore isto consolationem, quẽ profectum inuenissent. Alij quidem in abyssum humilitatis iam se peruenisse dicebant, per quẽ bellum omne semper excluderent ac superarẽt. Alij sensum oẽm laboris & doloris in maledictis & cõtumelijs se pfecte exuisse dicebãt. Vidi alios ex illis aternẽ memorãdis viris, angelico aspectu, venerandaq; canicie ad profundissimã innocentiam, simplicitatemq; sapientiã plenissimam, summa alacritate propositi, deiq; adiutorio quãsitam, nõ irrationabilem quandam & inspidam, vt in seculi senibus contingit (quales deliros vocare solent) peruenisse, extrinsecus quidẽ mitẽs totos, blandos, placidos, lætos, nihil fictum, nihil negligens, nihil adulterinum in suis verbis aut moribus habentes. rem quidẽ quã in paucis inuenitur. Interius vero in anima Deum ipsum ac prælatum infantum in morem ambientes, mētisq; aciem aduersus dæmones & vitia audacem, firmissimamq; intendentes. Deficit me vitẽ meq; tempus, õ sacrum caput & Deo dilecta cõgregatio, si voluero beatorum illorũ virtutes & ad cœlum vsq; pertingentem vitã sanctitatem enarrate. Sed tamẽ existima nos potius in illorum sudoribus ac laboribus sermonem hunc nostrum exornare, quo acrius ad huiusmodi gratiam Deo imitationem excitemini, quam proprijs, vilibusq; monitis. Nam absq; vlla controuersia id quod detertius est à præstantiore adornatur. Illud autem in primis rogo, vt nihil nos fictum scribere existimetis. Solet quippe infidelitas corrumpere utilitatem. Igitur ad ea quã cœpimus rursus accingamur. Vir quidam Isidorus nomine, Alexãdriẽ ciuitatis primari⁹, in ipso cœnobio ante hos annos seculo abrenunciãuit, quem & ipse illic videre

merui.

merui. Hunc pastor ille mirabilis suscipiens, aspectuq; ex ipso asperum quendam & intractabilem, superbumq; ac seculi dignitatẽ tumidum, coniciens humanã arte dæmonum fastum sapientissime deiecit, aitq; ad Isidorum: Si reuera Christi iugum tollere decreuisti, volo vt ante omnia te obedientiã laboribus exerceas. Cui ille sicut, inquit, fabro ferrum subiectum est. Ita & ego o sanctissime me ipsum obedientiã expono. Quo ille responso, gratissimoq; exemplo curatus, cõtinue Isidoro exercitij manus admouit, vt ferro: volo, inquit, frater ante monasterij ianuam existas, omniumq; ingredientium & egredientium prouolutus genibus dicas. Ora pro me pater, quoniã peccator sum. Sic autem ille obediuit sicut angel⁹ domino. Itaq; cum septem annos illic peregrinãt, atque ad profundissimam humilitatem, compunctionemq; peruenisset: voluit pater post incomparabilem viri tolerantiam, cuius superiori tempore aptum documentum dederat hunc fratrib⁹ connumerare. Et vt reuera dignissimum, etiam ordinatione honorare. Verum ille plurimis multorum & me ipsius precibus apud patrem egit, vt ibidem illum sineret, sicut hætenus fecerat degerẽ, cursumq; suum perficere: intelligens, neque obscure his verbis significans, finem suum iam ac vocationis diem imminere. Quod & factum est. Nam cum in ipso ordine illum permanere magister permisisset, post decimũ diem per abiectionẽ & ignominia gloriosissime migrãuit ad Christũ. Postq; septimũ dormitionis suã diem ianitorem quoq; monasterij assumpsit. Dixerat enim ei beatus ille, pollicitusq; fuerat, qd si post excessum suũ confidentia ad dominũ frui mereretur, inseparabilis ille sibi comes fieret, idq; celeriter. Quod &

D 1

factum

factum est, vt certissimè nobis meritorum eius & perfectæ obedientiæ, sacræq; ac diuinæ humilitatis esset indicium. Interrogauit ego (cum adhuc superesset) magnum hunc præclarum virum, q̄ exercitatione mens eius habuisset cum ad portā moreretur. Neq; abscondit à me cum prodesse mihi cuperet, memorabilis ille ac dulcissim⁹ pater: In initio, inquit, hoc existimabam q̄ pro peccatis meis esse venditus. Vnde cum amaritudine summa & violentia & sanguine prouoleba: omnium pedibus; impleueram vix annū cum sine merore iam ac tristitia id faciebam, mercedem a deo tolerantia expectans. Impleto autem rursus anno alio, toto affectu cordis indignū me ipsum existimare cœpi conuersatione monasterij, patrumq; aspectu & conuertuberno, diuinorumq; participatione sacramentorum, indignum item qui in alicuius faciem intenderem. Quo et ca defixis in terra luminibus, nec ab oculis discepante animo, int̄ātes atq; exeuntes vt pro me oraret, deprecabar. Cum ad mensam aliquando confedissemus, summus ille magister inclinans suum sanctum os in aurem meam, vis, inquit, tibi ostendam in extrema profundaq; canicie diuinum sensum atq; prudentiam: Cumq; id summis precibus orarem. Aduocat ex proxima mensa quendam Laurentiū nomine, qui XL. serē & VIII. annos in monasterio degerat, sedensq; erat sacrarj presbyter. Qui cum venisset atq; abbarigenibus flexis astaret, ab illo quidē benedicitur. Sed cum surrexisset nihil illi penitus dixit, sed sic ante mensam sine cibo stare penitus dixit, sed sic prandij initium. Itaq; prolixam horā atq; fortasse duas immobilis stetit, adeo vt ipse quoq; erubescerem. Neq; in illius faciem intueri præ verecundia possem. Erat enim canus totus, octogesiumque

iam

sam agebat ætatis annum. Mansit autem sine responso vllō vsq; ad refectionis finem. A qua cum surgeremus mittitur iam à sancto illo, vt memorato Isidoro diceret XXXIX. Psalmi initium. Non omisi ego, vt sum versutissimus, quin senem illum tentarem. Itaq; cum eum postea interrogarem, quid astans cogitasset? Christi, inquit, imaginem pastori imposui, neq; enim ab illo hoc penitus præceptum exisse, sed à Deo existimaui. Quare ò pater Ioannes non coram mensa hominum, sed coram altari diuino astare me putans orabā. Nullamq; penitus malignam cogitationē aduersum pastorem admittebam, pro sincera in illum fide mea & charitate, dictum est enim, charitas nō cogitat malū. Sed & illud scito pater, quod cū quis innocentia ac simplicitati se omnino dederit, nullum iam maligno contra se aut tempus aut locum dabit. Reuera autē qualis erat ille iustus ratio nabiliū pecorum pater, ac per Deum pastor, talē etiā habebat à Deo sibi traditū monasterij dispensatorem pudicum & moderatum, vt quis alius: mittem verò, vt admodum pauci. In hunc aliquando ad cæterorum vtilitatem magnus ille inuectus est absq; vlla causa, iussitq; de ecclesia projici: in tempestiue sane. Ego cū scirem eum eius criminis, q̄ sibi pater obiecerat insontem, seorsum magno illi dispensatoris commendabam innocentiam. Ad quem & ille sapientissimè. Scio, inquit, pater, sed sicut crudele est ex ore famelici infantis panem rapere, ita & seipsum & operarium lædit, qui animas suscepit regendas, nisi illi coronas, quantas illum sustinere posse nouit, horis singulis prouideret satagit, siue per contumelias, siue per ignominias, siue per obiectiones, siue per ludibria. Tria enim maximè cauenda committit. Primum, q̄ ipse incre-

1. Cor. 13,

pationis mercede priuatur. Secundum, quod alijs ex alterius virtute prodesse posset id agere misit. Tertium vero quod est grauissimum quod ij non nunquam qui videntur esse probatissimi & laboris patientissimi, si ad tempus negligantur atque iam vt virtutibus præditi à prælato non corripiantur, siue probris atque iniurijs afficiantur, ea qua in eis inerant modestia & tolerantia destituentur. Nam & si bona & frugifera, pinguisq; terra est, cōsuevit tamen aqua. i. ignominia defect^o illam in fructuosam, ac syluestrem efficere, spinasq; fornicationis & noxia securitatis in ea germinare: Hoc non ignorans magnus ille Apostolus Timotheo scribit: In ista, in uche, argue illos oportet, importune. Ego cum illi spectatissimo duci adhuc resisterem, infirmitatemque ætatis huius allegarem, vtque plurimi fere frustra increpiti, imo & fortasse non frustra à grege abrumperentur. Ita rursus obiectioni meæ, sapientia domicilium occurrit: Anima, inquit, qua propter deum pastori fide & charitate deuincta est, vsque ad sanguinē sustinens nunquam recedet. Et maximè si antea ab ipso in suis vulneribus fuerit adiuta, solatioq; & beneficijs affecta, memor illius, qui dixit: Neq; angeli, neque principatus, neque virtutes, neq; creatura vlla à charitate Christi nos separare poterit. Que autem ita colligata & solidata agglutinataq; nō fuerit, mirum valde si non frustra in loco mortuum facit. Non enim veræ, sed fictæ obedientia annexa est. Nec sane magnus ille vir spe sua frustratus est, sed direxit & perfecit atque obtulit Christo immaculatas hostias. Audire libet sapientia dei, admirariq; in vasis fictilibus inuenta. Admirabar ego illic p̄sens nouiter ex seculo venientium fidem & tolerantiam atq; in ignominijs & contumelijs & aliquando

1. Tim. 4.

Roma. 8.

aliquando etiam persecutionibus insuperabilem patientiam, quas non tamen ab abbate, sed ab ijs quoque qui longe inferiores erant perpetiebatur. Itaque ædificationis gratia quandam ex fratribus sciscitatus sum, qui annos XV. in monasterio egerat, Abbacyū nomine, quem maxime affici iniurijs fere ab omnib; videbam. Nonnunquam vero etiam à ministris ex mensa fugari. Erat enim frater ille naturaliter linguæ aliquantulum incontinens, dicebam itaq; ad illum: Quid est frater Abbacyre, q; te quotidie à mensa expelli video, ac nō nunquam dormire in cœnatum? Qui ad hæc ita respondit: Crede mihi pater, probat me patres mei, vtrum monachus esse cupiam, non autem vere id faciunt. Quam ego patris aliorumq; intentionē non ignorans, leuissime ac sine vlla molestia omnia tolero. Et ecce XV. iam annum ego istud cogitans sicut & ipsi, quando monasterium intraui, dixerunt mihi quod vsq; ad XXX. annū renunciātes probare solerent. Et recte quidem pater Iohannes. Sine probatione enim aurum non perficitur. Hic igitur egregius Abbacyrus secundo anno postquam adueneram migravit ad deum in monasterio hoc, patribus cum deficeret dicens: Gratias ago domino & vobis patres, quod me ad salutē meam tentastis iugiter, hac enim ex causa immunis à tentatione demonum hætenus mansi. Quē etiam tanquam confessorē, & cum his qui illic obierant sanctis dignissime æquissimus pastor sepeliri iussit. Detrimēto non minimo officio probitatis æmulos, si virtutem certamenq; Macedonij, qui primus erat monasterij diaconus, monimento silentij sepeliam. Hic dilectus domini aliquando imminente Epiphania sanctę solennitate, abbatem ante duos dies obsecrat, vt se proprijs

necessitatis gratia ad Alexadriā proficisci sinerer
Citius tamen se ob diei festi ministerij preparati
onem rediturum spondens. Igitur infestus bonis
omnibus diabolus, diacono impedimento fuit, vt
dimissus ab abbate ad monasterium die sacro san-
ctæ solennitatis non rediret. Igitur post diem vnū
peractæ festiuitatis, reuertentem abbas amouit à
monasterio, atq; in vltimo incipientiū constituit
ordine. Suscepit bonus patientiæ diaconus, fortis-
simusq; tolerantia archidiaconus patris verbum,
ac sententiam a deo absq; mærore, vt quasi non ipse,
sed alius videretur increpatus. Igitur cum in
tali ordine dies XL. peregisset, rursus illum ad pri-
stinum gradum reduxit sapientissimus pater. Quē
item post vnum diem archidiaconus obsecrat, vt
se in eadē ignominie humilitate restituat, deliquit
se se graue quoddā atq; infandum in ciuitate as-
ferens. Sciens autem sanctus hunc non vera prose-
qui, sed humilitatis gratia hoc inquirere, cessit pa-
ter honesto desiderio. Vidisses canicem venerā-
dam degere in incipientium ordine, sincere om-
nes vt pro se orarent, deprecantem. Cecidi enim,
aiebat, in fornicationē in obedientiæ. Mihi tamen
humili referauit hic magnus Macedonius, cui⁹ rei
gratia ad hanc propositi humilitatē ita sponte ac-
curisset. Nunq̄ enim, inquit, ita me bello omni le-
uigatum sensi, diuiniq; luminis dulcedinē in me-
ipso vidi. Atqui naturæ angelorū est non cadere,
vt aiunt quidam, forte nō valentiū: homini ve-
ro cadere, rursusq; cum hoc contigerit surgere,
dæmonum vero cum semel ceciderint nunquam
penitus resurgere. Is autē cui monasterij dispensa-
tio tradita erat hoc mihi enarrauit: Iuuenis, inq; t,
cum essem atq; in cura animalū degerem, conti-
git vt in grauissimam animæ ruinam præcipita-

rer,

rer, mihiq; consuetudō erat nihil vnquā in cor-
dis fouca tectum seruare. Igitur apprehēsa cauda
(quam finem operis appello) medico mox facin⁹
meum denudaui. Qui serena facie subridens, leui-
terq; maxillam meam feriens, abi, inquit, fili,
ministeriumque tuum, vt prius exequere, nil pe-
nitus metuens. Ego itaque fide firmissima robo-
ratus, paucisq; diebus sanitatis meæ certior fa-
ctus, viam meam gaudio simul & tremore plenus
currebam. Habet omnis creaturæ ordo, vt aiunt
quidam, differentias plurimas. Itaque quoniam &
in illo fratrum cœtu erant profectuum, sentētia-
rumque differentia. Si quos forte pater sanctos o-
stentationi studere denotasset, cum seulares ad
monasterium veniebant. hac eos arte curabat. Cō-
turbatis illis in conspectu aduentantium afficie-
bat, ministeriaq; illis ignobilia iniungebat. Quo
illi increpationis genere ita sanabantur, vt iā si
qui ex seculo ad monasterium venissent, aspectum
eorū cursu fugerent. Eratq; iucundum spectacu-
lum videre ipsam inanem gloriam seipsam perse-
quentem, hoīes autem fugientē. Noluit me domi-
nus ex eo monasterio abique viatico orationum
sancti cuiusdam viri demigrare, assumpsitque in-
de septimo die antequam proficiscere vinum per
cuncta mirabilē, Mennā nomine, secundu post ab-
batē in monasterij regimine, qui annos iam quin-
quaginta & nouē egerat in monasterio, omnemq;
cœnobij administrationē execut⁹ fuerat. Tertia i-
gitur die 10 celebrantib⁹ nobis pro dormitione tā-
ti patris officium consuetū, subito locus ille vbi sā-
cti viri corp⁹ iacebat, mihi odoris fragrantia imple-
tus est. Permissit igitur magnus ille loculū, in quo
repositū erat corpus, deregi. q̄ cū factū esset vidi-
m⁹ oēs ex illius preciosissimis plātis, veluti ex duo-

bus

bus fontibus vnguenti manare suauitatem. Tunc ad oēs monasterij magister conuersus, videtis, inquit, vt fatigationem eius ac laborū sudores quasi reuera vnguentum preciosissimum oblatis, susceptiq; deo sunt. Multas quidē & alias huius beatissimi Mennæ virtutes nobis loci eiusdem patres referebant. Dicebant vero & istud quod volens aliquando insignem illius pater monasterij probare patientiam, reuersum ad monasterium, prostratumque abbati & benedictionem secundum consuetudinem suscipere orantem, à vespera vsque ad ¹¹ collectæ horam ita illum humi iacere prostratum permisit. Tunc vero iam illum benedicentem & veluti ostentationis gratia cuncta facientem, ac impatientissimum obiurgans erexit tandem. Sciebat enim sanctus quam id fortiter ferret, quo circa & istud ad cunctorum edificacionem spectaculum edidit. Huius vero sancti Mennæ discipulus, qui magistri omnia plenissime nouerat & de his certiores nos reddere solebat. Cum illum curiosius interrogare ante abbatē ita prostratus somno depressus fuisset, asseuerabat illum sic humi iacentē, psalterium ore cecinisse. Nō mittam sermonis nostri coronā & præsentem illustrare smaragdo. Noui ego aliquādo quibusdā ex illis fortissimis senib⁹ de solitaria vitæ quiete questionē, illi vero serena ac subridēti facie læto ac placidissimo gestu aiunt ad me. Nos o pater Iohannes terreni cum simus, terræ etiam propius vitæ institutum cœpimus: illud cōuenire iudicantes, vt promensura infirmitatis nostræ etiā bella subiremus, satius esse existimantes cum hominibus iuctari, qui aliquando quidem esserantur, aliquādo vero manescunt & respiciunt, quam cum demonibus qui aduersum nos semper armantur &

seruiunt.

seruiunt. Alius vero ex illis rursus sempiternē mē morandis viris, cum mē in domino plurimum diligeret, meque familiarissimē vteretur, mihi semel placidissimē dixit. Si reuera sapientissimus cum sis, effectum virtutemque verborum sentias eius qui dixit. Omnia possum in eo qui me confortat, si Christum tota animi intentione complexus es, si spiritus sanctus castitatis rore, vt olim in virgine, ita superaenit in te, si virtus patientiæ obumbravit tibi, accinge sicut vir lumbos tuos obedientiæ linteo, & à quietis cœna confurgens, in spiritu contrito fratrum pedes laua, imo vero abiecta mente fratrum pedibus aduolue. Statue in cordis tui ianua seueros ianitores & vigiles. Tenē insuperabilem atque immobilem mentem in corpore huc illucque distracto. Exerce in membris agilibus ac mobilibus intellectualem quietem. Atque id quod miracula excedit omnia, esto in medio tumultuū impavidus animo. Restringe insanam linguam, ne ad contradicendum faciliē desiliat. Pugna aduersus hanc rabidam dominam dicitur 12 septuagies septies. Affige in anima ligno (quæ crucem dicimus) in eadem¹³. videlicet mentem, vt per alternos malleorum ictus, & crepitus percussā ludibrijs, & maledictis, irrisionibusque lætēsita, iniurijs affecta, infracta & in nullo læsa seu dissoluta perseverans, tota lenis & plana immobilisque persistat. Exue te voluntatibus tuis, vt confusionis amictu, atque his nudus, stadium pietatis ingredi. Indue quod rarum & difficile inueniri potest ad certaminis magistrum immobilem, vel inuiolabilem fidei lorica, quam nulla iam infidelitas dissoluere & violare possit. Contine franco pudicitia tactum impudenter proficientē. Reprime perpetua meditatione mortis oculum,

ac ho-

ne horis singulis magnitudines ac pulchritudines corporū curiosius intueri velit. Refrēna iugi tui ipsius cura curiosum animum, qui dum sui negligens est, fratrem semper condemnare vult, omnēque dilectionē & misericordiæ affectū ad proximum sincere semper ostende. In hoc enim amanti-
 simē pater vere cognoscent homines quod Christi discipuli simus, si in vnū congregati dilectionē habuerimus ad inuicem. Irrisiones horis singulis vt aquam viuā bibe. Huc huc rursus aiebat amicis optimus, accede, hic nobiscū vna morare. Nā cuncta quæ sub cœlo sunt perferutatus iucunda & læta sanctus Dauid, nouissime omnium hæsitans vel exultans aiebat. Ecce nunc quid bonum aut iucundum? Nihil sane aliud, quam habitare fratres in vnum. Quod si nondum huiusmodi patientiæ & obedientiæ rā præclaro bono digni simus, reliquū est vt infirmitatem agnoscentes nostram, procul à certaminis stadio in solitudine stemus, atque huiusmodi athletas beatos confiteamur eisque patientiam imprecentur. Victus sum fateor verbis optimi patris ac præstantissimi magistri, qui mihi euangelica, & prophetica autoritate, ac longe amplius sincerissimi amoris iure repugauerat. Ex quo factum est vt sanctæ obedientiæ, absque vlla controuersia iam palmam non inuitus darem. Vnam adhuc perutilem illorum beatorum virtutem memorabo, ac veluti ex paradiso exiens, ad ineptam rursus & inutilem ac spinosam orationem nostram remeabo. Ad orationē plerunque stantibus nobis, anmaduertit pater sanctus quosdam inuicem colloquentes, quos ante fores ecclesiæ statuens iussit, vt per 7. dies cunctis intrantibus & exeuntibus prosternerentur siue clerici siue presbyteri fuissent. Considerans ego

Ioan. 13.

Psal. 132.

quendam ex fratribus ad psallendum attentius astantem, atque in principio maxime hymnorum, veluti ad quosdam nutibus suis & facie loquentem, rogabam vt mihi quid sibi mos ille, & nutus ille vellet aperire: Qui prodesse mihi cupiens, nihilque abscondere decernens: ego (inquit) pater Iohannes cogitationes meas & mentem atque animum colligere à principio collectæ consueui, & coram conuocatis eis acclamare, venite adoremus & procidamus Christo regi ac deo nostro. Eum vero qui parandæ fratribus refectiōni præerat, cum curiosus inquirerem, hoc facere anmaduertit. Ad cuius latus cum appensum cingulo breuem libellum conspicerem, didici eum quotidie cogitationes suas in eo notare, hæcque omnes nuntiare pastori solitum. Non solum autem illum sed & alios quamplures id facere ibidē prospexi. Erat enim vt comperi patris sancti mandatum. Expulsus est aliquando à patre vnus ex fratribus, qui apud illum proximum suum, vt nugis & loquacitati deditum criminatus fuerat. Qui ad monasterij ianuam septem dies perseuerans orabat vt ingressu, simul & venia potiri mereretur. Quod cum didicisset studiosus animarum custos, nihilque omnino sex illis diebus illum comedisse explorasset, hoc illi denuntiat, vt si habitare omnino in monasterio vellet, statuendū se sciret in penitentium ordine. Cū igitur hoc libenter amplecteretur penitens, iubet eū pastor, ad separatū peccata lugentibus monasterium deduci, quod & factum est. Quoniam vero se obtulit occasio, vt dicti monasterij mentionē faceremus, pauca de illo necessariō dicēda sunt. Locus erat vno tantū lapide à magno monasterio distans, carcer appellatus, omni mortali consolatione destitutus. Non illic

vnamquam

vnq̄ fumi vapor apparebat, non vinum, non oleū ad cibum, non aliud quicq̄ præter panem & minutata olera. In hoc si qui post supernam vocationē deliquissent, ita eos claudebat pater, vt procedere inde nusquam valerent. Non quidem omnes simul, sed seorsum singulos, aut certe multum, duos simul, ibiq; tamdiu morabantur, quo ad eum dominus de singulorum remissione certiores faceret. Constituērat autem illis, qui præfesset loco, magnum & singularem quendam virum Isaach nomine, qui perpetuam fere orationē ab his, qui sibi seruandi tradebantur, exigebat. Erant illis etiam ad acidiam vitandam plurima palmarum 14. folia. Hæc vita, hic status, hoc propositum est faciem Dei Iacob reuera inquirentium. Est quidem præclarum labores sanctorum admirari, imitari verò instituta salutem præstat. Porro illorū conuersationem velle quempiam repente totam imitari, irrationabile est simul & impossibile. Quoties reprehensi mordemur atque angimur, tangat nos memoria nostrorum delictorum, donec violentiam nostram, quam vult à nobis perpeti, intuens dominus, & peccata nostra, & angentem cor nostrum dolorem vna debeat & in gaudium conuertat. Secundum enim multitudinem dolorum meorum in corde meo, inquit, consolationes tue lætificauerunt animam meam. Tempore idoneo non obliuiscamur eius qui dicit ad dominum: Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis teiræ, cum corruissem, iterū reduxisti me. Beatus qui propter Deum quotidie maledictis & conuicijs laceffitus sibi vim fecerit. Hic enim cum martyribus tripudiabit, & angelis parem confidentiam & gloriam merebitur. Beatus monachus

Psalm. 93.

Psalm. 70

quis

qui seipsum omni ignominia omniq; abiectione dignum horis singulis existimat. Beatus qui voluntatem suam ad finem vsq; mortificauit, suiq; ipsius curam omnem atque diligentiam spiritali magistro permisit. Nam ad crucifixi dexteram constitueretur. Si quis increpationem siue dexteram siue iniustam à seipso abijcit, hic salutem suam abnegauit. Qui verò hanc siue cum labore, siue sine labore suscipit, cito suorum delictorum veniā & remissione potuetur. Deo cam quam ad patrem tuum habes fidem, synceramq; charitatem in intimis ostende. Et illē hunc occultæ certiores faciet tui in illum affectus integerrimæq; delectationis, vt tibi post hac vberiori beneuolentia & familiaritate iungatur. Is qui serpentem 15. omnent semper prodere paratus est, certissimæ de se fidei argumentum dedit, qui verò illum in sui cordis latebris occultat, adhuc vagus errat. Si quis amorē suum ac propriam dilectionem, quam ad fratres habet explorare cupit, tunc indē certior fit, cum se in fratris delictis lugere intentius prospexerit, rursusque in illius profectibus & gratijs lætari. Is qui dum loquitur, verbum suum (quamuis illud sit verum) firmare voluerit, sciat se diaboli morbo ægrotare. Quod si cum suis æqualibus colloquendo id facit, fortasse, aliquando maiori increpatione curabitur. Sin verò in maiorum & sapientiorum sermone, contra sententiam, pertinax in sua opinione perseverat, humana arte nunquam sanari poterit. Qui in verbo humilis non est, nunquam profectō erit in opere. *Luc. 16.* Nam qui in modico infidelis est, in magno quoque infidelis erit, neque cuiusquam cedit auctoritati, frustra q; laborabit, neq; sancta obedientia quicquid quam sibi præter iudicium reportabit. Si

E

quis

quis conscientiam suam mundissimam in patris spiritualis subiectione seruauit, hic iam mortem et somnum, imo verò ut vitam quotidie intrepidus expectat, certissime sciens, obitus tempore sui ipsius, non à se, sed à patre rationem esse requirendam. Si quis in domino nulla vi impulsus a patre ministracionem suscepit, atque in ea præter spem & expectationem suam lapsus in aliquo fuerit, non ei qui dedit arma, sed sibi qui suscepit ruinæ causam imputet. Suscipit enim arma ad pugnandum contra inimicum: conuertit autè ea in eor. Quod si coactus id fecit, infirmitatemque suam iniungenti ministerium prædixit, bono animo sit, nam & si ceciderit non morietur. Nescio quomodo me peene fugerat, o amantissimi, & hunc vobis apponere suauissimum virtutis panem. Vidi enim illic obediens in domino, qui seipsos iniurijs & contumelijs atque ignominijs quotidie afficerent, ut cum illa sibi ab alijs irrogarentur, hoc exercitio parati inuenirentur, tanquam assueti non angere ignominijs. Anima quæ semper confessionem delictorum meditatur, hoc veluti freno à peccatis coercetur. Nam quæ confiteri derectamus, ea veluti in tenebris sine vilo metu perpetrari consueuimus. Quoties absente patre eius nobis faciem fingimus, ipsumque nobis a stare putamus, congressumque omnem, aut sermonem, aut cibum, aut somnum, aut aliud quodlibet eiusmodi quod sibi ingratum fore putamus, fugimus & auersamur: tunc reuera obedientiam liberam & minimè adulteram nos arripuisse sciamus. Nam pueri segnes & ignaui ex magistri absentia lætantur, quam ardentibus & industrijs summum detrimentum sibi arbitrantur. Interrogavi quendam ex illis probatissimis patribus, quomodo obedientiæ virtus humilitatem pos-

tem possidet. Qui ait etiam si mortuos suscitaret gratus obediens, & si lachrymarum possideat donum, etiam si à bellatorum fœditate permaneat liber, omnia penitus spiritualis patris precibus consecutum se arbitrabitur, a que ita ab inani tumore permanebit liber. Quomodo enim in illa re efferi, atque gloriari poterit, quam non suo studio vel merito, sed solo patris adiutorio se egisse constanter tenet? Non nequit solitarius huiusmodi virtutis munus. Quippe plus in illo iuris habet inanis tumor, cum sibi suggerit proprio solum labore ac studio virtutes parauit se. Cum is qui subiectus est duos euaserit laqueos, 17. manebit deinceps seruus Christi perpetuus obediens. Contendit dæmon obedientiæ deditos, hunc quidem sordidis inquinare humoribus, hos verò duos corde, & præter morem solitum turbulentos arid. sique & fructuosos gulæ deditos, adque orationem pigros somnolentosque & tenebris plenos efficere, ut eos ita affectos, veluti qui ex obedientiæ virtute nil proficiant, imo verò etiam retroceant, ab instituto certamine retrahat. Neque enim eis in mentem venire permittit, quod (dum ista quæ videntur optima nobis singulari Dei dispensatione subtrahuntur,) materia nobis profundissimæ humilitatis datur. Repulsus est sæpenumero quorundam tolerantia huiusmodi deceptionis auctor, cum post paululum adhuc isto loquente, alius angelus post modicum astans, altero nos modo seduere nititur. Vidi populos obedientiæ deditos facile compungi, placidos esse, continentes, studiosos, feruentes, quos patris præsidium bello seruauerat immines. Quibus astantes dæmones eos iam esse idoneos qui ad solitudinem properarent suggererunt,

veluti per eam possent ad fastigium summæ ac placidissimæ quietis euadere, his illi persuasi ac seducti atque è portus fida statione, ad pelagi profunda transeuntes, tempestate ingruente, solatio gubernatorum destituti, sordido falsoq; mari miserabiliter absorpti sunt. Necessè est enim cõuerti mare & turbari atq; efferari, vt tunc materiã omnem quã perturbatio & vitiorũ flumina in ipsum deduxerũt, omnemq; putredinem & herbam per eadem rursus in terram deiiciat. Inueniemus si diligentius inspiciamus, post feros fluctus maris maximam tranquillitatem sequi solere. Qui patri spiritali, nunc quidam obedit, nunc vero inobediens est, is ei comparandus est, qui oculis suis modo colirium, modo calcem imponit. Vnus eum, inquit, si ædificet & alius destruat, quid nisi labores acquisierunt. Noli ò fili atq; domino obediens spiritu elationis decipi, neque peccata tua veluti ex persona alterius, magistro denuncies. Neq; enim licet absque verecundiæ rubore ab æterna confusione liberari. Aperi, denuda, detege medico vulnus tuum. Dic age, noli confundi. Meum vulnus est pater, mea plaga, cuius mihi causa fuit non alterius, sed mea negligentia. Nemo huius author exiti, non homo, non spiritus, non corpus, nõ aliud quicq;, nisi desidia mea. Esto dũ confiteris, habitu specie, cogitatione, vt condemnatus reus, dimittis in terram luminibus: atque si fieri potest magistri aut medici pedes, vt Christi pedes lacrymis riga. Solent nonnunquam dæmones nos, vt aut non cõfiteamur horari, aut certe, vt hoc veluti ex alterius persona faciamus, siue vt alios quosdam peccati nostri insimulemus auctores. Sicut certum est, consuetudo plurimum valet, & cuncta ex ea pendunt eamque sequuntur: omnino longè am-

plius

plius ea valebit in bonis, cum potentissimum habeat adiutorem Deum. Noli ò fili annis plurimis laborans lassescere, donec in te ipso beatissimam inuenias requiem, Quod si te ipsum in initio toto animo ignominij exposuisti, ne indignum putes adiutori ac magistro tuo tanquam Deo, vultu animoque dimisso culpas tuas confiteri. Vidi enim reos quosque miserabili omnino habitu, vehementiorique confessionis & supplicationis vilitatem ac seueritatem emolliuisse iudicis, illiusque iracundiam in misericordiam conuertisse. Quocirca Ioannes quoque domini præcursor antequam baptismi lauacra donaret, ab accedentibus confessionis humilitatem requirebat. Non quidem vllò eorum ipse indigens: sed eorum saluti modis omnibus consulens. Nec metuo vllò, aut magna admiratione teneamur, si etiam post confessionem oppugnamur, præstat enim cum iniquatione: arnis, quam cum elatione mentis habere consiliũ. Noli citius accurrere, neque eleueris facile, cum enarrari audis solitariorum, atque anchoritarum patrum vitas, tu enim pro martyris in militia incedis. Neque si cadere in conflictu contingit, fraternam ex acie excedendum est. Nam tunc maximè indigemus medico, cum vulnera susceperemus. Is enim qui adiutorio subnixus pedem in lapidem offendit, si adiutorio destitutus esset, non offenderet solum, sed minime moreretur. Quoties lapsi ceciderimus ocius dæmones acius instant, ac veluti rationabilem, imo verò irrationabilem occasionem nacti, tunc iam nobis quietem solitudinis suggerunt, ea intentione vt ruinæ nostræ ruinam etiam adiciant. Cum se medicus de virium suarum impotentia excusat, tunc ad alium ne-

Matth. 3.

Psal. 135.

cessario eundum est. Nam sine medici peritia pauci curantur. Quis ille erit qui aduerserur ita dirimientibus nobiscam nauem, quam gubernator optimus ac peritissimus regit si naufragium incidat, omnino perituram si gubernatore destituta esset: Ex obedientia humilitas, ex humilitate verò placida animi tranquillitas nascitur. Quippe in humilitate nostra memor fuit nostri dominus, & redemit nos de inimicis nostris. Nihil igitur dicere prohibet ex obedientia tranquillitatem nasci, per quam finis humilitatis acquiritur. Hæc enim illam inchoat, sicut Moyses legem: perficit autem filia matrem, sicut Maria synagogam. Supplicio reuera omni digni apud Deum sunt illi ægroti, qui medici peritiam vtiliter experti, antequam perfectæ reddantur sanitati, hunc deserant, alterumque illi præferunt. Noli eius manus fugere, qui te obtulit domino. Neque enim alium ita vtilium in vita tua reuereberis. Nequaquam tutum est imperito & gregario militi ad gladiatorum certamen descendere: Ita ne monacho quidem certamen est, ignaro, rudi adhuc & pleno perturbationum, neque in his antea exercitato ad solitudinem contendere: Ille enim in corpore, hic vero in anima periclitabitur. Boni enim (inquit scribitura) sunt duo super vnum. Hoc est bona est filio vna cum patris adiutorio, per operationem sancti spiritus, aduersus anticipationes, siue viciosam consuetudinem pugnare. Qui caecum duce, pastore gregem, viæ ignarum ductore, infantem patre suo, ægrotum medico, gubernatore nauem destituit, & fraudat, vtriusque periculum parat. Qui verò sine patris auxilio contra spiritus nequam pugnare nititur, ab illis occiditur. Hi quidem qui ad medicorum tabernas in

initio

initio adueniunt dolores suos, qui vero ad subiectionem accedunt, eam quæ in se est humilitatem notent. Nam illis quidem dolorum leuigatio, istis vero suæ reprehensionis adiectio. certissimum signum sanitatis est. Sit tibi conscientia subiectionis speculum, & satis est. Hi quidem qui in solitudine patri subiecti sunt, dæmones tantum aduersarios habent, qui vero in congregatione sunt, dæmonibus atque vna hominibus coluctantur. Et priores illi quidem, ex iugi conspectu præceptoris, diligentius illius mandata custodiunt, sequentes vero nonnunquam per illius absentiam ea paululum transgrediuntur. Verum si studiosi laborumque patientes fuerint, per offensionum tolerantiam defectum illum copiosissimè suppleant, coronasque duplices referunt. Omni custodia seruemus nosmetipsos. Portus enim nauibus repletus, eas facile conterere ac demoliri solet, atque maximè illas, quæ ab iracundia, veluti à verme aliquo, latenter perforatæ fuerint.

Dum sub magistri manu sumus, silentio supremo ignorantiam semper prætendentes nos ipsos assuesciamus. Vir enim tacitus philosophiæ filius: plurimamque semper scientiam possidet. Vidi eum qui subditus erat verbum ex ore magistri rapuisse, deique eius subiectione desperavi, animaduertens illum ex eo superbiam potius quam humilitatem acquisiuisse. Omni vigilantia prospiciamus, omni diligentia obseruemus, omnique custodia provideamus, quâdo aut quomodo ministerium orationi præferendū sit. Neque enim sane id semper faciendum est. Attende tibi ipsi quâdo in conspectu fratrum tuorum altas, vt nō velis eis iustior videri in vilo penitus. Duo enim mala

E 4

facis,

facis, dum & illos ex hoc tuo falso ac ficto studio conturbas, & tibi ex omni loco arrogantiam & superbiam conquiris. Esto animo studiosus ac sollicitus. neque id penitus corpore fingens, non habitu, non sermone, non signo, istudque eris si proximum tuū spernere ac minimum vel minimi existimare quicquisti. Quod si haecenus ad id pronus existis, esto fratribus tuis per omnia similis, neque per elationem dissimilis. Vidi plerunque improbum discipulum, cum de magistri virtutibus coram hominibus quibusdam loqueretur gloriantem, qui tamen dum sibi ex aliena fruge gloriam videretur acquisisse, ignominiam potius retulit, cunctis ad illum conuersis ac dicentibus. Et quomodo arbor bona ramū infructuosum tulit? Non tunc nos patientiæ deditos, aut virriti existimemus, cum patris obiurgationem fortiter tulerimus, sed cum à cunctis hominibus contempti ac verberibus etiam affecti constanter tolerauerimus. Patrem enim idcirco toleramus, quia reueremur, illiq; pro impensa nobis cura debitores sumus. Bibe summa alacritate obiurgationes ac irrisiones, à quouis homine tibi propinatas, non aliter, quam aquam vitæ. Potare enim te quærit salubri potione, & per quam omnis animi lasciuia & luxuria purgetur. Nā huiusmodi reuera hastu orietur intima & profunda castitas in anima tua, luxque dei candidissima ex corde tuo non deficiet. Nemo cum sub seipso viderit fratrum cœtum requiescere, in mente sua incautus gloriatur. Fures enim iuxta sunt. Recolens recole, quid dominus dixerit. Cum omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inuitiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Porro qua iudicij subtilitate labores nostros deus examinet, an exitus nostri tempore sciemus. Cœnobium est

Luc. 17.

terre.

terreste cœlum. Idcirco quasi angeli ministrantes domino affici in corde studeamus. Nonnunquam hi qui eiusmodi in cœlo sunt, corde fere lapidei sunt. Nonnunquam vero per compunctionē molliuntur, vt per huiusmodi duritiam, elationem fugiant, & per lachrymas, labores consolentur. Modicus ignis plurimum ceræ molliuit. Modicumq; contingentis ignominia omnem saepe cordis feritatem, omnem duritiam, omnemq; cæcitatem repente molliuit, obduxit, deleuit. Vidi aliquando duos latenter obsidere, certantiumque gemitus, ac labores obseruando auscultare: sed alter imitandi studio id faciebat, alter vt cum tempestiuum cerneret, ista cum exprobratione publicaret, ac dei famulum à sacra ista exercitatione retraheret. Noli præter rationem silere, ne ex tui silentij improbitate alijs turbationis & amaritudinis author fias. Neque moribus tardus, in cœssuque celer sis, alioquin turbulentis & insanis deterior eris. Vidi autem vt ait Iob, huiusmodi nonnunquam morum tarditate, interdū vero etiam ex dexteritate animas parere & perire, malitiæque varietatem admiratū sum. Qui in fratrum medio consistit, non tam ex psalmodum modulatione, quam ex oratione lucrari poterit. Nam saepe ex alterius vocibus & modulationibus, ne virtutem intellectumq; psalmi consequi possimus, impedimur. Certa tota animi intentione, mentemq; semper in quietam ac vagā infatigabiliter contine, teipsum ad teipsum colligēs. Neque enim ab his qui obedientiæ legibus viuūt, orationem sine vlllo cogitationū strepitu quietā requirit deus. Noli tristari, aut merore vlllo affici, si dum oras subtilissime inimicus irreperit, animique intentionē clam vt fur auertit, sed bono animo esto. dū semper lubricam reuocas mentē. An-

E 5

gelis

gelis enim solis datum est huiusmodi non patere
 turibus. Qui sibi ipsi latenter persuasit, nunquam
 sibi ab huiusmodi conspectu recedendum, usque
 ad extremum spiritum, imo si mille mortes (vt
 ita dixerim) animæ & corporis immineant, nihil
 huiusmodi facile incurret. Nam cordis hæsitatio
 & infidelitas, locorumque mutatio offendicula
 semper atque calamitates parare consueverunt.
 Qui enim proni ac faciles ad migrationem ²²
 mutationemque locorum sunt, improbi omnino
 iudicantur. Nihil ita boni operis fructus consu-
 vit obtundere, vt locorum crebra mutatio. Si ig-
 notum tibi hæcenus medicum, ²³ siue medicinæ of-
 fenderis tabernam, esto vt præteriens viator, cun-
 ctorumque illic degentium clam experimentum
 sume. At si ex opificibus & ministris quidquam
 auxiliij & emolumentum in tuis ægritudinibus te
 accepisse persenseris, maximè vero in timore ani-
 mæ, quem euacuare queris, tunc iam securus acce-
 de, teque ipsum vende illic humilitatis auro, sub
 obedientiæ chirographo, & administrationis lit-
 teris, testibusque angelis horum in conspectu dis-
 rumpe atque conscinde propriæ voluntatis car-
 tam. Nam si huc illucque circumneas, fœdus iam
 & precium quo te Christus emerat violas. Admo-
 neat te iugiter sepulchri ²⁴ memoria, Nemo è mo-
 numento pregrreditur ante cõmunè resurrectionè
 omnium. Sin vero exierint aliqui considera quia &
 mortui sunt. Quod nos vt ne patiamur dominum
 intenti oremus. Cũ senserint fragiliores quique ac
 segriores grauias sibi imperari, tunc orationes præ-
 ferre contendunt, cum vero leuiores, tunc ab hac
 veluti ab igne diffugiunt. Sunt nonnulli qui post
 quã administrationis officium susceperint, pro cõ-
 solatione & quiete fratris requisiti, illo se abdicant,
 atque

atque id ei concedunt. Sunt item qui ex pigritia
 id faciunt. Sũt qui ex inani gloria facere id volũt.
 Et sunt qui ex alacritate animi. Si te rapuit quod-
 libet genus viuendi, videsque in eo, animæ oculũ
 absque profectu persistere, desungi ab instituto quã
 celerius satage. Verũ is qui probatus est, ²⁵ æque in
 omnibus probatus est, sicut etiam econtra. Male-
 dictam seculo atque iniuriæ, multa sæpe diffici-
 lita fecerunt. Ita & in religiosis congregationibus gu-
 la illecebra, ruinã omnem & negligentiam atque
 contemptum operatur. Hanc tyrabidam dominũ
 si subigere volueris, omni in loco placidissimã qui
 etiam acquirere valebis. Illa vero si tibi domine-
 tur, extra monumentũ, omni in loco periclitaberis.
 Dominus quidem illuminat cœcos obedientium
 oculos, ad contuendas magistrũ virtutes. Idemque
 eos excecatur, ne defectus videant, econtra vero bo-
 nis omnibus infestus dæmon fieri conatur. Sit
 nobis o fili forma optimæ subiectionis argentum,
 quod viuũ dicitur, quod quilibet in omnia voluat-
 tur, manet tamen ab omni sordium commixtione
 liberum. Qui solliciti ac studiosi sunt, seipsos cautif-
 simè attendant, ne dũ negligentiores quosque iu-
 dicant, seuerius quam illi condemnentur. Idcirco
 enim vt reor iustificatus est Loth, qui cum in flagi-
 tiorum medio versaretur, nunquam illos penitus
 iudicasse deprehensus est, Semper quidem conser-
 uandus est quietus animus, atque ab omni pertur-
 batione liber, sed attentius tamen cum domino
 psallim. Student enim maxime dæmones pertur-
 bationibus orationem nostram impedire atque de-
 moliri. Is reuera minister idoneus censetur, qui cũ
 hominibus corpore assistat, mente tamen per or-
 rationem cœlos pulsatur. Iniuriæ quidem at-
 que contumeliæ, obiectionesque & huiusmodi

2^a ab. 143^o

cætera in obedientiæ anima absinthij amaritudinij similia sunt, laudes verò honores, gloriosiq; rumusculi, in his qui talia studiose aucupantur, in morem mellis suauitatem maximam gignunt. In spiciamus ergo diligentius naturam vtrarumque rerum. Absinthium quippe omnem intestinorum fecem purgare certum est. Mel vero bilem augere solet. Securè eis credamus in domino, qui curam nostri susceperunt, etiam si quadà imperent, quæ contraria ac salutis nostræ videantur ²⁶ aduersantia. Tunc enim fides ad illos nostra veluti in fornace humilitatis comprobatur. Hoc enim est verissimæ fidei indicium, si contraria quam sperabam⁹ aspicientes, præcipientibus absq; vlla hæsitatione obtemperemus. Ex obedientia vt diximus humilitas nascitur, ex humilitate discretio, vt à magno quoq; Cassiano, in eo sermone quem de discretione conscripsit, venustissimè atque altissimè disputatum est. Ex discretione verò animo clarissimum lumen infunditur, ex quo etiam præuisio nascitur. Quis igitur ad hoc tam præclarum iter obedientiæ non lato animo accurrat, cum ante se tantam bonorum copiam videat? De hac singulari virtute cantor ille optimus aiebat. Parasti in dulcedine tua pauperi obedientiæ deus, præsentiam tuam in corde ipsius. Nunquã excidat tibi in tota via tua Maximus ille athleta, qui totis decè & octo annis auribus exterioribus nūquam à magistro audiuit, Salueris interioribus vero quotidie audiebat à domino, non quidem. Salueris, quod opratiuum est. ac pro incerto ponitur, sed Saluus factus es: quod firmum simul ac diffinitū est. Pleriq; ex obedientium grege, cum facilitatē patris animaduertunt, sensim dum nesciunt ad suas voluntates eorum autus inclinant. Sciant autē huiusmodi se confes-

sionis

sionis corona omnino excidisse. Obedientiæ est simulationis, proprijque desiderij omnimoda renunciatio. Sunt qui suscepto imperio, cum imperantis intentionē in hoc parum gratā animaduertent, id repudiauerunt. Sunt item qui cum idem præsentirent, tamen instanter ac sine vlla hæsitatione obtemperauerunt. Quærendū qui nam ex his religiosus fecerunt. possibile non est, vt diabolus suæ ipsius resistat voluntati, idque tibi persuadet qui in negligentia viuunt, & in vna solitaria cellula siue in cœnobio perseuerant. Cum vt locò excidamus oppugnatur, sit ea pugna nostræ illic virtutis indicium. Nam si oppugnatur, quis pugnare nos ambigat? Non ero occultator iniquus, nec fraudator inhumanus, vt ea apud vos sileam quæ silere omnino nephas est. Iohannes Opanij Sabbaites vir mihi charissimus, res mihi retulit auditu mirabiles, & memoratu dignissimas. Quod autē is vir perturbationibus & passionibus sit liber, atque à mendatio procul, verboque & opere mundus, cum eius experimentum cœperim, noui pater optime. Hic itaque mihi ista narrauit. Erat, inquit, in monasterio meo, quod est in Asia (inde enim iustus ille aduenerat) senex quidam negligentissimus ac parum moderatus, quod non iudicandi causa, sed veritati studens dico. Huic erat discipulus minor Achatius nomine, quem nescio quo pacto sibi acquiserat, simplex quidem animo ac voluntate, sed sensu ac cogitatione prudentissim⁹. Qui tanta ab huiusmodi sene passus est, quanta (si referre voluero) plurimis forte videbuntur incredibilia. Non enim iniurijs solum atque contumelijs & ignominijs, verum etiam verberibus eum quotidie afficiebat. Erat autem hæc illius tolerantiæ non sane irrationabilis. Ego igitur cum illum quoti-

quotidie, vt emptitium seruum suprema in aerum
na degere aspicerem, obuians illi sēpissime dicebā
Quid est frater Achatī? Quomodo tibi est hodie?
Ille vero continuo, nunc quidem liuentem tumi-
dumque oculum, aliquando vero faciem fractam
& ceruicem, sēpe iētum caput ostendebat. Ego ita
que sciens eum patientiæ operarium, aiebam illi:
Bone, susline viriliter & proderit tibi. Cum igitur
egisset annos nouem sub immiti & acerbo sene,
migravit ad dominum, sepultusq; est in patrum
cimiterio. Post quinque dies abiit ad mag-
num quendam illic senem Achatij magister, dix-
itq; illi: Pater Achatius mortuus est. Quod cum
audisset senior, respondit: Vere senex non id mihi
persuades. Qui ait: Veni, & vide. Continuo surrex-
it senex, venitq; cum beati pugilis magistro ad
cimiterium. Clamavit, tanquam viueret, ad eum,
qui vere in beata requie viuēbat. Dicens: frater
ACHATI: Putas ne mortuus es? Tum vero gra-
tus ille obediens, etiam post mortem obediētiā
ostendens magno illi, ita de sepulchro respondit:
Et fieri quō potest pater, vt moriatur homo obedi-
entiæ deditus: Tunc senex ille, qui pridie illius ma-
gister appellatus fuerat, territus in faciem cum la-
chrimis cecidit, atque à monasterij abbate petijt,
vt sibi iuxta rumulum eius cellulam construere li-
ceret. Illic quē iam sobrie vixit, dicens patribus sē-
per: Homicidium feci. Mihi quidem Patēr Iohan-
nes videtur hunc senem, qui cum mortuo locutus
sit, esse magnum Iohannem. Aliud enim quoddā,
veluti de alio mihi enarrauit beata eius anima: fu-
it autem ipse, vt postea certior factus sum, cum id
explorasse diligētius. Alius quidam (aiebat) in
eodem Asiæ monasterio, cuidam monacho miti
atque

atque mansueto in discipulum est datus. Hic cum
videret se à sene quasi honorari, ac præstari sibi
requiem, quod plurimis periculosum esse solet,
bene & prudenter excogitat. Obsecat senem, vt
illum ab se dimittat. Quod idcirco non valde mo-
lestum fore videbatur, quia habebat senior altum
discipulum. Profectus igitur ab illo est, literis-
que commendatijs magistrī, sistitur in quodam
Ponti cœnobio. Prima autem nocte, qua cœnobii-
um ingressus est, vidit quosdam per somnium à
ferationem exigere. Tandem post terribile id hor-
rendumque examen, debere se reperit, centum
auri libras. Experrectus itaque, visumque dijudi-
cans, ait: Humilis Antioche (hoc enim erat ipsi
nomen) vere graui ære oppressi sumus alieno, plu-
rimaque persoluenda restant. Sic igitur in cœ-
nobio, inquit, permansi annos tres, obediens om-
nibus, nihilque discernens cum me omnes sperne-
rent, atque vt peregrinum iniurijs afficerent. Ne-
que enim erat ibi præter me peregrinus alius mo-
nachus. Post triennium vero rursus in somnis as-
picio quendam, qui decem debiti mei libras abo-
litas ostendit. Expergefactus itaque intellexi visi-
onem, & dixi: Decem solummodo libras profulus,
& quando impleturus sum reliquum debitum?
Tunc ad me ipsum dixi: Humilis Antioche, am-
pliore labore & ignominia opus habes. Ex tunc
itaque me amentem & fatuum simulare cœpi, ni-
hil tamen ministerij mei penitus omitteus. Quo-
circa in tali me ordine atque alacritate cernentes,
immites patres cuncta mihi monasterij graua ope-
ra iniūgebant. Cū vero in hoc instituto vitæ xiiij.
annis perdurassē, vidi eos qui mihi antea apparue-
runt rursus ad me venire, totiusque debiti solu-
tionem

tionem impletam ex integro ostendere. Cum igitur in aliquo me vexabant monasterij monachi, debiti mei statim reminiscebar, atq; ita fortiter fe rebam. Ista mihi sapientissimus Ioannes, veluti ex alterius persona enarrauit, ideoque se esse Antiochum cognominauit. Hic autem fuit reuera, qui chirographum suum per patientiam fortiter conscidit. Qualem vero discretionis gratiam sanctus iste pro suprema obedientia virtute adeptus sit, referre libet. Cum aliquando sederet in monasterio sancti Sabbae, accesserunt ad eum tres adolentes discipuli illius fieri volentes. Quos continuo hospitio laetissime suscepit, omnibusq; humanitatis officijs prosequutus est, volens illos ex itineris labore recare. Post diem ergo tertium dicit eis senex: Ignoscite mihi fratres, quia homo malignus sum, nec possum ex vobis quempiam suscipere. Illi vero nihilominus scandalizati non sunt, sciebant enim senis opera. Sed cum maximis precibus, vt se susciperet, obtinere non possent, prostrati iam ante pedes eius obsecrabant, vt vel viuendi normam eis traderet, quo in loco, & quomodo habitare debuissent. Cessit senior, sciens quod cum humilitate ad obtemperandum parati id peterent. Atque vni: Vult dominus te o fili in solitarijs locis, cum patre in subiectione persistere. Secundo autem dixit: Abi vende voluntates tuas, & domino da, & tollens crucem tuam perse in conuentu & coenobio fratrum, & omnino thesaurum habebis in caelo. Deinde dicit & tertio: Aflume in animo tuo inseparabiliter, & tota intentione verbum illud: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. In intimis viscibus reconde, abiensque si fieri potest eum exercitationis tuae in domino ducem ac magistrum

gistrum quare: quo in omnium mortalium natura nullus sit asperior aut grauior, sub quo perseuerans iugiter obiurgationes & irrisiones quotidie, vt mel & lac bibe. Ad quem frater ille inquit: Si huiusmodi negligens fuerit, quid facio pater? Et si fornicari, inquit, illum videris, noli discedere, sed ad te ipsum conuersus dic: Amice ad quid venisti? Tunc aspicias tumorem tuae mentis dissipari excandescentiamq; mitescere. Contendamus totis viribus omnes qui dominum metuimus, ne in virtutis gymnasio nequitiam nobis ipsis acquiramus, malitiamq; & acerbiteriam & astutiam, per qua cursum impeditur noster. Solet enim id contingere, nec miru. Quam diu enim homo aut priuatus, aut nauta, aut agricola fuerit, non vsque ad deo aduersus eum inimici regis armanantur. At cum illum a rege sigillum accepisse viderint, scutumq; & gladium & arcum & frameam, vesteq; indutum militari, tunc maxime aduersus eum infrendunt dentibus, ac modis omnibus necare contendunt. Quo circa non dormiamus. Vidi plerunq; infantes pueros simplicitate ac decore mirabiles, sapientia & eruditionis atque vtilitatis acquirenda gratia ad magistros proficisci, nihilq; inde eruditionis consequi, nisi tantum factum & nequitiam ex reliquo: um contubernio. Qui sensum habet intelligat: Impossibile est, vt qui artem aliquam totis animis addiscunt, non in illa quotidie proficiant, verum alij quidem ex his profectum suum agnoscunt, alij vero dei dispensationem ignorant. Optimus ille trapezita est, qui quotidie vespere lucrum ac detrimentum omnino computat. Quod scire manifestius non potest, nisi horis singulis in tabulis omnia denoret. Nam cum calculi singulis horis ponuntur, totius diei ratio postmodum claris

us agnoscitur. Quoties exprobratur & condēnatur stultus, dolet atque angitur, volensque arguenti citius silentium imponere, veniam prostratus postulat, non humilitatis gratia, sed ut ille exprobare desinat. Cum obiurgaris tace, ac sic si pe animæ cauterium, imò vero castitatis luminaria. Cum cessauerit medicus adurere, tunc demum, ut tibi ignoscat, suppliciter obsecra. Nam in illo feruore increpationis fortasse poenitentiam non suscipit. Quicumque in congregationibus degimus, aduersus omnia quidem, sed contra hæc duo præcipue vitia horis singulis pugnare debemus, aduersus insaniam ventris, atque iracundiam. Hæc enim in turba fratrum proprijs materijs abundat. Solet diabolus eis qui in subiectionis humilitate viuunt, virtutum, quas sequi non possunt, desiderium immittere, similiter & in solitudine viuentibus, aliena & ad se nihil pertinentia suggere. Euolue diligenter & explica subditorum reproborum mentem, inuenies illic vagam & variam intentionem, solitudinis desideriam, ieiunij enormitatem, orationis insuperabilis affectum, summum gloriæ contemptum, memoriam mortis indelebilem, perpetuæ compunctionis imaginem, iracundiæ omnimodam sedationem, altissimi silentij, castitatisque excellentissimæ studium. Quibus rebus cum ex dispensatione dei initio careat, nonnulli decepri frustra acceptis studijs desierunt. Ista enim ideo ante tempus inimicus eos fecit inquirere, ne perseverantes, cum tempestiuum esset eis fruerentur. Contra, his qui solitariam viam delegerunt, seductor astutus obedientium gloriam ingerit, hospitum ac peregrinorum curam ministracionemque, fraternitatis studiū, contubernij familiaris dulcedinē, infirmantiū obsequia, &c. quæ

quæ sui studij non sunt, ut illos quoque sicut & priores versatus ille instabiles faciat. Paucorum reuera est solitudinem, ut dignum est, prosequi, eorumque solummodo qui ad laborum tolerantiam atque ad auxilium bellorum diuina consolatione recreantur. Pro qualitate autem nostrarum passionum, subiectiones quoque discernamus ac promptly eligamus. Si te ad libidinem & lasciuiam prouinum animaduertis, is te pater exerceat qui ventri indulge, e non norit, non qui miraculis coruscet, paratusque sit semper ad suscipiendos peregrinos. Porro si elata ceruice es, feruidus atque inclemens, non motis ac blandus moderetur. Non eos inquiramus qui futura prænoscent ac præuident, sed ante omnia penitus humiles, nostrisque ægritudinibus ac moribus atque habitatione congruentibus. Imitare iustum illum Abacrym cuius tanta mentionem fecimus. Et hic enim optimus ac præclarus ad prompte obtemperandum modus est, si semper ita tecum reputer, Tentat te pater, neque vnquam penitus falleris. Si cum iugiter à patre obiurgaris, ampliorem in eum fidem & charitatem assumis, habitat in anima tua spiritus sanctus inuisibiliter, & obumbrabit tibi virtus altissimi. Noli ergo gloriari ac lætari si contumelias & ignominias fortiter toleras, sed luge magis, quod aliquid omnino dignum contumelia egisti, patrisque animam contra te commouisti. Rem dicturus sum mirabilem, sed vide omnino ne hæsites, cuius habeo sententiæ patronum Moysen: 27 Expediit in deum magis peccare, quam in patrem nostrum. Nam si deum ad iracundiam prouocauerimus, dux noster illum reconciliare nobis poterit. Si vero ducem ipsum perturbauerimus, nullum iam qui nobis illum

Cautè lege

illum proprium faciat habebimus. Quæ vtraque mihi in vnum recurrere videntur: Inspiciamus diligenter & discamus sobrieque ac vigilanter attendamus, quid, quo tempore seruandum sit. Non nunquam enim cum à pastore incusamur, gratificè tolerare ac tacite debemus, nonnunquam vero facti nostri rationem reddere. Mihi quidem in his omnibus silendum videtur, quæ nobis vllam ignominiam afferant: lucri enim tempus est: in his verò quæ in personam alterius redundant, rationem reddendam ob vinculum charitatis atque insolubilis pacis. Quicumque ab obedientia desilierunt, hi tibi postmodum vtilitatem eius enarrabunt. Tunc enim in quo cælo stabant agnouerunt. Is qui ad placidissimam animi quietem atque ad Deum currit, die omni qua maledicta nõ sustinet, ingens detrimentum se sustinuisse arbitratur. Sicut enim arbores quæ à ventis agitantur, altioribus semper radicibus nituntur, ita & qui in obedientia degunt validas atque inconculsas animas possident. Qui in solitudine residens agnouit imbecillitatem suam, migransque seipsum obedientiæ vendidit, hic cæcus cum esset, sine labore respexit ad Christum. State, state, dicam iterum, state fratres, currentes athletæ, audientes, quid de vobis ille Sapiens clamat: Sicut aurum in fornace dominus, imò verò in cœnobio, probauit eos, & sicut holocausti hostiam accepit illos in sinibus suis.

In 4. gradum Annotationes.

- 1 *Alia translatio legit: & requiescam in humili cõtemplatione.*
- 2 *Patris, legendum esse videtur: nam & antiqua exemplaria, orationem patris spiritualis, habent.*

3 *Insigni*

3 *Insignis est obedientiæ descriptio: qui enim voluntatem suam perfecte patri alicui spirituali subiecit, ille ad motum vel opus aliquod iniunctum procedens, non discutit neque examinat, quale sit, quod facere iubetur: Idè & vitam curiositate vacantem, & immeditaram apud Deum excusationem vocat: in nullis enim rebus aggrediendâ obediens sollicitus est, aut curiosus: in nullis excusationes aut defensiones Deo faciendâs meditatatur: scit enim, quoniam sarcinam suam Patris Spirit. collo imposuit, quod & ille pro omnibus rationem reddet. Hoc est quod vetusta translatio, vbi Ambrosius vertit. [Nam qui pie animam suam mortificauerit securus, pro omnibus rationem reddet] habet, Prælati obedientis reddet, rationem pro eo. Merito igitur obedientiam tuam nauigationem & confectum dormiendo iter (vbi alij aperitum, ire per viam dormiendo, legum) appellat.*

4 *Exemplaria Venetijs impressa legunt: Mortua est obedientia in malis & in bonis apparentibus.*

5 *Obscura est definitio ego sic intelligendam puo: Obedientiam esse, cum quis propriam suam discretionem iudicium & voluntatem deponit apud alium, id est subiecit alteri, qui diuor est in discretionem, quique iudicio abundat.*

6 *Sensus est: metuens pondus iudicij vel rationis Deo reddende pro actione, quâ ex propria voluntate fecit.*

7 *Id est, qui proprio motu vel voluntariè vospipos vendere & in seruitutem Dei conijcere vultis.*

8 *Infidelitatem pro dissidentia ponit, cum scilicet de spirituali patris prudentia vel discretionem diffidimus dubitamus & conquerimur. Cui paulò post fidem opponit.*

9 *Non enim secundum quod esse videmur coram hominibus, sed secundum quod re vera sumus coram Deo iudicabimur.*

10 Nota ante 1200. annos in ecclesia pro mortuis celebrari consuetum esse, idq; tertio die: precipua enim ratio diei tertie, septimae & tricesimae habebatur: ut ex Tertulliano & alijs colligitur.

31 Collectas vocabant in primitiua Ecclesia conuentus, seu cœtus Christianorū, qui potissimū Dominicis diebus celebrabantur. &c. vel integræ erāt vel nō integræ: In nō integris tantū conciones & orationes fiebant: in integris præter hæc, etiam incrementum nouæ legis sacrificium offerebatur, & intemeratū Christi corpus à presentib; sumebatur, ideoq; has non licebat nisi præseente presbytero celebrare Huiusmodi collectæ, alio nomina Dominicam vocabantur, & Dominica sacramenta, & sanctissimi cœtus. De his consule Iustinum martyrem sub finem Apologiae 2. Has collectas olim tyrāni grauisimæ edictis prohibuerunt, quem admodum Auctor passionis Saturnini, Felicitæ & aliorum in urbe A. lutinensi martyrio, ob has collectas celebratas, ceronatorū, referi copiosè apud Surnium, tomo primo de viuis S. S. vocabantur collectæ. quia inter laicos collectæ id est elemosynæ pro pauperibus in illis colligebantur. Ut ex Iustini loco citato patet, vel collectæ monachis dicebantur, quia vnus omnium preces colligebat, qui collector precum dicebatur. Vide Casianum lib. 2 institutionum monasticarum cap. 7.

32 In die habent antiqua exemplaria: videtur respicere ad phrasin Christi Matt. 18.

33 Alij dilucidius sic legunt: fige crucem in trunco cordis, habeto mentem fixam & duram sicut incudem.

34. Ex his palmarum, folijs, vestes & alia necessaria texebant monachi & anachoritæ isti veteres, ut ex vita Pauli apud Hieron. & aliorum liquet: frequens enim est illud palma victum & vestitum præbebat.

PERO

Porro cuiusmodi veterum istorum monachorum exercitia fuerunt, prolixè refert D. Hieron. in epist. ad Rusticum monachum.

25 Per serpentem omnem intellige tentationes, quas serpens ille antiquus in cordibus nostris machinatur. Has prælato vel patri spiritali vult syncere significari.

26 Ministracionem vocat curam animarum vel prælatu-ram, officiumque regiminis in monasterio. Fuitque ex hoc loco probabile, tunc temporis ambitiones prælatu-rarum adhuc incognitas fuisse: cum enim de eo qui oblatum officium suscipit non coactus, & de eo qui ad hoc cogitur scribat, nullam interim ambiens illud facit mentionem.

27 Prior laqueus est, propter impatientiam laborum monasterij & tentationum importunitatem obedientie iugum excutere. efficit illud dæmon, obedientibus monasticæ vitæ imperfectionem obijciendo: hoc est quod dicit: Contendit dæmon &c. Alter laqueus est, cum quis ex eo quod aliquis virtutes in se sentiat anachoretæ vel solitariæ vitæ idoneum se reputat. De hoc laqueo paulò post agit. Vidi populos &c. Hi vero seipos fallunt, onus impar suis humeris sibi imponentes. Eremitus enim & solitudo nō nisi perfectos omniniqui vitio purgatos recipit. excoctis prius ad purum in congregatione fratrum viuis.

28 Protomartyris D. Stephani militia erat, viuere in contubernio discipulorum Christi, & lapidari pro illius amore. Ita quoque & tu monache vocatus es, ut infocietate confratrum (non solitarii in eremo) viuas, utique lapideris importunitate tentationum & contumilijs verborum.

29 Sensus est: Humilitas est initium obedientiæ: sicut Moyse legis initium fuit: & obedientia, quæ est filia humilitatis, perficit ipsam matrem suam humilitatem: sicuti B. Virgo nata de Synagoga perfecit Synagogam.

- 20 *Alij humilitatis augmentum verterunt.*
- 21 *Antiqua translatio aliter habet, Vidi, inquit, quosdam negligentes, qui propter apparentiam exteriorem erant laudari à multis: propter quod ipsi hypocritæ & superbi ex laudibus, & elatione compungebantur, & pariebant lachrymas,*
- 22 *insignis locus & notandus: Primum enim argumentum bene compositæ mentis est, posse consistere, & securum morari. Discurrere autem, & locorum mutati onibus inquietari, ægri animi iactatio est. Consule Senecam lib. 1. epist. 3. Nusquam eum esse dicit, qui v. bique est.*
- 23 *Sensus est: Si ad monasterium aliquod accesseris, & ibi medicum, id est, prelatum tibi ignotum inueners, caue statim te obliges: sed mane ibi ad tempus tantquam viator & hospes, diligenterq; considera eius et ceterorum monachorum viuendi modos &c.*
- 24 *Indicat tacite, cœnobium esse instar sepulchri: è quo sicuti nullus hominum progrediuntur ita nec monachorū quenquam suo cœnobio exire debere.*
- 25 *q d. Considera tamen diligenter, ne defectus in te sit: quia qui hic malus, vbiq; malus erit sicui contra, qui bonus est, vbiq; erit bonus.*
- 26 *Notandum quod dicit, videantur saluti nostræ aduersantia. Multa enim videntur, aut Philosoph. que non sunt: alioquin in his, que reuera contra nostram salutem sunt, aut contra Dei mandatum, obedire non debemus.*
- 27 *Dictum Moysis est, non propheta vel ductoris filiorum Israel, sed cuiusdam Abbatis: forte eius cuius collationes dnas Casianus scripsit: dicti autem huius censure penes prudentem lectorem esto.*

De accur-

De accurata poenitentia, Gradus V.

POenitentia est reuocatio 1. baptismatis. Poenitentia est secunda vitæ conuentio 2. ad deum. Poenitens est humilitatis emptor. Poenitentia est corporæ consolationis perpetua & iugis repudiatio. Poenitentia est seipsum semper condemnans cogitatio, securaque cuiusque sui cura. Poenitentia est spei filia, infidelitatisq; & desperationis abnegatio. Poenitens est reus confessione liber. Poenitentia est reconciliatio domini per bona opera peccatis repugnantia. Poenitentia est conscientie emendatio. Poenitentia est voluntaria carum rerum omnium quæ affligant tolerantio. Poenitens est cruciatum sibi semper opifex. Poenitentia est valida ventris afflictio, animæque in sensu simillimo iugis reprehensio. Concurrite & accedite, & venite & narrabo vobis omnes qui Deum irritastis. Congregamini & videte quanta ad edificationem ostendit Deus animam meam. Præferamus ordinem atque honorem eorum nationem qui per ignominiam serui atque operarij venerabiles sunt. Audiamus, obseruemus, faciamus quicumque præter spem: uinam ullam passi sumus. Surgite & sedete qui per ruinam scelerum iacetis. Attendite si fratres mei uerba mea. Inclinate aurem uestram qui Deum rursus uobis ipsis per ueram conuersionem reconciliare cupitis. Cum audissem ego imbecillis magnum quendam esse & peregrinum statum, atque humilitatem eorum qui separatim illud monasterium (quod carcer appellatur) incolebant, quodq; illi luminari luminarium, de quo ante mentionem fecimus adiacebat, obsecraui iustum illum, ut me illuc uisendi gratia perducere faceret. Cessit precibus meis summus uir, nolens

animam meam in vlllo contristari omnino. Cum igitur peruenissem ad pœnitentium monasteriũ, imo verò ad religionem fugientium, vidi reuera (si dicere id audeam) quæ negligentis oculus non vidit, aurisq; defidiosi non audiuit, & in corpigri hominis non ascenderunt, res & verba quæ Deo vim inferre possent, habitus & studia quæ ipsius clementiam celerrimè flecterent. Quosdam enim ex reis illis vidi noctibus totis vsque mane sub dio stare peruiigiles, pedesq; immobiles tenere, tumq; somno miserabiliter depressi agitarètur, vim naturæ inferre, nullamq; sibiipsis requiem omnino indulgere, sed seiplos increpare, ignominisq; & cõtume lijs afficere atq; excitare. Alios miserabiliter in cœlum intuentes, & illic adiutorium cum gemitu & suspirijs & vocibus inuocantes. Alios in oratione existentes, ac reorum in morem vinctis post terga manibus humi luridas facies suas inclinantes, indignosque qui se in cœlum aspicerent vociferantes, nec quicquam ad Deum dicitatione præsumentes, neque quomodo vel vnde orationem facerent præsumentes, solamque animam tacitam, mutamq; mentem Deo offerentes, tenebris ac desperatione plenam. Nonnullos in pauimento strato cillito & cinere sedentes, ac faciem genibus operientes, frontemque in terram collidentes. Alios iugiter pectora tundentes, animamque suam ac vitam suspirio ingenti reuocantes. Ex his alij quidem pauimentum madefaciebant lachrymis, alij verò quia lachrymarum indies non haberent, seiplos miserabiliter lamentabantur. Plurimi, vt fieri in mortibus solet super animabus suis vlulatum diræ vocis emittebant, angustiam cordis ferre non valentes. Alij ex intimo

corde

corde rugiebant, atq; intra os gemitus sonum cohibebant. Interdum verò cum se continere non possent, repente exclamabant. Vidi ego illic nonnullos habitu & cogitatione & actu quasi à semetipsis exceisissent, ac stuporem mentis incurrisissent, veluti aeneos quosdam summo ex mœroris effectos, totos tenebris obritos, & ad omnia vitæ huius veluti insensibiles factos. Mentem quippe iam in humilitatis abyssum demerferant, ac mœroris igne oculorum lachrymas fixerant. Alios item mœstos sedere, atque in terram fixis obtutibus stare perspexi, caputque assidue mouere, & leonum in morem ex imo corde rugitum ac gemitum emittere. Ex his alij pleni spe remissionem omnimodam inquirentes orabant. Alij ex ineffabili humilitate indignos se remissione iudicabant, nec omnino posse Deo rationem reddere clamabant. Quidam hic ex cruciari, vt illic misericordiam consequerentur à domino supplices poscebant. Plerique ex conscientia onere attriti ac depressi, satis sibi ex intimis esse dicebant, si vel supplicijs eximerentur, regnoque non potirentur. Vidi illic animas humiles contritas, & præ graui pondere incuruas ac deiectas, quæ vocibus illis suis ad Deum emissis, lapides quoque ipsos ad compunctionis sensum emollire potuisent. Ita enim defixis in terram luminibus aiebant: Nouimus sanè, nouimus, omnibus iam pœnis atque cruciatibus nos esse dignissimos. Et merito quidem. neq; enim idonei iam sumus, qui pro debitorum nostrorum multitudine satisfacere possimus, etiam si orbem vniuersum, vt pro nobis luceat conuocauerimus. Illud solum oramus, istud deprecamur, id tota animi intentione supplicamus, neque in ira tua arguas nos, neque in furore tuo corripias

corripas nos, neque iustissimi iudicij tui legibus ex-
 ercues nos, sed parcus & misericordis. Satis enim
 nobis est ingenti illa tua, ac terribili comminatione.
 supplicijque illis occultis, ignotis atque inau-
 ditis liberari. Neque enim ut pœnis omnino libe-
 remur petere audeamus. Quam enim faciem, quo ani-
 mo id audeamus, qui professionem nostram vio-
 lauimus, eamque post priorem clementissimam-
 que remissionem sordidauimus? Illic profecto de
 dulcissimi amici, illic verba David rebus ipsis cer-
 neretis impleta, ærumnis affectos homines, atque
 usque in finem vitæ incuruatos, totisque diebus
 mœstos incedentes, & ex putrefactis corporis par-
 tibus fetorē exalantes, qui quasi sine vlla carnis cu-
 ra degerent, obliuiscébatur comedere panē suum,
 potumque aquæ cum gemitu miscébant, & cinerē
 cum pane manducabant. Adhæserant illorum ossa
 carni, ipsiq; ut scœnū exaruerant, nec quicquā apud
 illos audiisses, nisi hæc verba: Væ, væ miserum,
 me miserū. Iuste, iuste, parce, parce domine. Non-
 nulli miserere dicebant Alij vero rursus miserabi-
 lius clamabant: Ignosce, ignosce domine, si possi-
 bile est. Vidisses in illis æstuantem linguam instar ca-
 num ex ore procedentes. Ex his alij sub ardentissi-
 mo solis æstu seipsos cruciabant. Alij contra acer-
 rimo frigore se affligebant. Quidam modicum a-
 que degustantes ne omnino siti exarescerent ita
 quiescebant. Nonnulli cum panis exiguum quid
 accepissent, reliquum manu longius projiciebant,
 indignos seque rationali cibo vescerentur asserētes,
 quippe qui irrationabiliter egissent. Quem apud
 illos locum rissus habere poterat? Quem ociosus
 sermo: Quæ iracundia? Quæ furor? Nec enim quod
 in hominibus iracundia esset sciebant, adeo lu-
 ctus furorem omnem penitus extinxerat. Vbi a-
 pud

Psal. 101.

apud illos contradictio? vbi festiuitas? vbi confide-
 tia? vbi corporis obsequium & cura? vbi vel vcti-
 gium inanis gloriæ: vbi deliciarum expectatio? v-
 bi tenuis viri cogitatio vbi pomorū degustatio?
 vbi feruentis ollæ solacium? vbi gulæ vlla illice-
 bra? Horum enim omnium vllam spes nulla
 erat. Non terrenæ cuiusquam rei cura angebatur.
 Non iudicare vllum omnino hominum didice-
 rant: Nihil horum penitus in illis inuenisses. Cæ-
 terum iugiter ad dominum clamabant solaq; ora-
 tionis vox audiebatur. Alij enim pœnitentis ma-
 nibus cædentes: quasi iam ad ipsam astarent cœli
 ianuam ad dominum dicebant: Aperi nobis iu-
 dex ianua. Aperi nobis ex quo illā nobis ipsi per
 peccatum clausimus. Clamabat alius: Ostende faci-
 em tuam tantum & salui erimus. Alius econtra.
 Appare his qui in tenebris & vmbra mortis sedēt.
 humilibus tuis. Alius rursus: Cito anticipent nos
 misericordiæ tuæ, quia pauperes perimus, quia de-
 sperauimus, quia nimium defecimus. Nonnulli au-
 tem aiebant: Putas ne apparebit dominus vltra su-
 per nos? Alij vero: Num pertransijt anima nostra
 debitum intolerabile? A ij, Putas ne adiciet domi-
 nus vltra consolari nos? Putas illum audiemus di-
 centem nobis, qui sumus in vinculis insolubilibus?
 exitē, & qui in inferno pœnitentiæ sedemus, laxa-
 mini? Putas ne clamor noster ad aures domini in-
 gressus est? Cuncti vero sedebant semper ante oca-
 los suos mortem attendentes ac dicentes: Quid pu-
 tatis continget? Quæ nam erit illa sententia? quis
 finis noster? Putas erit reuocatio? Num superest
 vlla spes veniæ mœstis: humilibus? reis? Num
 valuit oratio nostra ingredi ante conspectum do-
 mini? aut merito repudiata est, abiecta atque con-
 fusa? Aut si forte intrauit quantum peregit: quā-

tum placavit Deum? quantum profecit? quãtum operata est? Emiffa quippe ex immundis corporibus & labijs, parum virtum habere potuit. Putas omnino recõciliavit iudicem? An ex parte? An vulnerum vel medieras delera est? Quippe maxima cum sint, plurimis & laboribus & sudoribus & doloribus indigent. Putas appropinquaverunt nobis angeli custodes nostri? An adhuc longius à nobis stant? Nisi enim illi appropient nobis, inutilis & infructuosus est omnis labor noster. Neque enim habet vim confidentiæ oratio nostra, neque munditiæ pennas, vt ingredi ad Deum possit, nisi hanc è proximo assumant angeli qui nobis præfunt, eamque offerant domino. Nonnunquam verò hæsitantes huiusmodi ad invicem dicebant: Num fratres aliquid proficimus? Num petitione nostra potiemur? Num iterum suscipit? Num aperit? Alij verò ad ista respondebant. Quis novit, vt dixerunt Niniuitæ, fratres nostri, si forte pœniteat Deus atque ab ingenti illa pœnitentiã nos liberet? tamen quod nostri muneri est non negligamus. Et si quidem ille aperuerit, bene est. Si vero aliàs, benedictus dominus, iuste exclusit nos: Veruntamen pe. seueremus pulsantes, vsque ad finem vitæ nostræ. Forsitan improbitati nostræ ac perseuerantiæ cædens aperiet, benignus quippe & misericors est. His atque huiusmodi seipfos exhortantes atque excitantes aiebant: Curramus fratres curramus, cursu enim opus est, & vehementi cursu, quoniam cætu nostro decoro atque optimo excidimus. Curramus, neque huic carni nostræ fordidæ atque nequam parcamus fratres, sed occidamus illam sicut prius occidit nos. Sic beati illi rei faciebant. Genua illis ex perpetuo orationis vsu obcalluerant. Oculi defecit atq;

eti atque defatigati intus profundè recesserant, pilis omnibus ciliorum acimil s. Genæ ardentium feruore lachrymarum adustæ videbantur, facies marcescentes ac pallidæ squallebant, nihilque à mortuis in comparatione differabant. Pectora tonsionum ictibus dolebant, liuidaque sanguinem ex cæbris illisionibus emittebant. Vbi lecti vsus? vbi indumenti munditia & firmitas? Omnia ibi discisa erant & sordida ac pediculis operta. Quid autem est eorum qui à dæmonibus arripiuntur, si illis conferatur, afflictio? Quid mortuos plangentium amaritudo? Quid mœror in exilio degentium? Quid parricidij reorum pœna? Nihil sanè est illorum pœna suppliciumque quo inuiti afficiuntur, si voluntariæ istorum pœnæ conferantur. Sed quæso fratres ne ea quæ dicta sunt fabulas existimemus. Rogabant nonnunquam isti magnum illum iudicem, pastorem dico, inter homines angelum. vt ferrum ac torques collo ac manibus imponeret, pedesque patientium constringeret ligno, nec eos inde solueret, quam sepulchrum succederet. Imo verò nec sepulchrum quidem. Neque enim profecto hanc quoque beatorum illorum reuera mirabilem ad Deum charitatem atque pœnitentiam abscondam. Quoties ad dominum profecturi & incorrupto tribunali iudicis sistendi erant, felices illi regionis pœnitentium ciues, hæc per eum qui sibi præerat adiuanes à magno illo summis precibus petebant, ne sepultura humana dignarentur, sed biuorum instar, aut fluuialibus vndis traderentur, aut in campum proiecti bestijs deuorandi permitterentur. Quod etiam nonnunquam fecit illorum precibus obtemperans discretionis lucerna

lucerna, iubens illos omni psalmodia omniq; honore priuatos proijci. Cū vero extrema illorū hora aduenisset terribile omnino, miserandūq; spectaculū cerneres. Nā cum eum q. se præcedebat efflare iam animā sensissent socij, adhuc sensu integro vigente, circumstantabāt illum siti æstuantes & lugent. s ac desiderio pleni, miserabili omnino habitu mœstioresq; sermone capita sua cōmouentes, eflantem iam animam interrogabant, misericordiq; flagrantēs aiebant ad illum: Quid est frater? Quoniam modo tecum agitur? Quid dicis? quid speras? quid suspicaris? percepisti ne ex labore tuo quod quærebas? aut nō valuisti? peruenisti ad portum, aut nondum potitus es spē tuā? Accepisti certam aliquam fiduciā, an adhuc incertā spē fluctuas. cōsecutus es libertatem, an agitur, an bigitque cogitatio? Sensisti aliquam in corde tuo lucem, an tenebris adhuc & ignominia confusionē plenum est? vlla ne tibi vox intrinsecus facta est, dicens: Ecce sanus effectus es, aut dimituntur tibi peccata tua, aut fides tua te saluū fecit? illam ne tibi adhuc vocem audire videris, qua dicitur: Conuertantur peccatores in infernū? & ligatis manib; & pedibus. mittite illum in tenebras: & tollatur impius ne videat gloriam dei? Quid ais frater: Dic nobis, oramus vt & nos scire possimus, quid iam illic nos maneat. Tuum quippe tempus iam clausum est, aliud que de cætero in æternū non inuenies. Ad hæc quidem alij dormientium, benedictō aiebant dominus, qui non dedit nos in captiōem dēribus eorum. Alij vero illud gementes dicebāt: forsitan pertranſibit anima nostrā aquam intolerabilem. Quod nondum confidentes aiebant, sed considerantes, quā sit pauendum illud terribile incertumque iudiciū. Alij vero etiam mœstius quid-

quiddā respōdebant ac dicebāt: Vt animæ illi que non seruauit professionē suam intētiā & immaculatam, hæc enim hora sciet, quid illi preparatū sit. Quæ ergo omnia cum apud illos audissem & vidissem, parū abfuit quin desperatione absorberer, cū meam in tuerer malitiā & negligentiam, eamque sanctorum illorū afflictioni cōpararem. Quæ nā verò quā isve erat citus loci facies & habitatio? tota tenebrosa, erat informis, fetida, sordida, squārida. Carcer enim & condemnatio rectissime appellabatur. Ipsa deniq; vel sola loci contemplatio perfecte pœnitentiæ ac luctus magistra erat. Sed ea quæ alijs difficilia atq; impossibilia videntur, eisq; qui virtute ac spiritalibus diuitijs se exidisse meminerūt, grata sunt & amabilia. firq; eorū perfacilis assumptio. Anima enim quæ priori confidentia priuata, spē consequendę beatæ tranquillitatis excidit, sigillumq; castitatis aperuit, diuitijs que gratiarum spoliata, & diuinā cōsolatione destituta est, pactum q; & placitum domini violauit, extinxitq; iam in se decorum la. hymnarum ignē, quoties horū memoria rangitur, quæ suam negligentiam se antisisse retinet, acerrimo dolore compuncta & vulnerata, non solum quos prædiximus labores, cum omni studio & acritate suscipit, verum etiam seipsam mactare, per exercitationis magnitudinem, contendit: si tamen in illa charitatis ac timoris domini quilla vlla reliqua est. Huiusmodi profecto erant beati illi, hoc enim secum in animo volentes, virtutibus que quæ exiderant altitudinem confide antes, memoratissimus (aiebant) dierum antiquorum, igniti que illius studij nostri. Alij ad dominum clamabant: Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, quas ostendisti animæ nostræ in fortitudine tua? Me-

mor esto opprobrii & laboris seruorum tuorum. Alius vero: Quis me ponet, aiebat, secundum mentem dierum meorum priorum, in quibus me custodiebat deus, quando lucebat lucerna lucis eius super caput cordis mei? Sicque priores omnes virtutes suas memorabant, atque ista infantium more plorabant dicentes: Vbi est orationis puritas, vbi huius certissima fiducia? Vbi dulces lachryme in amaritudine: Ecce, vbi sunt? Vbi intimam munditiam & castitatem? Vbi beatissimam ac placidissimam quietis expectatio? Vbi sincera ad pastorem fides? Vbi rationis illius in nobis efficaciam & virtutem? Perierunt ista omnia, & quasi nunquam visa sunt defecerunt, utque nunquam fuerint ita deleta sunt & perdita. Ista cum gemitu & lamentatione profoluentes, ira demum alij ut a daemone arripentur orabant. Alij ut morbum inciderent precibus a domino poscebant. Plurimi oculos amittere, miserandumque omnibus spectaculum fieri optabant. Nonnulli paralytici a fieri, & languorem corporis contrahere, solum ne futura supplicia experiri cogentur, cupiebant. Ego autem amici nescio, quo pacto diutius inter lugentes versatus sum, totoque animo in illorum admiratione suspensus, me ipsum continere non potui. Sed ut ad id, unde aberrarat, redeat oratio cum triginta dies in custodia illa perseverassem impatiens, in magnum illud ce nobium, ad magnum patrem reuersus sum, qui ut me aspexit immutata facie totumque veluti attonitum, agnouit sapientissimus immutationis causam, & ait ad me: Quid est pater Iohannes? Vidisti ne laborantium certamina? Ad quem ego: Vidi inquam pater, vidi & admiratus sum, feliciorumque existimaui, qui post lapsum ita lugent, quam qui nunquam lapsi sunt, & seipsum non sic desolat.

III

Illis enim ruina sua causa fuit beatissimam ac tutissimam resurrectionis. Tum ille: Sic (inquit) est, ac protinus adiecit veracissima illius lingua. Erat hic ante decem annos frater quidam nimium sollicitus atque studiosus, talisque operarius, ut cum ego illum cernerem ita spiritu feruentem tremere ceperim. Illique a diaboli inuidia nimium metvere, ne forte dum vehementius currit, offenderet ad lapidem pedem suum, quod fere eis euenire solet, qui celerius vadunt. Quod & factum est. Cum vero profundo vespe egrederetur ad me, nudat vulnus, quaerit emplastrum, petit cauterium, perturbatur vehementius. Cum vero medicum aspiceret, se uti durius nolentem (erat enim miseratione dignus) proiecit in pavementum, apprehendit pedes, multisque illos lachrymis vbertum rigans, petijt se ad eam quam vidisti custodiam damnari, impossibile esse clamans illuc non proficisci. Quid miratur? Egredere vi sua ut clementiam medici in duritiam verteretur, quod in languentibus peritum est atque omnino mirabile, aduolat ocyus poenitentes, addituque illis locius ad luctum prompus atque meroris paticeps. Igitur doctoris gladio percussus in corde, quem diuina charitas acuerat, octauo postquam eo peruenerat die migrauit ad dominum, id petens ne sepultura frueretur. Quem ego ut fame dignissimum & huc retuli, & in paruo sepulchro sepeliui. Idcirco & post seruitutis septimam octauo die liber euasit. Nec defuit qui id certissime cognosceret, non illum ante a sordidibus & vilibus pedibus meis resurrexisse, quam sibi deus propius ignosceret. Nec mirum sane, supra enim in corde illius meretricis fide, eadem & ipse spe & confidentia lachrymis pedes meos inutiles rigauit. Omnia vero possibilia esse credenti dominus praedixit. Vidi im-

piras animas corporum amoribus ad insaniam vsque seruietes, quæ ex amoris experimento sumpta occasione poenitentia, eundem amorem transferunt ad dominum; omniq;e protinus timore reiecto, in dei charitatem inexplicabiliter amplectendâ incitatz sunt. Quocirca pudicæ illi meretrici nõ dixit, quia timuit, sed quia dilexit multû, potuitq; facile amore amorē repellere. Non autē ignoro, admirabiles viros, fore, vt ista quibusdam videantur incredibilia, alijs vero ad credendum difficilia, nonnullis etiã desperationem parietia quæ modo enarraui beatissimorum illorum certamina. Porro vir fortis ex his stimulum magis, ignemq; iaculum sumpsit, zeliq;e conceptû feruorem in corde ferens abiit. Atqui illo alacritate minor est, cognita imbecillitate sua, atq;e ex hac cognitione & reprehensione sui facile humilitatē possidens, post primum cucurrit, nescio an apprehenderit: vir autem negligens, ista quæ dicta sunt, ne audiat quidem, ne forte id modicum quod interim operatur, omnino desperans dissipet, compleaturq;e in illo quod dominus dicit: Ab eo autem qui non habet alacritatem & ipm quod habet auferetur ab eo. Fieri non potest, vt qui in lacum cecidimus iniquitatum, inde vnquam emergam⁹, nisi nos in abyssum humilitatis poenitentium deiciamus⁴. Alia adhuc peccantium conscientia reprehensive, & alia quæ perfectis per dei operationē prouenit, diues ac lætifica humilitas. Alia est tristis moerentium humilitas. Ne quæso hanc tertiam verbis inuenire studeamus, alioquin inaniter erramus. Quæ vero humilitatis signum est ignominia perfecta toleratio. Lugenti, s. quoque nonnunt quam præcedens consuetudo violenter dominatur. Nec mirû, iudiciorû atque ruinarum ratio ob-

fcura

scura est atq; tenebrosa, nullaq; hanc anima facile animaduertit, difficillimè enim comprehendì ac discerni potest: quænam nobis per nostram negligentiam, quænam per diuinam derelictionem, qua nonnunquam Deus humanam animam prouidentissimâ dispensatione deserit, quænam per auersionem Dei nobis ruina contingant. Verum id mihi quidam asseuerauit, eas quæ per diuinam prouidentiam contingunt, celeri conuersione solere aboleri, neq; enim permittit nos Deo illis diutius teneri, quibus nostri profectus gratia ad tempus traditi sumus. Quicumq; lapsi sumus, ante omnia spiritui maioris resistamus, ipse enim orationis tempore assistens, priorisq; confidentig nos admonens, orationem nostram impedire nititur. Noli turbari si quotidie laboris, neq; resiliat: sed sta viriliter, prorsus enim reuerbitur tolerantiam tuam custos tuus angelus. Dum ad huc recess atq; in sanguine est vulnus facile cura i solet. Nã quæ dura & neglecta atq; obducta vetustate sunt, difficillimè sanantur, ingentiq; labore & ferro & cauterio & igni visibili, vt cura i possint, indiget. Plurima sunt, quæ tempore sunt insaniabilia, Deo tamen omnia sunt possibilia. Anteq; corruamus elementem esse Deum damnones suggerunt, post ruina verò durum & immitem dicunt. Noli ei credere, qui post grauiorem lapsum in minimis defectibus ingemiscenti, dicit: Vtinam id non fecisses. Nam istud quidē n̄hij est. Sæpè enim parua munera ingentem iudicis iram mitigarunt. Qui reuera reatus sui poenam dat, is omnem diem qua non luget se amississe arbitrat, etiam si quæ fortassis bona alia in illo fecerit. Nullus eorû, qui se poenitentia lamen tis attriuit, in exitu securus ficti expectet. Nã quod incertum est, id satis firmû

non est. Dimitte mihi per certam securitatem ve-
refrigerer, antequam hinc incertus abeam. Vbi spi-
ritus domini est, ibi nexus soluti sunt. Itidemque, ibi
humilitas profunda & inuiolabilis. Nam qui sine
his duobus hinc proficiuntur, non se fallant, vin-
cti sunt: qui seculo seruiunt, soli huiusmodi cer-
tis securitatibus & maximè priore alieni sunt. Nō
nulli tamen per eleemosynam & pietatis opera
currentes, lucrum suum in exitu cognoscunt. Qui
seipsum poenitentiae lamētis afficit, alterius lamē-
tum aut casum, aut querimoniam non facile ag-
noscit. Canis si à fera vlla mordeatur, aduersus
ipsam vehementius accensus, animatur ex dolore
vulneris, incomparabili ferocia insaniens. Cauea-
mus ne fortè non ex munditia, sed ex falsa confi-
dentia seipsam conscientia desinat reprehendere.
Id erit solutionis delictorum certissimum iudici-
um, si semper quisque debitorem se existimet. Ni-
hil Dei miserationibus æquale aut maius est, atque
ideo qui desperat sibi ipsi mortē consciiuit. Signū
item diligentis atque accuratæ poenitentiae est, si
omnibus contingentibus inuisibilibusque tribulati-
onibus atque etiam pluribus, dignos nos esse, con-
stanter teneamus. Moyses cum Deum vidisset
in rubo, rursus in Aegyptum, id est, ad seculi tene-
bras, ad faciē dos lateres intellectualis fortasse Pha-
raonis rediit. Verum rursus ad rubum, imò verò
ad montem Dei protinus regreditur. Qui intelli-
git quid sibi hæc velit speculatio, nunquam om-
nino desperabit. 7. Magnus ille Iob ex diuine pau-
per effectus est, sed rursus illi opes duplicatæ sunt.
In his qui negligentes sunt, grauior omnino post
vocationem ruina est, quæ spem placidissimæ
tranquillitatis consequendæ obtundit, beatumque
& maximè optabile existimare persuadet, posse
omnino

omnino vel ex hac fouea. Attende quæso, dili-
gentius attende. Neque enim penitus per quam
viam aberrauimus, per eandem reuertemur, sed
per aliam longè breuiorem. Vidi duos eodem
modo, eodemque tempore currentes, ex quibus
vnus erat senior, laboribus excellens, alter discipu-
lus, atque is senex celerius cucurrit, prior in-
gressus est in humilitatis monumentum. Cauea-
mus omnes, sed in primis qui cecidimus ne im-
pij Origenis sermo: morbo cor nostrum ægrotare inci-
piat. Is enim scelestus doctrinæ morbus, cum ni-
miam Dei clementiam præferat, voluptatum a-
matoribus maximè acceptus esse consuevit. In
meditatione mea, imò verò in poenitentia mea
exardescet orationis ignis omnem adures ma-
teriam, Finis tibi & forma & exemplar & imago
ad poenitentiam sunt sancti illi rei, quos paulò an-
te memorauimus, atque ita in omni vita tua li-
bris omnino opus non habebis, donec tibi illuce-
cat Christus filius Dei, & Deus, in resurrectione
studiosè & accuratæ poenitentiae. Amen.

In 5. gradum. Annotationes.

- 1 Rectum verit auctor antiquæ translationis, Poeni-
tentia est reuocatrix gratiæ receptæ in bap-
tismo.
- 2 Sensus est: Poenitentia est secundum pactum (post pri-
mum illud solenne in Baptismo initium) bene vidēdi,
inter hominem & ipsum Deum.
- 3 Non ijs supplicijs, in quibus viuebant incarcerati, ex-
imi cupiebant, sed æternis poenam sensus deprecaban-
tur, dampnæ nam libenter sustinere, & æterna gloria
priuari volentes.
- 4 Triplicem distinguit humilitatem: Prima est eorum
qui

qui suas conscientias damnant quidem verbis & reprehendunt, nihilominus in peccatis persequerant: hæc videtur humilitas esse, reuera tamen non est. Alia est humilitas que perfectis per operationem Spiritus S. datur. quam qui consecuti sunt, præclarè gratijs ac donijs spiritalibus ditantur. Tertia humilitas peccantium est & peccata sua lugentium, per quam ipsis licet è peccatorum lacu emergere. Hanc qui in verbis sitam esse putat, miserè fallitur. Est enim eius signum perfecta iniuriarum & contumeliarum toleratio. Hæc nonnihil loco aliquo in factu obliuio lucis adferent.

7 *Igni deinceps de penitentibus, qui animi pusilli ex natura vel consuetudine, que in illis dominatur, desperant dum grauisimos lapsus suos vident, causas autem illorum ignorant: quarum prima est nostra negligentia, secunda per disperatio, tertio eiusdem reprobatio, quæ auersionem vocat.*

8 *Signa securitatis sunt, Spiritus S. & perfecta humilitas. Vbi Spiritus S. ibi charitas, vbi charitas: ibi exulatio timor, vbi exulatio timor: ibi confidentia, vbi confidentia, ibi solum est vinculum desperatio ionia.*

7 *Hæc Moysis & Iobi allegoria docet neminem desperare de bonitate Dei debere. Fieri enim posse ut homo grauius cadat & gratia Dei excidat, qui tamen paulo post non modo ad priorem, sed etiam ad longè perfectiorem sanctitatis gradum resurgat.*

Origines insignis Ecclesie doctor, teste Epiphano hæresis 64. 6000. diuersarum materialium libros scripsit. De eius doctrina varia est apud veteres opinio. Hæresios insinuat ab Epiphano, Theophilo Alexand. Hieronymo et alijs pluribus: cui in Decretal. 24. q. 3. c. penult.

Defenditur autem ab Athanasio, Rufino, Eusebio, & alijs quapropter & Eusebius reprehenditur à Gelasio papa Dicit 15. Sancta Romana. Inter alios eius errores hæc fuit, cuius hæc locum meminit Climacum: omnes homines,

mines, etiam impios, imò diabolum ipsum tandem saluandos esse. Inter eius opera que nunc extant nihil quod hæc hæresim sapit inuenitur, nisi forte homilia 2. super Iosue. Antoninus part. 1. Histor. lit. 7. cap. 6. §. 21. Originem ab hæc hæresi nititur vindicare.

De memoria mortis, Gradus VI.

OMne verbum præcedit cogitatio, mortis autem & scelerum memoria fletum præcedit & luctum, Quocirca & in hoc opusculo in suo ordine ponuntur. Memoria mortis est quotidiana mors, memoria verò exitus, iugis per homines singularis gemitus. Formido mortis, natura est propria, quam intulit inobedientiæ peccatum. Timor autem mortis, peccatorum, quæ nulla penitentia deleuerit, certum argumentum est. Formidat Christus, non tremet mortem, ut duarum naturarum præ prietates apertissime ostendat. Sicut cibus omnibus panis vilior est & magis necessarius, ita præstat omnibus operibus mortis cogitatio. Memoria mortis his, qui fratrum, in medio versantur, labores & exercitationes parit, imo verò ignominie dulcem appetitum; eis verò qui in solitudine ab omni tumultu remoti degunt, deponere curas omnes persuadet, & orationi perpetuæ insistere, mentemque diligentissime seruare, quæ sane virtutes omnes huius & matres sunt & filiarum. Sicut stannum 2. si argento proprius ad moueatur, quomodolibet aspectu simillimum sit, manifestissime agnoscitur, ita & his qui discernere nouerunt, aperta & manifesta est naturalis, & ea quæ præter naturam est exitus formido. Id autem verissimum eorum, qui toto corde mortis meminerunt, argumentum est: Si sponte totius creaturæ affectionem 3. abnegent, voluntatem propriam omnino

omnino derelinquant. Probatuſ ille quidem eſt, qui mortem diebus ſingulis expectat: ſed ille ſane ſanctuſ, qui hanc horis ſingulis deſiderat. Non omne mortis deſiderium probabile aut bonum eſt. Sunt enim qui iugiter coſuetudinis violentia adacti, peccant, mortemq; cum humilitate optant. Sunt item qui poenitere nolunt, & eam ex deſperatione aduocant. Et ſunt qui per operationem ſancti ſpirituſ, ſuum e corpore exceſſum quaerunt. Haeritant nonnulli religioſi, cuiuſ rei gratia cum tantum nobis beneficij & emolumentuſ conſeruat mortis memoria, ipſiuſ praecognitionem a nobis abſconderit Deus, non aduertentes, quod mirabiliter Deus ſalutem noſtram moliatuſ. Nemo enim ſi praeciſſet mortem ſuam, ad baptiſma ſiue ad monaſticam vitam protinuſ accederet, ſed omnes dies ſuoſ in iniquitatibus contereſ, ad ipſum iam exitum ſuum ad baptiſmum & ad poenitentiam ſe conferre feſtinaret, ſed cum per longam temporis moram vitijſ iam eſſet aſſuetuſ, miſſerit utiq; ſine vlllo emendationiſ fruictu. Caue qui luges, ne vnquam canem illum ſuſcipiaſ, qui miſericordem Deum pollicetur. Agit enim hoc, vt abſte interim luſtum ac ſecuriſſimum expellat metum. Tunc vero ſolum clementiam ei uſ tibi pollicere, cum te deſperatione abſorberi uideriſ. Qui mortis diuiniq; memoriaſ iudicij ſemper in ſeipſo coſtinere cupit, curiſq; ſecularibuſ diſtrahendum ſe exponit, iſ ei ſimiliſ eſt, qui dum natat plaudere manibuſ ambabuſ uult. Memoria mortis ualida & efficaciſ, ciborum abſcindit appetitum, quibuſ per humilitatem exciſiſ, paſſiones ſimul exciſiuntur. Cordiſ indolentia +. exciſiuit animum, ciborum aut multitudinuſ exciſiuit fontes. 3. Siſ iſ & uigiliaſ attriuerunt cor, attrito autem

aut corde exilierunt aqua. Dura gulaſ deditiſ quaſ diximus uideſter, & negligentiſ. incredibilia. porro uix exercitatuſ tentabit alacriter, & cuſ pericuſuſ fecerit ſubridebit: in hiſ uero q; adhuc inquiriſ, meſſior abibit. Sicuti perfectã charitateſ ſine lapſu eſſe patrum authoritaſ diſſiniſ, ita & ego perfectum mortis ſenſum, ſine timore eſſe denuncio. Plurimuſ quideſ ſunt actiuã meſtiſ operationeſ, puta in reſtio charitatiſ ad Deuſ, memoria Dei, memoria regni, memoria ipſiuſ preſentiuſ dei, ſecunduſ illiuſ uerba qui dixit: Prouidebaſ dominum in conſpectu meo ſemper: memoria ſanctarum intellectu aliuſque uirtutuſ, memoria exituſ occurſuſque ſiue cruciatuſ. A magniſ quidem coepimuſ, in hiſ uero quaſ praeter lapſum ſunt deſiniſ. Monachuſ quidaſ Aegyptiuſ mihi aliquando narrauit, quod cuſ in intimo corde memor mortis poenituſ fixiſſet, uelletq; aliquando neceſſitate uigente, carniſ huiuſ luſto ſolatij quiddã indulgere, ab huiuſmodi memoriaſ 7 ueluti a quodam iudice prohibituſ ſit. Quodq; mirabiliſ eſt, cum uehementer uellet hanc memoriaſ expellere a ſe, non potuerit. Aliuſ quidaſ hic iuxta commanenſ, loco qui Colloſ dicitur, ex huiuſmodi ſaep̄ cogitationeſ repente obſtupeſcebat, ac animo deſiciens ueluti inſenſibilis fiebat, repertuſq; a fratribuſ non nunquam ab eiſ, ut qui fere efflaſſet animam baiulabat. Non omittã etiam ſolitarij illiuſ, qui in Chorb habitabat iſefferre hitoriam. Hic cum diuitiuſ negligentiſſime uixiſſet, nuſlaq; animaſ ſuaſ curaſ poenituſ haberet, morbo tandem coꝑrehenſuſ ad extrema deductuſ eſt. Cumq; iaſ corpore perfecte miſgraſſet, poſt unã horã in ſeipſum redijt. Orauitque noſ omneſ, ut inde protinuſ abſcederemus, & cellã adituſ lapidibuſ obſtructo, permanſiſſet

Cautè lego

Pſal. 15.

inatus

Intus annis xij. nulli omnino quicquam loquens, nec, aliud quicquam præter panem & aquã degustans. Sedens autem ea tantum quæ in excessu viderat attonitus voluebat, atque in his adeo fixo semper erat cogitatu, vt nunquam iam vultum immutaret, sed semper sic attonitus per duras vim lacrymarũ feruentium tacitus profunderet. Cũ vero iam morti esset proximus, rupto ac patefacto aditu ingressi sumus. Cũque ab illo doctrinæ verbum supplices inquireremus, hoc ab illo tantummodo audiimus; Ignoscite mihi, Nemo qui reuera mortis memoriam agnouerit, peccare vnquam poterit. Nos vero nimium mirati sumus, intentes eum, qui pridie ita negligens fuisset, repente mutatum, ac beatissima transformatione alterũ affectum. Illo igitur in proximo cimiterio sepulto, cum post dies aliquot sacras illius reliquias requireremus, non inuenimus, dominq in hoc quoque nos certiores faciente, sollicita illius & accurata laudabilisque poenitentia. atq; omnibus fiduciam præstante, qui etiam post summam vitæ negligentiam seipsos emendare norunt. Sicuti abyssum quidam infinitam esse diffiniunt, locũ enim sine fundo eam vocant, ita & mortis interqta cogitatio ineffabilem & incorruptam castitatem atque operationem parit. Quod firmatur factu huiusmodi quem memorauimus iusti. Huiusmodi sane timorem timori iugiter adijciunt, nec vnquã desinunt, quoad ipsa quoque; ossium virtus consummarur. Et hoc autem cũ bonis eius reliquis donum dei esse nobis ipsis persuadcamus, Qui 9 ad ipsa quoque monumenta non nunquam proficiscentes, duri quodammodo ac sine lacrymis persistimus, cum vero ab huiusmodi spectaculo remoti sumus, sæpius compungimur. Qui ad omnia mortuus est, is

mortis

mortis memoriam tenuit: qui vero adhuc ad aliquid afficitur, hic vacare sibi ipsi non poterit, suis se insidijs appetens. Ne velis verbis omnes certiores facere tuæ ad illos dilectionis, sed à deo postulare vt hanc illis secretius reuellet, alias non sufficere tempus, vt illud affectibus & compunctioni impartiri possis. Noli falli stulte operarie, vt tempore tempus reparari lo præsumas. Neq; enim sufficit dies queque vel sui ipsius debitũ domino persolue. **Nō est** (ait quidam) **nō est** præsentem diem pie pertransire, nisi hanc esse vltimam totius vitæ nostrę existimemus. Et quod sit mirabilis, certe Gentiles quidam tale aliquid locuti sunt. Nam & summam Philosophiam, mortis meditationem esse diffiniunt.

Annotationes. In 6. gradum

- 1 *Alii alij transfulerunt:* Memoria mortis incipientibus est laboriosa, proficientibus generat desiderium vilipensionis, sed his qui sunt extra tumultum tentationum, generat obliuionẽ curæ. *Ita vt hi ad eiusdem status diuersa tempora, nos ter ad diuersos status respiciat.*
- 2 *Alij sic: Sicut discernitur stannum ab argento. quauis sint similia: sic habentes discretionem, discernunt timorem naturalem mortis, a non naturali.*
- 3 *Nam qui se quotidie recordatur esse mortuum, contentum præsentia, & ad futura festinat, vt ait Hieron. nō in epist. ad Cyprianum. Notanda est & præclara Abbatũ Ioseph sententia, quam Cassianus collat. 16. cap. 6. recenset.*
- 4 *Indolentia non sumitur hic pro absentia doloris vt à Cicerone. 2. de Finibus & 3. Tuscul. quæst. sumitur. Sed indolentia est hic que in habitum transiit negligentia, segnis & torpens animi intentio. de qua vide infra*

*infra Grad. 17. Alij hoc loco priuationē doloris con-
dis, vertunt.*

5 fontes intelligi lachrymarum.

6 *Paris, exemp. legiu: perfectus sensus mortis tenet
animam in timore. -*

7 *Alij: Statim illa memoria (mortis) veluti iudex,
hoc (carni indulgere) prohibet.*

8 *Thalas alij legunt.*

9 *Vetus translatio hęc quasi probationem eius, quod pra-
cedit, memoriam scilicet mortis donū esse Dei, subiicit.*

10 *Præsumere tempus tempore reparari, est sibi: temerē
persuadere, homo a pere quod quis futuro tempore face-
cere proponit, posse socordiam e: negligentiam præsen-
tis temporis compensari, vel (vt Paulus ait) redimi.*

De luctu gaudij opifice. Gradus VII.

LVCTVS secundum deum, est mœror ani-
mæ, afflicti cordis affectus, semper id quod
suscipit ardentissime inquirens, quo nō potitur,
summo id cum labore persequitur, atque post ip-
sum anxie mœrens vlulat. Vel ita: I uctus est sti-
mulus animi, omni affixione & affectione nuda-
tus, atque ad seruandū cor à sancta tristitia im-
mobiliter fixus. Compunctio, est iugis conscientię
excursatio, quæ per intellectualem confessionem,
igniti cordis refrigerium molitur. Confessio, est
obliuio naturæ, siquidem ex hoc oblitus est quidā
comedere panem suum. Pœnitentia, est volunta-
ria & læta totius corporeæ delectationis vel con-
solationis repudiatio. Proprium illorum est, qui
ia beato luctu proficiunt, continentia labiorum,
quæ silentium, eorum ve o qui iam profecerunt,
non irasci, iniuriasque omnino obliuisci. Eorum
vero qui perfecti & consummati sunt, profunda a-
nimi humilitas ignominix sitis, vexationumque
inuitis

inuitis aduenientium spontanea efuries, peccanti-
um non condemnatio, sed vltra vires miseratio.
Suscipiendi sunt primi, sed laudabiles secundi: sed
illi beati, qui eluriunt afflictionem, & ignominiam
suscipiunt, quia cibo insaturabili saturabuntur. Qui
luctum acquisisti, illum viribus tene. Solet enim,
nisi firme solidetur, auolare à tumultibus curisq;
corporeis ac delitijs fugatus, maxime vero facile
à multiloquio & scurrilitate dissoluitur, non se-
cus quæ ab igne cera. Maior ac potentior baptisate
post baptismum (etsi audax dictum id videatur) fons
lachrymarum est. Illud enim præcedentia delicta
nostra purgavit, hoc vero posteriora. Atque illud
quidem omnes ab infantia acceptum inquinamus,
per hoc autem & illud repurgamus. Quod nisi di-
uino munere datum esset omnibus, rarissimi om-
nino qui saluarentur inueniri potuissent. Mœstitia
& gemitus ad dominum clamant: timoris autem
lachrymæ legatione fuguntur. Porro illæ quas san-
cta charitas effundit, susceptas atque exauditas esse
preces nostras indicant nobis. Sicut humilitas ni-
hil æquæ congruit, vt luctus: ita nihil reluctatur vt
risus. Contineas pro viribus beatæ compunctiōis
beatam lætificamque tristitiam retine, neque in ea o-
perari vllatenus cesses, quo ad sublimem te, atque
ab humanis contagijs purum Christo domino si-
stat. Perscrutari ne desinas, atque in teipso im-
primere abyssum sempiterni ignis, crudeles mini-
stros seuerum crudelemque iudicem, nemini
tunc ignoscentem, inferni ignis chaos infini-
tum, subterraneorum terribiliumque locorum
ac voraginum terrifi. os descensus, atque eorum
omnium imagines: vt si qua est in anima nostra
luxuriæ lasciuia, ingenti tremore percussa tran-
seat in in corruptam ac perpetuam castitatem, &
per

caute lega

per gratiam luctus igne omni clarius illucescat. Sta in orationis prece tremens, nec aliter quam reus iudici assistens, ut & interiori & exteriori habitu fauore iusti iudicis concilies. Neque enim animam patitur despiciere viduam sibi anxiam astantem, molestiasque inuolabiliter parientem. Si quis animam lachrymas possedit, huic omnis locus apertissimus est ad iuctum, quod si solis adhuc exterioribus occupatur, loca moresque eligere ac discernere non desinat. Sicut thesaurus occultus eo qui in foro propositus est, & inuolabilior est, & minus fures sollicitat, ita & ea que prædiximus intelligamus. Noli eis esse similis, qui mortuos sepeliunt, qui nunc quidem super eis iugent, nunc ipsorum gratia inebriantur: sed esto ut vincas ad metalla sudantem, qui horis singulis a carnificibus cæduntur. Is qui modo lugere, modo delitij, & risu solui deprehenditur, ei similis est, qui canem voluptatis cum pane lapidat, qui hunc quidem perfecte actum videtur, reuera autem sibi alidere hortatur. Esto subtristis, ostentationis inimicus, ac iugiter ad cordis tui: iustodiam artonitus. Metuunt quippe seueram tristitiam demones, haud secus, quam canem fures. Non est fratres eadem nostra, que ad nuptias vocatio. Prorsus enim ut nos ipsos luceamus vocati huc a deo sumus. Quidam dum lachrymas profundunt, in illo ipso beato tempore, ut nunc omnino cogitent, sibi ipsis vim faciunt. Improbe id quidem, non enim intelligunt, lachrymas absque cogitatione & intentione animi profusas, brutæ non rationabilis naturæ esse proprias: ex cogitatione lachrymæ procedunt. Pater enim cogitationis, rationalis animus est. Cum in lectulo decubas, sit tibi ipse iacentis habitus figura in sepulchro clausus, minusque dormies. Ipsa quoque mensæ delibatio, lametandæ sortis, vermium illorum te admoneat, minusque

nusque delicias requires. Sed & in ipso aquæ potu flammæ illius sitim ne obliuiscaris, atque ita vim naturæ omnino facies. Quoties vero præceptor noster honorificans nos contumelia, & terrore & ignominia affecerit, subeat mentem nostram terribilis illa iudicis sententia, sicque insistam nobis irrationabilem tristitiam & amaritudinem, mansuetudine & tolerantia, veluti gladio ancipiti, omnino iugulabimus. Tempore (ut ait Iob) arefcit mare, sic & tempus & tolerantia quæ dicta sunt fiunt in nobis & perficiuntur. Mæmoria æterni ignis tecum singulis noctibus dormiat, tecumque euigilet, nec unquam tempus psalmodiæ dominabitur tibi negligentia. Ipsum quoque indumentum gratum te ad exercitiu luctus hortetur. Omnes enim qui mortuos lugent, nigris vestibus operiuntur. Si igitur non luges, propter hoc luge. Sin vero luges propter hoc, maxime te lamentis affice, quod ex honorabili & tranquillo ordine te ipsum per tua scelera in humiliorem & laboriosum deiecisti. Sicut in cæteris omnibus, ita & in lachrymis iudex quoque noster optimus atque æquissimus naturæ vires omnino diiudicat. Vidi modicas guttas instar sanguinis cum labore effundi. Vidi & fontes absque labore profluere. Ego denique moerentium dolorem ac gemitum pluris æstimavi, quam lachrymas, puto quod & deus sic iudicet. Non conuenit lugentibus theologiæ sermo, nam ex eo maxime solui illorum fletus contineuit. Is enim qui de theologia discriet in folio doctore pompam præferenti, qui autem lugeat in silentio vel cilicio & sterquilinio sedenti comparatur. Atque hoc est, ut reor, quod David maximè interrogatibus respondit: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena, id est, vitiosa? Sicut creatura motum aliquando

ex se gignit, nonnunquam vero aliunde suscipit, et de compunctione quoque sentiendum est. Quoties anima nil etiam curantibus, vel studiosè operantibus nobis in lachrymas, vi secretæ compunctionis excitata, in solo fletu requieuerit, curramus sollicitè: dominus enim non vocatus aduenit, spongiamq; diuini mœroris & refrigerij piarum lachrymarum aquas nobis clemens porrigit, quibus deleantur scelera chirographi nostri. Serua eam vt pupillam oculi tui, donec sponte abeat. Longè enim maior est huiusmodi compunctionis vis, quam eius quam studio nostro & labore acquisiuimus. Non qui quando vult luget, is gratiam luctus adeptus est: sed hic magis, qui in quibus, vult luget ne is quidem qui sicut vult luget. Nonnunquam enim luctui, qui secundum deum est, inanis gloriæ miscentur ingrata lachrymæ. Quod tunc fieri pie & prudenter animaduertimus, cum lugere nosmetipsos, & tamè malignari viderimus. Compunctio proprie est animi dolor, omni elatione carens, nec vllam sibi omnino consolationem indulgēs, solamq; resolutionē suam horis singulis meditans, consolationemq; dei, qua humiles monachos visitat, vt a quam frigidam expectans. Quicumq; toto cordis sensu luctū possederūt, hi vitam quoq; ipsam suā vt laborum plenissimam, lachrymarumque & dolorum iungiter materiam sibi ministrantem oderūt, corpusq; suum vt inimicum aduersariū sunt. Quoties in his qui secundum deum lugere videntur, superbiam aut iram deprehenderit, horum scito lachrymas non ex eis esse, 7 quas compunctio salubris elicit. Quæ enim societas, inquit, lucis ad tenebras? Solet adulterina compunctio elationem gignere: ea vero quæ laudabilis & probata est, consolatio nem. Sicut ignis stipulam inflammat & consu-

mit, ira castæ lachrymæ sordes omnes & visibiles & inuisibiles consumunt. Lachrymarum rationem plerique patrum non patere, & esse obpleri securissimam, atque ad inueniendam difficillimam definiunt, idque in his potissimum, qui rudes imbuuntur. Ex multis, nanque eas & varijs occasionibus gigni & puta ex natura, ex deo, ex afflictione vituperabili, itemque ex laudabili, ex inani gloria, fornicatione & dilectione, ex mortis memoria alijsque plurimis. Verum omnibus his lachrymarum modis diuino timore discussis & cognitis, ex iugi nostræ resolutionis memoria mundissimas, & ab omni fraudis suspiratione alienas lachrymas nobis comparare studeamus. Neq; enim est eis in elationis furtiue suspitio, sed emundatio magna profectusq; charitatis in deum peccatiq; abolitio, & candidissima, & ab omni perturbationum strepitu remota, ac felicissima requies. Eos sane qui lugent nonnunquam ab optimis lachrymis inchoasse & in deteriores desinere, nec nouum, nec mirum est: sed à contrarijs aut etiam naturalibus in spirituales trāsferri lachrymas, & singulare est, & laudibus reuera dignissimum. Hoc autem problema manifestius nouerunt, qui circa inanem gloriam proniores sunt. Noli antequam perfecte emunderis, lachrymarū tuarum imbibus credere. Neque enim habet fidem vinum statim è trocariibus expressum. Omnes quidem lachrymas nostras quas secundum deū profundimus, esse mirū viles, nemo est qui refragetur. Quenam vero sit utilitas earum, in tempore nostræ migrationis agnosceremus. Qui ex iugi luctu in Deum proficit, is epulari quotidie et festa celebrare non desinit. Qui vero corporaliter epulari non desinit, hunc sem-

Pfal, 141.

piternus luctus recepturus est. Non enim reis est in carcere lætitia, ita ne monachis quidem vera in terra solennitas. Atque idcirco forsitan honestus ille fletus emaculator ingemiscens aiebat: Educ de custodia animam meam, vt exultem iam de tua ineffabili luce. Esto sicut rex in corde tuo sublimis, in humilitate residens, & risui iubens: Vade, & vadat: dulci fletui, Veni, & veniat: seruoque & tyrāno corpori, Fac hoc, & faciat. Si quis beato gratiosoque luctu se, veluti sponsali indumento, vestiri curauit, hic specialē animæ cognouit risum. Quis putas erit huiusmodi, qui tempus suum omne tā pie ac religiose in monastica conuersatione consūpsit, vt nullum diem, nullam horam, nullum momentum aliquando perdiderit, quod non in diuino seruitio religiosisque operibus expenderit, id apud se iugiter ac solcite reputans, possibile nō esse eundem diem bis in vita conspiceret? Beatus quidem is monachus, qui cœlestibus ac intellectualibus 9 virtutibus defigere animi obtut⁹ valet. Sed ille sane absque metu ruinæ est, qui ex mortis scelerumque memoria, genas suas viuentium a quarum perpetuis imbribus rigat. Facile autem adducor, vt credam priorem illum statum, per hunc secundum profecisse, atque ad illam felicitatem peruenisse. Vidi ego medicos ac pauperes improbos, facietis quibusdam verbis ipsa quoque regum corda ad misericordiam inclinasse. Vidi item pauperes, ac virtutibus inopes, non vrbanis quidem, sed humilibus, tenebrasque ac hæsitacionem testantibus verbis, ex profundo corde ad cœlestem regem summa improbitate atque perseuerantia clamantes, inuiolabilem illius naturā atque clementiā 10 violasse. Qui lachrymarum suarū gratia in animo inflatur, eosque qui non lachrymantur damnat, is

ei si-

ei similis est, qui ab imperatore contra inimicos suos accepit arma, hisque ipsis semetipsum necat. Non indiget deus lachrymis nostris, o socij, neque hominem ex cordis angustia lugere vult: sed magis ex insigni ad deum charitate, in hilaritate animelætari. Peccatum remoue, & superflua iā erunt sensibilibus oculis fusæ mortæque lachrymæ. Neque enim cauterio opus est, si vulnus desit. Non erant in Adam ante præuaricationem lachrymæ, sicut nec post resurrectionem iam destructo peccato erant. Siquidem tunc aufugit dolor & tristitia & gemitus. Vidi in quibusdam luctum, vidi item in alijs, eo quod luctu indigerent luctum: his autē & si luctus non desit, tamen vt qui illum non habent ita affitiuntur, per quam 11 hanc animi decoram castitate inuiolabiles furibus permanent. Atque hi sunt, de quibus dictum est: Dominus sapientes facit cæcos. Solent enim ipsæ quoque lachrymæ leuiiores quosdam nonnunquā atrollere, quocirca quibusdam diuina dispensacione subtrahuntur, vt dum seipfos priuatos viderint, studiosius eas requirētes, miseros seipfos agnoscant, gemitibusque & mœrore ac dolore animi, profunda que tristitia & hæsitacione se conterant, quæ omnia lachrymarum vices implere solent, & si ab ipsis nimium viliter nihil æstimentur. Inueniemus nonnunquam, si obseruemus diligentius, ridiculum quiddam dæmones in nobis moliri. Nam cum saturitate distenti fuerimus, compungunt nos: rursum cum ieiunauerimus obdurant, vt seducti lachrymis parenti vitiorum gulæ ac delitijs nos ipsos exponamus. Quibus obtemperandum non est, sed omnino contra faciendum. Equidem ipsam compunctiōnis vim considerans stupeo, quo nam modo ea, quæ luctus & mœror dicitur, gaudium

H 3

intrin-

intrinsecus & lætitiã 12. velut mel & fauum, comesta, possideat. Quid igitur ex hoc nobis inuinitur: Id profecto, quod propriè Dei donum hu- jusmodi confessio esse, pro confessio habeatur. Est tunc in anima iucunda voluptas, deo latenter mestos & contritos corde consolante. Verũ vt occasio efficacissimi luctus dolorisq; perutilis non desit, historiam omnino miserabilem ad ædifica- tionem animarum referre liber. Stephanus quidã hoc in loco habitans, solitariã & quietã vi- tam adamauerat. Hic cum annos plurimos in mo- nastico certamine egisset, ieiunijsq; maximè & la- chrymis esset ornatus, alijsq; præterea virtutum priuilegijs flore: et, cellulã ad radicem montis, in quo sacram illam diuinãq; visionem specula- tus olim fuerat Helias, sibi construxerat. Hic igi- tur tam venerandus moribus, intentione maioris laboriosiorisq; pœnitentiæ profectus est ad Ana- charitarum locum, cui Fides nomen erat. Quæ in loco cum annos aliquot arctissimo vitæ instituto peregisset: erat enim hic locus ab omni consola- tione mortali penitus remotus, omnibusq; fere hominibus inuis (septuaginta enim fere milli- bus passuum ab omni humana habitatione dis- iunctus erat), rursus extremo vitæ tempore redijt, cupiens in cellula sua priore sancti illius montis habitare. Erant autem ibi duo ex Palestina disci- puli admodum religiosi, qui etiam pridie obser- uabant cellulam senis. In qua cum paucos egisset dies languorem incurrit, ex quo & mortuus est. Igitur ante vnum exitus sui diem, repente ani- mo obstupuit, apertisq; oculis ad dextram atque ad sinistram partem lectuli circumspiciebat, & quasi rationem quidã à se exigent, cunctis qui stabant audientibus aiebat, aliquando quidem

ita

ita sane: Sic reuera est, sed pro hoc tot annis ieiunavi. Aliquando vero: Non certe, sed mentimi- ni, hoc non feci. Deinde rursus: Ita vere est, hoc ita est, sed fleui, sed ministravi. Ac rursus: Vere me accusatis. In quibusdam etiam aliquando aiebat: Ita sane, & quidem ad hæc quid dicam non ha- beo, ideo misericordia est. Et erat profecto spe- ctaculum horrendum ac terrificum, inuisibile il- lud sœuissimumq; iudicium, in quo etiam (quod terribilius est) & quod non fecerat illi obijcie- bant (memiserum), quietis ac solitudinis secta- tori: in nonnullis vero peccatorum suorum, quid ad hoc respondere posset, se non habere dicebat, qui iam fere quadraginta annos monachus fue- rat, & lachrymarum guttiam habuerat. Væ, væ v- binam erat Ezechielis vex, quam illis obijceret. In quacunq; hora ingemierit peccator, saluus erit. Et illud: Quia in quo te inueniam, in eo te iudicabo dicit dominus. Verè nihil huiusmodi res- pondere potuit: Cuius rei gratia illi gloria, qui so- lus agnouit. Quidam vero mihi veraciter affirma- uerunt, quod hic dum esset in eremo, leopardum quoque ex manu sua nutrebat. Hic ipse tamen cum adeo infeste ratio à se exigere- tur, carnè solu- tus est, quod iudicium, quis terminus, quæ senten- tia, quis rationis eius finis fuerit, incertum peni- tus relinquens. Sicuti vidua, quæ viro suo fuerat orbata, si filius sibi sit vngentus, illi soli vnitur, eiusq; post dominium solatio potitur: ita anima si lapsa fuerit, nullo alio solatio exitus: sui tempo- re tam secure nititur, vt abstinentiæ labore ac la- chrymis huiusmodi nunquam concinet, neque in hymnis secum iubilabit: hæc enim luctum in ter- rumpit. Quod si tu per ea luctum tibi constituere studeas, adhuc ea abs te remotissima est.

H 4

Luctus

Luctus quippe certus fixusq; dolor est animæ perita, præcursor beatissimæ 13. tranquillitatis: in pleisq; præaptans & emundans consumensq; omnium vitiorum syluam. Quidam honesti huius boni probatus operarius. ista mihi de se narravit. Cum, inquit, sæpius studiose insituerem aduersus inanem gloriam, siue iracundiam, siue ventris futuritatem omnino bellum gerere, luctus ratio subclamās mihi intrinsecus atretabatur: Noli inani gloria efferni, nam recedam abs te. Similiter quoque in alijs perturbationibus dicebat. Cui ego aiebam: Nunquam tibi erō inobediens, donec me Christo domino sistas. Luctus quidem profunditas consolationem aspicit, cordis verò munditia illustrationem suscipit. Illustratio ineffabilis est quædam efficacia, quam ignotè intelligimus, & inuisibiliter aspiciamus. Consolatio, est refrigeriū afflicti animi, infantis in morem in seipso vagientis, simulq; gratiæ & iucundè subridentis. Suffragatio est animæ quæ in mœrore ceciderit innouatio, afflicta lachrymas in eas quæ sunt pacatissimè mirabiliter transferens. Lachrymæ solent metum excludere, ubi verò timor excussit timorem, continuo serena lux gaudij illuxit. Cum autem indeficiens id gaudium desiderit, flos sanctæ charitatis orietur. Humilitatis manu adueniens gaudium abs te vt indignus abijce, ne fortè dum nimium facilis ad suscipiendum es, lupum pro pastore suscipias. Noli propter ad contemplationem 14. cur rere in alieno tempore, vt hæc humilitatis tuæ pulchritudinem insequens, tibi in seculum seculi castidissimo iungatur amplexu. Principio quidem infans cum agnoscat patrem, gaudio penitus impletur: si verò ille certa ratione peregre profectus fuerit atque iterum redierit, gaudij simul & mœ-

roris infans plenus efficitur. Gaudij quidem, quia eum quem cupiuerat videt. Mœroris, quia tanto tempore honesta illa pulchritudine priuatus est. Abscondit seipsam infantis mater, quæ si se viderit anxie inquirere, gaudio afficitur, sicque illum instruit sibi adhærere iugiter, affectumq; suum altius infanti imprimit, eumq; ad se ardentius amā dum inuitat, Qui habet aures audiendi audiat, ait dominus. Non angetur spectaculorum ordinandorum cura is reus, in quem est lata sententia: ita ne is quidem qui attentius luctui studet, delictijs aut gloria, aut furore, aut iracundiā, vndeconque capietur. Luctus est pœnitentis animæ certus & fixus dolor, quotidie dolores doloribus adijciens. Iustus & sanctus dominus, qui & eum qui ratione sectatur quietem, ratione compungit: & eū qui ratione subditur quotidie lætificat. Qui horū alterum non legitimè arripit, hic luctu priuatu se intelligat. Abijce abs te eū, qui in profundissimo luctu ad te accedit canem, deumq; tibi inclementè & immisericordè suggerit. Nam si diligenter obserues, inuenies illū eū ad peccatū te hortatur clementem & misericordem, atq; ad ignoscendum facile Deum tibi polliceri. Exercitatio assiduitatē gignit, porro assiduitas in sensum in firmissimū 15. desinit. Quod autem sensu fit, difficile auferri potest. Etiam si quodlibet magnum atq; electissimū vitæ institutum arripueris, id quasi externum & nothum existimare debes, nisi cor afflictum mœrensq; possideas. Oportet enim reuera maximeq; necesse est, vt qui post salutare lauacrum inquinati sunt, igne cordis infatigabili ac miseratione Dei manus suas (vt ita dixerim) pice 16. excutiant. Vidi ego apud quosdam supremum terminum luctus; sanguinem enim eos præ afflicto & percussio-

corde profundere ex ore conspexi, recordatusque sum eius qui dixit: Percussus sum ut scenum, & a ruit cor meum. Illæ quidem lachrymæ, quas metus gignit, in seipsis custodiam possident: quæ vero ex charitate procedunt, antequam ipsa perficiatur, in quibusdam facile fortassis auolant, nisi forte ignis ille sempiternè memorandus, operis tempore corpenitus incēdat. Et est sane mirabile quō id quod vilius & indignius est, certius atque securius sit suo in tempore. Sunt materiæ quæ fontes nostros exiccant, sunt item quæ in ipsis & cæni & feras beluas pariant. Per priores quidem illas, Loth filius suis nequiter congressus est: per feras, verò diabobolus cecidit. Ingens in hostibus nostris versutia, summa nequitia est, ut virtutum materias, materias vitiorum, & humilitatis authores, materias superbæ opifices faciant. Solent nonnunquam ipsæ etiam sedes nostræ, & locorum species animum nostrum ad compunctionem excitare. Doceant te hoc Iesus & Helias & Iohannes soli apud se orantes. Animaduerti plerumque in ipsis quoque ciuitatibus, mediisque tumultibus moueri nobis lachrymas, ea profecto arte dæmonum, ut putantes quidam nihil se ex his tumultibus lædi, seculo propinquare non metuerent. Verbum vnum nonnunquam dissoluit luctum: mirum verò si vnū quoque verbum iustus illum reuocare, postquam auolauerit, possit. Non accusabimur a sociis, neque nobis crimen dabitur in separatione animæ: a corpore, quod non miracula egimus, quod non de theologia differuimus, quod non contemplationi operam dedimus, sed ob hoc maxime rationem omnino deo reddituri sumus, quia lugere iniqua desistimus.

Antiq.

Annotationes in gradum 7.

- 1 *Perspicua magis hic est translatio antiqua, sic enim habet: quem (affectum) anima quaerit continere, feruenter & impetuose, quando est illa priuata.*
- 2 *Tristitia est sancta, quam vel penitentia delictorum, vel desiderio perfectionis accendi, vel futuræ beatitudinis contemplatione concipimus. Hæc penitentiam ad salutem stabilem operatur iuxta Paulum 2. Cor. 7. Fulcherrimè hæc tristitia ab adiunctis describit Cassianus lib. 9. Instit. monast. cap. 1. Alia omnis tristitia noxia est, ut eodem lib. fusius docet Cass.*
- 3 *Abstinencia veterum alij.*
- 4 *Alij legunt. Quia non poterit se continere, quin consoletur animam, quæ stat coram eo, sicut viua dolens. Puro igitur locum corruptum esse, & pro patitur, poterit legendum esse: aut pro despiciere, de spici.*
- 5 *Ad metalla damnari supplicium fuit apud antiquos, quo vincti fontes in opus metalli traherentur seu in metallas mittebantur fodinas. Item ad Calcariam et Sulphurariam quidam damnabantur. Vide Iurisconsulti. ff. de penis. c. de metallis, & Sueton in Caligula.*
- 6 *Festes monachorum Syria & Aegypti erant, cucullus Colobium, rebrachiatorium & maurortis: de quibus consule Cassianum lib. 1. instit. monast.*
- 7 *Tristitia enim que secundum Deum est humilis est, mansuetas & patiens: teste Cassia, lib. 9. cap. 11. Instit. monast.*
- 8 *De diuersis lachrymarum spiritualium generibus, earumque causis vide responsionem abbatis Isaac apud Cassia. col. 9. cap. 29.*

Ad est 2

- 9 Id est: *Beatus ille monachus qui mentis oculos in celum leuare & angelos intueri potest.*
- 10 *Violasse ponit, pro violenter expugnasse.*
- 11 *Alterum istorum pronominum superest: & pro castitate, alij impotentiam lachrymandi scilicet vertunt.*
- 12 *Sensus est: luctus & meror qui secundum Deum est, gaudium in se & letitiam spiritualem continet, dulciorem super mel & fauum. Habet enim in semetipso omnes fructus spiritus S. quos enumerat Paulus Galat. 5. Vide Cassianum libr. 9. institut. monast. cap. 11.*
- 13 *Tranquillitatem, vocat hic omnis vehementioris affectionis, animi perurbationis, terrorisq; vacuitatem: quam Græci εὐθυμία vocant: Cic. lib. 5. de Finibus: Democriti autem, que est animi tanquã tranquillitas quam appellant εὐθυμία. De hac insignem libellũ, scripsit Plutarchus.*
- 14 *q. d. Contemplatio non apprehenditur ab insequentibus illam, sed ipsa fugientes insequitur & apprehendit. Quod in sequentibus pulchris similitudinibus ostendit. Contemplationem autem hic intelligit eam, que consolationem diuinam habet annexam.*
- 15 *Firmissimum legendum videtur, & sensum hic pro habitu accipi putarem.*
- 16 *Inuersio est, pro picem manibus excutere: alij lauãt manus à contagione picis, transtulerunt.*
- 17 *Materie fontes lachrymarum exciccantes sunt, cibus, vinum, deliciae &c. feras verò & beluas generantes, ambitio- cænodoxia &c.*

De iræ vacuitate & mansuetudine.

Gradus VIII.

Sicut aqua, si paulatim igni adijciatur, flammam penitus extinguit: ita & veri luctus lachrymæ omnem flammam iracundiæ ac furoris

roris extinguere cõsueuerunt. Quo circa nos quoque ista consequenter suo ordine subiiciemus. Iræ vacuitas inexplabile est ignominia desiderii: sicut cõtra in his qui inani gloriæ student, infinitus est laudis appetitus. Iræ vacuitas, est naturæ superatio, absq; vlllo iniuriarum sensu, ex certaminibus & sudoribus proueniens. Manuerudo, est animi immobilis status, inter vituperationes & laudes eodem modo perseuerans. Initium quidem iræ vacuitatis, est labiorum silentium in perturbatione cordis: medium autem, silentium quoque ipsarum cognitionum in animi tenuissimo metu: finis verò est inter immundorum spirituum flatus stabilis ac fixa tranquillitas. Ira, est toleratio occulti odij, memoria scilicet iniuriarum altè animo impressa. Ira est desiderium, quo cum qui nos irritauit affligi cupimus. Iracundia .i. est subita cordis excandescencia, nec diuturna. Amaritudo est iniucundus atq; insuauius motus in animo confidens. Furor, est morum incõstans motus, animiq; turpitude. Sicut cum sol apparuerit fugantur tenebræ, ita cum afflare cõperit suauissimus humilitatis odor, omnis amaritudo, omnisq; furor ex animo exterminatur. Quidam cum sint nimium ex furore mutabiles, negligentiores ad hunc saluandum curandumq; sunt, non intelligentes misereri quid scriptura sacra commemoret dicens: Momentum furoris eius ruina est illi. Velox est motus molæ vno sæpè momento amplius triticum animæ, & fructum vitæ conterens atq; demoliens, quam faceret die alias integro. Quo circa prudenter & toto animo attendendum est. Ea sæpè flamma, quam subito vehemens ventorum flatus accenderit, fructum cordis amplius adurit & perimit, quam ea que & lætius excitata est, & diutius viget.

Ne istud

Ne istud quidem vos latere debet amici, quod ad tempus iniqui se dæmones astu subducunt, vt dū maxima vitia veluti minima negligimus, iam insanabiliter ægrotamus. Sicut lapis acutis angulis & asper, si alijs lapidibus contundatur & collidatur, omne illud acumen amittit, solidaque eius asperitas contrita dissoluitur fitq; rotundus atque leuis; ita & anima dura² atque ad iracundiam prona, si duræ & iracundæ vitiorum multitudini admisceatur, atque cum eis vna degat, alterum è duobus sustinet: aut enim ex tolerantia virtute proprium curabit vulnus, aut si iniurijs fatigata cesserit, suā penitus infirmitatem noscet, quā sibi ignaua hæc fuga, veluti speculum quoddam ante oculos ponet. Furibundus est caducus voluntarius³ qui dū anticipatur, inuitus cadens, colliditur atque dissipatur. Nihil minus pœnitentibus conuenit, quam concitatus furor. Quippe conuersio summa indiget humilitate, hic verò maximi tumoris argumentum est, si is demum supremæ humilitatis terminus pro confesso habetur, vt eo etiam præsentia quo iritamur, sereno illum ac tranquillo corde diligamus. Is sine dubio finis furoris erit, si soli dū degimus, aduersus eum qui nos in aliquo læserit, & verbis & gestibus repugnantes vtamur. Si spiritus sanctus animæ pax & diffinitur & est, nihil æquè vt furor, ei⁴ à nobis præsentiam segregare poterit. Cum per multas atque diras furoris species, agnouerimus vnā ipsius solamque progenientem (etsi adulteram) vtilem tamen⁵ esse deprehendimus. Vidi enim nonnullos, qui cum vsque ad insaniam excandissent, diurnamque adeo ac penitus in medullis insitā iniuriarum memoriā eno muissent, per vitium illius cōmotionis fuisse liberatos, cum is qui eos læserat prioris diurnique doloris

doloris, illos vel pœnitentia vel satisfactione curasset. Vidi item alios, qui irrationabili longanimitatis specie ex silentio memoriam illatę iniurię in intimis recondiderunt, eosque insanis deteriores atque infeliciores esse iudicauī, quippe per atramentum⁵ columbæ candorem de moliti esset. Sūma igitur aduersum serpentem istū cura & diligentia pugnandum est, & ipse enim naturā habet adintricem non secus, quā turpis concupiscentiæ coluber. Vidi nōnullos iracundiæ furij successos præ amaritudine animi cibum à se omnino reieçisse, q; tamē ex hac irrationabili continētia, venena venenis adiecerunt. Vidi itē alios, cū veluti rationabilem causam furoris nacti essent, gula illecebris seipsos addixisse, ac veluti ex fouea in præcipitium corruere. Alios item alpexi prudentiores, qui peritorum more medicorum, vtrisque cōmixtis ex æquabili & moderata consolatione maxima emolumēta cōsecuti sunt. Nonnunquā moderata melodia furorē optimè lenit & mitigat. Sæpe vero ea quæ immoderata est & importuna cum voluptate cōiungitur.⁶ Ea igitur sic demū optime vtētur, si tēpora aptissime ad normā dirigam⁷. Cū federem aliquando cuiusdā necessitatis causa iuxta quorundā solitariorū cellulam, audiui illos pœdicū more intus, summa amaritudine & furore apud se corrixantes, atque in eius personā qui se læserat (tanquā is præsens esset) petulantissimè insipientes. Quos ego ne vltra in solitudine federent piē & fideliter monui, si nollēt ex hominibus dæmones fieri. Vidi alios corde lasciuo ac lubrico escarū nimietate distēdi, q; mites se esse & blādos atq; (vt ita dixerim) amatores fratrū simulantes, personā sibi sanctitatis imponerent, quos vt solitudinem sectarētur hortat⁸ sum, veluti ferramētū quoddā luxui

luxui & escarū nimietati inimicum, si nollet ex
 rationali in brutam naturam miserabiliter decide
 re. Cum vero quidam mihi vtrisque se miserabi
 lius effერი, dicerent, eos ego suæ voluntatis arbi
 trium sequi prorsus inhibui, eorumque præcepto
 ribus hoc amicè suggesti, vt hunc aliquando, non
 nunquam vero illum ordinem eos sequi permitte
 rent: dum illi per omnia rectori atque governa
 tori, ceruice submissa, perfectè obtemperarent. Is
 etenim, qui voluptatibus studet, seipsum fortassis
 aut alterum suorum morū discipulum 7 corrup
 pere ac perdere solet: iracundus vero lupi in mo
 rem gregem totum sæpe perturbat, animasque plu
 rimas humilians vulnerat. Graue quidem est, oculum
 cordis præ furore turbare, secundum Psalm.
 testimonium dicentis: Turbatus est à furore oculus
 meus. Longè vero grauius & labijs etiā animi
 impetum exprimere, grauius autem ac toti
 monasticæ & angelicæ, diuinæque conuersationi
 alienum, atque omnino inimicum, manibus quo
 que furori satisfacere. Si festucam alterius sanare
 vis, vel magis tibi velle videris, noli pro scalpello
 trabe hanc velle recidere atque retundere. Trabs
 quippe sermo durus est, gestusque inde: orus, scalp
 ellum vero mansueti doctrina mitisque respon
 sio. Argue enim, inquit, increpa, obsecra, non au
 tem etiam percute. Si vero & hoc fieri oporteat,
 raro omnino, ne tunc quidem per te ipsum facere
 debes. Si diligentius inspiciamus, animaduertem
 plerosque ex his, qui iracundiæ faibus axa zitan
 tur, prompte ieiunare, vigilare, quietem solitudi
 nis sectari. Est enim ea versutissimi dæmonis intē
 tio, idque summopere inquirat, vt veluti per rati
 onabilem occasionem poenitentiae & luctus, eas
 materias, quæ morbo huic incrementa dare pos
 sint,

Psalm. 0.

1. Tim. 4.

sint, sequendas illis persuadeat. Si lupus vnus (vt
 antea diximus) gregem totum auxilio dæmonis
 perturbare potest, & vnus profecto sapiētissimus
 frater, velut vter oleo repletus; angeli adiutorio
 fretus, fluctuum rabiem in serenitatis tranquil
 litatem conuertēt, nauemque seruabit illæsam, ac
 pro magnitudine iudicij, quod prior ille prome
 ruit, mercedem à deo referet, profectus forma om
 nibus factus. Initium beatę tolerantiae est, in ama
 ritudine & dolore animæ ignominias suscipere:
 medium vero, eas tolerare sine mœrore: finis autē
 & cōsummatio illas laudem existimare. Gaudens
 prior, valeas secunde, sed tu felix ac beatus tercie,
 qui pille qui in domino exultas. Notauit miserandū
 omnino spectaculum in his, qui iracundiæ infer
 niunt, quod illis latenter ex elatione contingit: in
 dignati enim eo quod ira fuissent superati, rur
 sus irascebantur. Admiratusq; sum cum intuerer
 illos, ruinā ruinā vlciscentes, ac peccato pecca
 tatum persequentes: miseratus sum, dæmonumq;
 versutiam stupens, parum absuit quin de mea ip
 sius vita desperarem. Si quis se ipsum tumore &
 iracundiā, nequitiaq; & similatione facile supera
 ri perspiciens, contra hæc mansuetudinis & tole
 rantiae ancipitem gladium educere instituit: hic
 profectus veluti fullonū salutarem officinam frā
 trum monasterium ingredi laboret, atque eorum
 qui maxime duri & immites sunt (siquidem hæc
 vitia perfectè exuere cupit) vt illic ex contumelijs
 & ignominijs, dum fratrum vexationibus exten
 ditur, atq; intellectualiter pulsatur, fortassis verò
 etiam sensibilibus, calcibusque tunditur & concū
 tatur: sordes quæ animæ illius vestes macularent,
 diluat. Ipsa te plebeia vox persuadeat, probrum &
 contumeliam lauacrum esse vitiorum animæ:

Solent enim seculars, cum aliquem in faciem ignominij & cōtumelij respererint, gloriantes ad alios dicere: Laui illum. Quod profecto verū est. Alia in his qui adhuc rudes imbuuntur ex metu, est iracundiæ necatio: & alia in his qui perfecti sunt, commotionis commoda cessatio. Quippe prior illa lachrymis, veluti freno quodam, ligata est: hæc velut serpens à beata tranquillitate, veluti à gladio quodam acutissimo, necata est. Vidi ego tres vna monachos iniurijs affectos, ex quibus vnus mordebatur quidem iniurijs, atq; perturbabatur, sed tamen silentio premebat. Iracundiam: alius vero gaudebat quidem ex lucro suo, sed eius qui se maledictis infectatus fuerat peccato angebatur: tertius vero proximi tantū damna secū voluens vim ardentium lachrymarum perfundebat. Eratque suauē spectaculum timoris & mercedis & charitatis operarios aspicere. Sicuti corporum febris cum vna sit, non vnam, sed plures habet sui occasiones ardoris, & u. furor atque commotio, fortassis vero & aliarum species perturbationum nostrarum plurimas ac varias occasiones & causas habere noscuntur. Quocirca possibile non est, tantam rerum varietatem eodem modo diffinire, sed magis consilium ex animo meo do, vt pro sollicito agrotantium studio, quisque medicinæ compendium inquiramus. Primum itaque remedium erit, vt quisque causam sui doloris agnoscat. Causa quippe cognita, contra hanc medicamenti etiam auxilium ex prouidentia dei, spiritualiumq; virorum diligentia suscipiemus. Qui nobiscum in domino vna ingredi cupiunt, nostro exemplo admoniti, in illud propositum nobis intellectuale iudicium ingrediantur, prædictasq; turbationes, siue causas quodammodo

modo subobscurè simul examinēt. Vinciatur iam tyrannus iste mansuetudinis nexibus, flagelloq; longanimitatis verberatus, atque à charitate pertractus, sistatur tribunali rationis, atque vt conuenit examinetur & ita discutatur. Dic nobis o stulte & turpissimè genitoris tui, & eius quæ te male peperit appellationē, filio: ūq; tuorum, & sceleratissimarum filiarum, præterea & eorum qui te debellant & necaturi sunt nomina edicito. Ille vero sic interrogatus, ita respondere videbatur: Plurimæ generationes meæ sunt, nec vnus mihi pater est. Matres vero meæ sunt, inanis gloria, cupiditas, gastrimachia¹² nonnunquam vero & fornicatio. Qui autē me genuit, factus appellatur. Porro filiarum mearum, memoria iniuriarū, inimicitia, disceptatio, & odium Aduersariarum vero mearum, quibus nunc vitus teneor, quæ his obiectæ sunt, mansuetudo & iniraſcētia. Ea autē quæ mihi insidiatur, humilitas dicitur. Quis vero illam genuerit, loco suo illam interrogate.

Notandum.

Iræ genera sunt tria: Vnum quod ex ardeſcit intrinſecus, quod Græcè θυμὸς dicitur: Aliud quod in verbum & opus effectumq; prorumpit, quod ὄργη nuncupatur Tertium quod non vi illa feruenter ad horam digeritur, sed per dies ac tempora reſeruatur, quod ἄλλος vocatur. Est & iræ genus laudabile & pium, cum ſcilicet contra laſciuientes cordis noſtri motus indignantes infremimus, & ea quæ agere conſundimur coram hominibus; vel proloqui, in latebras aſcendiſſe noſtri peſſoris indignamur: Angelorum ſcilicet ipſiusq; Dei præſentiam ubiq; & omnia penetrantis, oculumq; eius tota formidine tremiſcentes, quem nequaquā poſſunt conſcientiæ noſtræ lateſſe ſecreta.

- 1 *Aliter definiunt iracundiam philosophi: procliuatatem nimirum ad iram: ita vt iram ad actum, iracundiam ad habitum referant. Vt, ira fuit quod Alexander Clitum interfecit, erat enim motus animi subitus, quæ mox penitentiæ subsequebatur. Cozyn verò Tracum Regem iracundia coëgit, vt donata sibi vasa pretiosa, sed fictilia & fragilia ipse frangeret, ne si à ministris frangerentur temperare se non posset ab ira: sciebat enim se iracundum: Idem itaq; interest inter iram & iracundiam, quod inter ebrium & ebriosum, si Seneca credimus.*
- 2 *Locus satis obscurus est, Sensus vero hic est: Sic anime duræ & iracundæ habitant inter personas duras & iracundas vnum è duobus eueniet: aut per patientiã sanabitur eius vulnus iracundiæ: aut recedens cognoscet suam infirmitatem & ignauiam*
- 3 *Alij hoc modo veniunt Furibundus voluntariè arripitur à dæmone, sed postmodum inuoluntariè cadit.*
- 4 *Hæc progenies vel filia furoris est, quæ detegit odij inueterati causam latentem.*
- 5 *Per atramentum odium; per columbæ candorè, charitatem Spiritus. S. donum intellige.*
- 6 *Alij à voluptate spiritualium dissoluitur vertunt.*
- 7 *Quem scilicet ipse mores suos, suamque voluptatem imitari docuit.*
- 8 *Turbato cordis oculo ab ira & furore, quæ mala sequuntur, graphice describit Casianus libr. 8. insit. monast. cap. 1.*
- 9 *Pro [&] [videtur legendum sic] veteres sic legunt & omnino sensus hoc exigit.*
- 10 *Subinte illige Timens pœnas & supplicia gehennæ irascentibus constituta.*

- 11 *Iterum si [sic] pro [&] legas facilius erit sensus.*
- 12 *Gastrimargiam gulæ concupiscentiam ac nimiam vètris ingluuiem sonat, quemadmodum & ab Arist. in Ethicis accipitur. γαστρίμαργος enim ventrem, iudicatos verò edacem, petulantem, proteruum significat. Gastrimargus itaque in propriè dicendus est, qui sola libidine ductus, nulla verò naturæ appetentiâ ventrem suum cibis impleat.*

De memoria iniuriarum. Gradus IX.

Sanctæ quidem virtutes Iacob scilicet comparantur; vitia vero nepharia ei, qui cecidisse legitur ex Petri summi apostoli manibus, catenæ. Et illæ quidem simul nexæ, & altera alterâ transmittentes in cœlum sus tollunt amatores suos: vitia verò seinuicem gignere atque arctissimè completi consueverunt. Quocirca cum iam audierimus implacabilem furorè, progeniem suam memoriam iniuriarum appellantem, de ea nunc inuitante nos tempore loquamur. Memoria iniuriarum, est furoris complementum, peccatorum cultos, iustitiam odium, virtutum perditio, venenû animæ, mentis affidus vermis, orationis confusio, deprecationis excisio, charitatis alienatio, clausus infixus animæ, iniucundus sensus, qui in amaritudinis suauitate diligitur, iuge peccatum, nunquam dormiens iniquitas, horis singulis admittit malitia. Est istud quoque tenebrosum ac molestissimum vitium. Dico vero iniuriarum memoriam, vnum ex his quæ generantur, nec gignunt, siue etiam gignunt, atque ideo plura de illo loqui volumus. Qui iracundiam sedauit, is huiusmodi memoriam peremit. Dum enim viuunt pater, filios generare non cessat. Qui charitatem possidet, iracundiam à se fugauit. Qui autem inimicitias ex-

exercet, importunos sibi labores congregat. Charitatis mensa dissoluit odium, & dona mundissima emolliunt animam. Mensa neglecta & mater confidentiæ, & per fenestram charitatis ventris ingluuius ingreditur. Animaduerti odium vinculum fornicationis diurnum dirupisse, memori amque iniuriarum illicitam mirabiliter & præter spem perseuerasse. Mirandum sane spectaculum, dæmonem à dæmone sanari conspiceret: sed hoc fortassis est ex dispensatione, opus dei, non de monum, Longissimè à charitate valida & naturali remota est memoria iniuriarum, eiq; facile appropriabit fornicatio, videasq; latenter in columba corruptionem. Ideo quem mordet iniuriarum memoria, aduersus dæmones id magis patiat: & quem delectat blandum inimicitarum venenatumq; odium, corpori suo semper infestus inimicus sit. Amicus ingratus ac dolosus, caro est: & si foueatur, amplius lædit. Solet scripturas disse- rere memoria iniuriarum, atq; ad propriæ affectio- nis sensum sancti spiritus eloquia violenter attrahere. Confundat huiusmodi Iesu oratio, quam si iniuriarum memoriam seruemus, cum illo dicere non possumus. Si post ingentem lucra huiusmodi peruersitatem omnino destruere non valeas, saltem verbis & corporis habitu inimico tuo te poenitere significa, vt vel hanc ad illum simulatione diutius veritus, perfectè tandem illum diligere cogaris, à conscientia veluti ab igne quodam assidue admonitus. Hac vero putredine ac peste tum demum perfectè te curatum intellige, non cum pro eo qui te contristauit oraueris, non cum illum muneribus affeceris, non cum ad mensam tuam cum perdixeris: sed cum cognita illius aliqua calamitate, siue corporali, siue spiri- tuali, quasi ipse eam percellus fueris ita te angustior

lore atq; lachrymari perpexeris. Monachus solitarius, qui hanc seruat in semetipso memoriã, aspis nidificans est, læthale virus secum vbiq; circumferens. Memoria passionum Iesu huiusmodi curabit animam, dū in illius clementiam ac toleran- tiam intuens, validè confusa erubescit. Ligno pu- trido intrinsecus gignuntur vermes, & mitissimis moribus, quietiq; adulterinæ cohæret iracundiã. Qui hanc eijcit, remissionem reperit: qui vero illi agglutinatus est, miseratione priuatur. Laborib. se quidã ac dolorib. vt veniã mererentur: exposuerūt hos tamen vir, q. iniurias obliuiscitur, facile antici- pauit. Siquidẽ illud verissimum est quod dicitur: Dimitte celerius, & copiosè dimittitur vobis. Ve- rã germanaq; poenitentia certum argumentum est, obliuio iniuriarum: qui vero inimicias tenet, & se poenitere existimat, similis est ei, q. se in som- nis currere putat. Vidi iniuriarum memores, dum se huiusmodi salutare obliuione admonerent, ver- ba sua reueritos ab hoc quiuissè vitio & peste. Nemo huiusmodi obtenebrationem simplex esse ac tenue vitium existimet. Solet enim ad ipsos quo- que spirituales viros sæpius ostendi.

Annotationes in gradum. 9.

- I Virtutes inter se colligatas atq; implicatas esse, Cice- ronis aliorumque est opinio, nata ex eorum disputatio- ne, qui contendeant vnã tantum esse virtutem, que Δικαιοσύνη δὲς, q. d. Iustitia secundum totum, nominaretur: vt versiculus ille habet,

Iustitia in sese virtutem continet omnem.

Attingit hanc disputatiõem. Socrates in premio de laudi- b; Helena. & ceterè vt artes liberales que τὴν ἐπιεικὴν- ταιότητα nomine cõtinetur inter se cohæret, vt circuli

catenarum : ita etiam virtutum summa est conuexio, nã nisi pradensueris, quid sit inuictia ignorabis: nisi fortis, de ieres officium fuga laboris: nisi temperans, pro iusto spes rigidus et senus: iuxta illud Summum ius summa iniuria.

- 2 *Antiqua exemplaria legunt: Mensa studiosè præparata est mater amicitia, sed per fenestrã charitatis, intrat sepe ingluuius ventris. Tacitè autem mouet, ne sub prætextu inuitandi ad mensam nostrum inimicum, ventri nimium indulgeamus ac gula.*
- 3 *Vult dicere: Fieri potest vt sub specie sanctæ charitati subintret amor carnalis & uenerens.*
- 4 *Docet, si iniuriarum memores esse uelimus & odium omnino fouere, aduersum quos ista instituta sunt, aduersus diabolum scilicet & carnem nostram.*

De detractioe. Gradus X,

Nillus reor prudentium & recte sentientium ex odio & iniuriarum memoria detractio nem nasci refragabitur. Quocirca & post maiores suos, veluti in serie constituta est. Detractio est proles odij, tenuis languor, pinguis & occulta ac latens sanguisuga quæ charitatis omnem consumit ac demolitur sanguinem, dilectionis simulatio, cordis sordes ac duritiã parans, confutatisq; exterminatio. Sicuti quædam sunt adulescentulæ, quæ mala sine ulla verecundiæ rubore operantur: nonnullæ vero, quæ grauiora his, clã ac verecundius faciunt, ita & in passionibus ignominia fieri videas. Huiusmodi vero adulescentulæ sunt, simulatio, nequitia, mœror, memoria illata iniuriæ, cordisque detractio, quæ alia suggerere videntur, & ad alia intentæ sunt. Audiui detrahentes quosdam, eosque protinus incerpatione coercui. **Qui** cum mihi satisfacere vel-

lent,

lent, hoc se ex eius charitate & cura, cui detrahebant facere, dixerunt. Ego vero eis, quiescite, inquam atq; ab huiusmodi charitate cessate, ne ille mentiatur, qui ait: Detrahentem secreto proximo suo huc presequerbar. Si te dicis diligere, clam ora, neque oburiges: hunc quippe charitatis modum deus libentissime suscipit. Neq; istud cogitare committas, si te à iudicando peccantem, sobrium omnino seruare cupis, quod & ludas in choro i. discipulorum fuit & latro in homicidarum numero: mira tamen in vno temporis momento, vtrisque facta est retributio & commutatio. Si quis detractionis spiritum superare cupit, non peccanti fratri, sed suggerenti dæmoni causã sceleris adscribat. Nullus enim est, qui in deum peccare velit, etsi omnes nõ coactè, sed sponte peccemus. Vidi aperte peccantem atq; occultè penitentiam agentem, & quem vt nequissimum iudicaueram, inueni pudicum ac forbitum apud deum existimari, cum illum per conuersionem & pœnitentiam sibi propitium fecisset. Noli cum vereri, qui apud te proximo detrahit, imo vero dicito ei: Quiesce frater, ego in his, quæ grauiora sunt quotidie delinquo: illum ergo quõ damnare possum? Hoc enim vniuerso medicamento duo ista lucraberis, quod & te ipsum & proximum curabis. Est inter reliquas quæ ad remissionem peccatorum ducit cõpeditosa via, scilicet à iudicando abstinere. Siquidem id verissime dicitur: Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. Alienissimus est ab aqua ignis: ita & iudicare ab eo qui penitere cupit. Etiam si in ipso animæ à corpore digressu quempiam peccare videris, ne tamẽ illum quidem damnare audeas. Incertum est enim hominibus iudicium dei. In magnis quidem delictis aperte lapsi sunt, maiora vero clam operati sunt.

Psal. 109.

Matth. 7.

Seducti sunt ergo q̄ libentē aliorū mores corripiunt, fumū profole amplectentes. Audite me obsecro, audite pessimi aliorū iudices. Si verū est, vt est p̄fecto verissimū, quōd in q̄ iudicio iudicaueritis iudicabimini, proculdubio in q̄ b. causati fuerimus proximum, in eadem quodq; ipsi incidemus, siue spiritalia illa fuerint, siue corporalia, neq; aliter fieri potest. Qui celeres, nimirūq; diligentes proximi iudices sunt, hoc idcirco patiuntur, quia nondum peccatorū suorum fixam ac perfectam memoriā curamq; sūt ceperunt. Nam si quis amoto proprij amoris velamine, mala sua diligenter inspiciat, nullius iam rei alterius in hac vita curam geret, id apud se reputans, tempus sibi sufficere non posse, quod seipsum lugeat, etiam si centum annos vixerit, etiam si totum Iordanem fluium in lacrymas versus ex oculis suis manere perspexerit. Notauit Iudam, nec vllm in eo detractationis aut condemnationis vestigium inueni. Aut itaque peccare nos demones vrgent, aut cum nō peccauerimus iudicare peccantes, vt per hoc secundū 2 primum illud homicidæ inquinent. In hoc scito eos, qui memoriā illatā sibi iniuriæ seruant, atque inuidos aperte dignosce, quōd doctrinam & opera virtutesq; proximi libenter & facile vituperant & calumniantur, spiritu odij miserabiliter præcipitati ac demersi. Vidi quosdā clam ac sine arbitris scelera penitus horrenda perpetrare, qui quōd putarent se esse mundissimos, eis qui publice leuia admittunt aliqua, grauissimè imminabant. Iudicare, est impudens direptio diuinæ dignitatis: condemnare autem, animæ propriæ interitus: Sicuti elatio sola, absque alio vitio commite, perdere se habentem potest: ita & iucandi vitium, & si solum in nobis fuerit, perfectè nos

pete

perdere valebit. Siquidem & phariseus ille, ex hoc solo condemnatus est. Bonus & pius vix lector, matura acina comedens, acerba legere nunquam patietur: porro grati viri, ac prudentis animus, quotquot in alijs virtutibus inspexerit, studiosissimè notabit: inspiens vero querelas defectusque perscrutabitur, de quo modo dictum est: Scrutati sunt iniquitates defecerunt scrutantes scrutationes. Neque si oculis tuis peccatum videris, cōdemnes, neque illis credas: sapius enim falluntur & ipsi.

Annotationes in Gradum 10.

- 1 Salutare contra detractionem remedium est, cogitare quod Iudas inter sanctos & Lara inter peccatores cum numerarentur hominum iudicio, hic tamen à Deo electus, ille reprobatus sit.
- 2 Sensus est: vt per secundū hoc, scilicet peccates iudicādo, primo illo nos inquinent: & ipsos nos peccare faciant.
- 3 Manifestior esset sententia si pro virtutibus virtutes e: pro [inspexerit] conspexerit [traisij].t.

De loquacitate Gradus XI.

Diximus in præcedentibus breuiter, quam sit periculi plenissimum, vtq; eos quoque qui spirituales videntur, nonnunquam subrepat iudicare proximos, imo vero iudicari atque à lingua cruciari: nunc vero causam eius & ianuā per quā ingreditur & egreditur, consequens est paucis eloq; suoq; loco statuerē. Loquacitas est inanis gloriæ sedes, per quā seipsam iudicare, atq; in publicū producere solita est. Loquacitas, ignorantie est certum argumentū, detractationis ianuā, si utilitatis dux, mendacij opifex, compunctionis desolatio, acediae auctor siue euocatrix, somni præcursor, intentæ fixæq; cogitationis dissipatio, custodiæ exterminatio. Contra vero taciturnitas in cogitatione mater est orationis, captiuitatis

reuo-

reuocatio ignis diuini amoris obseruatio, cogitationum diligens inspectio, specula hostium, carcer luctus, lachrymarum amica, memoriae mortis operatrix, suppliciorum pictor, iudicij indagatrix, sagax mœroris subministratrix, inimica fiducia, quietis coniunx, ambitiosæ doctrinæ aduersatrix, scientiæ adiectio, speculationis opifex, secretus in deum profectus, occultus ascensus. Qui peccata cognoscit, continet linguam suam, qui vero loquax est, nondum seipsum, ut oportet, agnouit. Studiosus silentij appropriat deo, ipsi que iugiter in abdito cordis assistens, illustratur ab eo. Iesu silentium admirationi & reuerentiæ Pilato fuit. Viriq; quieta & silens vox profligauit inanem gloriam. Verbum dixit Petrus & fleuit amariter, quia illius in memor fuit, qui ait: Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Alteriusque dicitis: Melius est è sublimi cadere in terram, quam ex lingua cadere. Plura quidem de his scribere noio, etsi plures me huius vitij astutiæ id facere hortentur. Audiui tamen aliquando virum quendam, cuius apud me plurimum valebat auctoritas, cū de solitudinis quiete loqueretur asserentem, loquacitatem ex vno horum penitus gigni, aut scilicet ex peruerfione & iniqua intemperanti que consuetudine. Lingua enim membrum corporis cum sit, in quo iam crudita fuerit, eius consuetudinem requirit. Aut rursus, in his qui in certamine sunt, maximè quidem ex inani gloria, nonnunquam vero ex ingluuie ventris. Quocirca plurimi saepe cum frenarent ventrem, violentia iam ac debilitate quadam & linguam & eius verborum concluderunt. Qui curam sui exitus gessit, circumcidit verba, & qui possidet animi luctum, ut ab igne, ita fugit à loquacitate. Qui diligit solitudinis quietem

clausit

Psal. 38.

clausit os suum. Qui vero processionibus¹ gaudet, hunc vitium hoc cella perturbat. Qui altissimi diuinique ignis flagrantiam sensit, is non secus quā apis fumum, omnem fugit hominum cœtum. Apem quippe fumus exagitat, huius vero proposito cœtus hominum est contrarius. Paucorum reuera est aquam nullis aggerum molibus septam, suis meatibus arcere, sed multo paucior est² incontinenens edomare os.

In 7. gradum. Annotationes.

- 1 *Processiones vocat discursus & exitus è monasterio vel amicorum accessus & visitationes. Qui enim vel visitare alios, vel ipse visitari frequenter cupit, facild in tedium et odium vite solitariae per loquacitatem cadit, & tandem cellam cum monasterio derelinquit: in multiloquio enim non deerit peccatum & corruptio bonos mores colloquia praua. Prouerb. 10 & 1 Cor. 15.*
 - 2 *Assipulatur Ambros. lib. 1 de Offic. quam plures inquit loquendo vidi in peccata incidisse, vix quempiam tacendo: ideoque tacere nosse quam loqui difficultius est. & Bernard in quodam serm. Tenerum membrum est lingua, & tamen vix teneri potest. Reperitur nihilominus tam inter Ethicos quam inter Christianos prodigiosa taciturnitatis ac silentij exempla. Pythagoræ discipulorum nemo minus biennio conticuit. & Galba lapidem in ore tenuit per triennium. Vi silere diceret. Secundus philosophus post incestum cum matre peractum æternum tacuit. Iste Diog. Laër.*
- Paulus Simplex Pauli primi anachoretæ discipulo magistro iubet integram triennium tacuit. D. Annapolus Suesionensis Episcopus 3. annis & 6. mensibus nulli mortalium locutus est, intra perpetuum se silentium continens: ut scribit Liscardus eius successor. Mo-nachi quoque in eremo illa que in regione Lucaoli habita-*

habitant, per totam hebdomadam disticta censurabilentium seruabant. solo dominico die post cenam confabulabantur. teste Petro Damiano in viua. S. Dominici Loricati.

De mendacio gradus. XII.

LX lapide quidem ac ferro excutitur ignis, ex loquacitate vero ac iocis mendacium nascitur. Mendacium est charitatis exterminatio, periculum vero dei abnegatio. Nullus recte sententiarum paruorum esse mendacij peccatum existimet. Quippe contra nullum vitium terribiliori sententia spiritus sanctus vsus est. Sicut ait Dauid ad deum: Perdes oes qui loquuntur mendacium. quid iam illi passuri sunt, qui iuramentis mendacia coniungunt & consummant. Vidi nonnullos mendacis gloriari, eisquese honestari putare, qui cum iocis, ociosoque sermoni ridicula nonnulla subtexerent, audientium luctus miserabiliter demoliti sunt. Quoties daemones ab huiusmodi facietiarum auditu, velut à pestilentiali morbo statim post inchoationem grauis ac molesti authoris nos fugere velle perspexerint, tunc iam gemina nos ista cogitatione illaqueare nituntur, nobis ita suggerentes. Non in contristari fratrem talia narrantem, aut certe nolite ipsum ceteris astantibus meliorem, diuinarumque rerum studiosiore iudicare. Excitius nec moram illam tibi feceris. Sin alias, in oratione tua ridiculorum rerum tibi imagines finges. Neque inde fugias solum verum & iniquum cœrum religiosa seueritate dissolue. mortis atque iudicij mentionem in medium adducens. Est quippe præstantius ex hoc fortasse modicum inani gloria respergi, ut plurimis ita inueniaris vtilitatis author, quam perignauum & imp. obum silentium tibi pariter & alij detrimenti causa fieri. Simulatio, mendacij

mater

mater est, sæpe vero etiam materia. Quippe quidam simulationem nihil aliud esse definiunt, quam mendacij meditationem atque opificem, agglutinatum sibi æque connexum habentem iusturandum. Qui timorem domini possideret alienissimum est à mendacio, iudicem habens incorruptum conscientiam suam. Sicut in perturbationibus reliquis damni differentiam agnoscimus, ita & in mendacio quoque. Aliter enim ille iudicatur qui per supplicij, timorem, aliter qui nullo proposito mentitur. Alius deliciarum mentitur causa. Alius voluptatis gratia. Alius ut astantibus moueat risum. Alius vero ut insidietur fratri, eumque detrimento aliquo afficiat. Ex cruciatibus principum deletur mendacium, ex lachrymarum vero multitudine in finem perimitur. Dispensationem allegat, qui mendacium suggerit, & perditionem animæ sæpe iustitiam existimat. Raab se imitari argumentatur qui mendacia committit, fingit, per quæ perditione sua, aliorum salutem se moliri dicit. Ait quidam Gummum à mendacio mundi fuerimus, tum si ita aliquando necesse sit, tempore admoniti, ipsum cum timore subeamus. Nescit puer mendacium, ita ne anima quidem quæ fuerit ab iniquitate omnino aliena. Qui vino exhilaratus fuerit, & si nolit, vera in omnibus dicet. Qui vero compunctione fuerit inebriatus, mentiri non poterit.

In 12. gradum. Annotationes.

1 Hoc est. Qui mentiri vult, aut alteri mendacium suggerere, in sui delicti patrocinium adducit dispensationem diuinam, fingit quæ Deum in quibusdam mendacis, scilicet iocosis & officiosis dispensare: nec pro peccato estimare, quod si verè faciat, consule Aug. libr. contra

contra mendacium et in Psalm. 5. Item D. Thomam.
22 q. 1. o. a. 5.

- 2 Qui in casu & tempore necessitatis inueniendum esse putant aliquem modum mentiendi. siue per Amphibologias, siue per modum aut factum callidum, & quod in vtramque partem interpretari potest, Abrahamum Genes. 22 Iacobum Genes. 27, Obsterices Aegyptias & alios in sui defensionem allegant. Sed male: Consule Canum libr. 2. cap. 4. Locorum Theologorum.

De acedia Gradus XIII.

VNUS & hic nonnunquam ex loquacitatis ramis est, vt iam in prioribus diximus, patriaq; progenies, acedia est. Quocirca congruum illi ordinem in nequissima cathena distribuimus. Acedia est animi remissio, mentis resolutio, neglectio vitæ monasticae, professionis odiû, & cellula item prodire hortatur, sonitum aliquem aut fragorem pedumque strepitum excitans. qui seipsum luget, acedia nescit: hæc seculares beatos dicit: Deum vt inclementem & inimicordem calumniatur: est in psalmodia inualida. In oratione imbecillis. In ministerio ferrea, in opere manuum impigra, in obedientia improba. Vir bene subiectus alienus est ab acedia, & per ea quæ sensibilia sunt ad intellectualia proficit. Cœnobium acediæ resistit: viro autem solitario hæc indiuidua in æternum comes est, neque illum ante mortem deseret, quotidieque dum vixerit illum oppugnet. Hæc anchoræ cellulam intuita, subrisit: atque appropinquans iuxta sibi tabernaculum fixit. Mane primo languentes medicus visitat, acedia vero monachos circa meridiem. Hospitium susceptionem acedia suggerit, atque per laborem manuum

nuû elemosynas fieri precatur. Visitare infirmos horratur alacriter, illius admonens qui in euangelio dixit: Infirmus erâ & visitastis me. Ad mœrorê aliquo affectos ac pusillanimes, vt proficiantur inducit, cōsolari pusillanimes ipsa pusillanimes suggerens. Ad orationē stantes necessariæ cuiuspiã rei admonet, omnemq; mouet artem vt inde nos aliqua, veluti rationabili fune ipsa nos irrationabilis attrahat. Tribus horis horrorem, dolorem capitis, febremque ac vertiginem acediæ spiritus fecit. At vbi hora nona superuenit cōualuit modicè, mensa verò posita à stratu exilit: & cum orationis tempus remeauit, rursus corpus grauari cepit, in oratione assistentes iterum somno demersit, importanisque ositationibus versum ex ore diripuit. Vitiâ quidem perturbationesque reliquæ, vna aliqua virtute singulæ euacuatur: acedia vero monacho mors est, quam in se iugiter continet. Virilis ac robusta anima mortuam, exuscitauit mentem: acedia vero ac desidia totas virtutum opes simul dissipauit. Cum sit hoc vnum ex octo vitijs 2 principalibus omnino grauissimum, quod in illis fieri consequens est, in isto quoque faciamus: & illud tamen præterea addamus, nisi agatur psalmodia, non apparet acedia, consummataq; synaxi 3 aperti sunt oculi. Acediæ tempore maxime violenti 4 elucent. Nihil enim æque vt acedia monacho torcoronâ parat. Si cōsideres diligentius, inuenies eam stantes pedibus oppugnare lassitudine, sedentibus vt super parietem se reclinent persuadere. Vinciat & hic tyrannus à peccatorum memoria, cœdatur ab operè manuum, trahatur à futurorum bonorum intenta cogitatione, astansque vt conuenit interrogetur. Dic nobis o tu remisse & dissolute, quis te male genuit, aut qui sunt nepotes

tui, qui ve te oppugnant, vel qui sit interfecto-
 tuus? Ille vero percunctantibus ita respondeat.
 Qui vero mihi per solitudinis quietem cedunt, cū
 his vnā dego. Ego in his qui vere obediētes sūnt,
 non habeo vbi caput reclinem. Quæ mihi nomen
 dederunt, pluri imæ sūnt. Interdum enim insensū
 sibilitas animæ, quādoq; vero irremiscentia
 quædam atq; obliuio cœlestium, nonnunquam
 etiam immensa laborum magnitudo. Stirpes ve-
 ro mæ locorum mutationes sūnt, quæ mecum fi-
 unt, inobediētia spiritalis patris, futuri iudicij
 obliuio. Nonnunquam vero etiam professionis
 derelictio. Porro aduersariæ mæ, à quibus nunc
 vincit tenet, psalmodia, operi manuum coniu-
 cta mortisq; memoria. Quæ vero me penitus ne-
 cat, oratio est adiuncta futurorum bonorum fir-
 missimè. Quis vero orationem genuerit ipsam
 interrogat.

Annotaciones in gradum. 13.

- 1 Vitium quod Greci ἀνῆλιξ vocant nos tædium vel
 anxietatem cordis possumus appellare. In eremis com-
 morantibus & solitarijs infestior hostis est, quam cœ-
 nobiis: non tantum Climaci nostri, sed & Casiani li-
 br. 10. de Instit. monast. cap. 1. testimonio. Hi enim non
 psalmodijs tantum, sed & improbo manuum labore
 (à quo nunquam cessabant) hunc dæmonem fugabant.
 Illi, cum in remotioribus locis degerent, non magnopere
 sese externis laboribus defatigabant: confecta enim
 opera exportare aut vendere non dabatur, cum plus
 pro mercede veeturæ, quam valere posset pretium la-
 boris desudati, expetuum fuisset. Infestabat autem a-
 machoretas acedia maxime circa meridiem. 1. vt Casi-
 anus exponit hora sexta: ideoque vitium hoc à non-
 nullis

nullis appellatum dicit Dæmonium meridianum. Hinc
 circa meridiem monachos dormire solitos, tum ex vi-
 ta Gregorij pape, tum etiam ex nostri Climaci huic
 libello præfixa vita comprobatur.

- 2 Nos septem tantum vitia capitalia numeramus. Ve-
 teres octauam, quæ cenodoxia vel inanis gloria ap-
 pellatur, adijciebant.
- 3 Synaxes erant celebres conuentus & cætus in quibus
 monachi ad vnum certum locum vel oraturi, vel psal-
 modiam suam decantaturi, vel denique exhortationem
 lacram audituri conueniebant, ἀπὸ τοῦ συνάγειν hoc
 est à congregando dictæ.
- 4 Alludit ad illud Christi Regnum celorum vim patitur
 & violenti rapiunt illud.
- 5 Hanc alibi indolentiam vocauit; describit autem in-
 fra gradum 17.
 De vitiosis acediæ effectibus, differit Casianus lib. 10.
 instit. monast. cap. 2. 4. 6. De remedijs contra ean-
 dem cap. 7. & vlt. eiusdem libri.

De gula Gradus. XIII.

DE gula loqui instituentes si nunquam alias,
 nunc maxime contra nos ipsos philosopha-
 ri proposuimus. Mirum enim, si quis vn-
 quam hac liber euasit, nisi forte qui sepulchrum
 habitauerit. Gastrimargia, est simulatio ventris:
 cum enim satiatus fuerit, indigere se clamat: &
 cum distentus atq; disruptus, vociferatur esu-
 riciem. Gastrimargia, est saporum variorumq; li-
 quaminum opifex, suauitatis fons. Obstruxisti
 venam & aliunde prorumpit, hac quoque ag-
 geribus obruta sibi aliam viam fecit. Exstin-
 xisti flammam, & aliunde reuixit. Istaque

turfus extincta superatus ab alia es. Gastrimargia est oculorum seductio, modica suscipiens, & vniuersa simul absorbere suggerens. Aduersus gastrimargiam sæpe inanis gloria inimicitias gerit, & super infelici monacho quasi venali mancipio inuicem pugnant. Hæc illum vt ieiuniū soluat, impellit. Illa vt virtutem abstinentia prodat modis omnibus vrget. Sapiens monachus vtrumque vitabit, & suo tempore alteram altera areabit, & a se penitus abijciet. Carnis igne crescente illam puniamus, atque in omni tempore & loco, abstinentiam seruemus. At cum sedatus extinctusque fuerit, quod quidem dum in vita sumus fieri vix posse puto, tunc iam opus nostrum atque abstinentiam celestem. Vidi nonnunquam illustratione dæmonum seniores aliquos benedictione sua, iuuenes non sibi subditos ad petendum vinum, atque ad remittendum abstinentiam reliquam hortari. His si fuerint probatæ vitæ atque autoritatis, habuerintque testimonium in domino; obtemperandum est, moderate tamen, si vero negligentiores sint, huiusmodi illorum benedictionem non curem. Atque potissimum si adhuc carnis ardoribus infestamur. Putauit **E V A G R I V S** sapientissimum se omnium alacritate sensus fieri, sed fraudem passus sibi mentitus est miser, insipientumque, insipientissimus ex hoc ipso ostensus est. Quod vt in plerisque alijs, ita & in hoc quoque animaduerti potest. Ait enim quondam cum varios delicatosque cibos anima concupiscit, pane angustetur & aqua. Simile enim quiddam dicere videtur, ac si puero præciperet vt scalarum gradus omnes vno passu repente conscenderet: Quam nos ipsius irrationabilem sententiam vertentes ita dicimus: Cum varios delicatosque cibos anima concupiscit &

cit & querit, naturæ proprium aliquid videtur inquirere. Quocirca summa industria contra huiusmodi callidissimam insidiatricem vigilandum est, alioqui grauissimum contra nos excitabit bellum, ruinæque laqueos parabit. Primum itaque abstinemus a nobis eos cibos qui impugnare possunt, tum vero etiam calidos ne oleum flammæ adijciamus. Deinde vero suaves quoque ac delicatos, si fieri potest, cibos corpori indulgeamus, qui facile repleant, & maxime leues vilescque & exigui sunt, vt ex repletionem facili inexplabilem eius auerterem faciemus. Per exiguitatem vero leuitatem atque vilitatem celeri digestionem se utat, cito respirare possumus animo, atque a calore tanquam a flagello liberari. Si diligentius intueantur, animaduertemus quotquot sunt ex rebus spirantibus cibi, eos omnes suo calore in nobis incentiuum excitare libidinis. Ride cum spiritum, qui tibi post cibum, vt consuetam refectiois horam differas, improbe suggerit: cum enim nona hora superuenerit, priorem abnegauit concordiam. Alia insontibus, alia reis continentia conuenit. Illis enim corporis motus in signum est, isti vero vsque ad mortem & finem aduersus hoc inexorabiliter atque irconciliabiliter se habent. Ac priores illi iugum quidem per animi moderationem seruare volunt, sequentes vero **D E V M** per animæ merorem perpetuamque compunctionem sibi placare student. Tempus lætitiæ & consolationis perfecto quidem viro est, cum nullam rerum mortalium angitur cura, ei vero qui adhuc in certamine est fluctationis tempus. vitioso autem festiuitas festiuitatum, celebritasque celebritatum. Insomnia ciborum & dapum in corde, gula deditorum, ludiciorumque, & cruciatum in corde lugentium.

Escarum facietas fornicationis est mater. Afflictio autem ventris, charitatem parit. Qui leonem blanda demulcet manu, nonnunquam illum mansue facit. Qui vero corpus obsequijs fouet, ipsum amplius efferauit. Gaudet Iudæus sabbato, & diem festum facit. Monachus vero gulæ deditus sabbato 3 die & dominico. Ante tempus computat pascha, & ante plurimos dies escas parat. Secum voluit attonitus famulus ventris, quibus cibis epulabitur, DE I autem seruus quibus gratijs ditabitur. Mox vt aduenit hospes, in charitate totus ex gulæ concupiscentia mouetur, detrimentumque suum consolationem fratris existimat. In aduentu quorundam vinum bibere statuit, & dū virtutem abstinentiæ sibi videtur oculere, vitij seruus efficitur. Contine ventrem, ne ipse ab eo te nearis, tuncq; incipias cum rubore confusionis cōtinere. Norunt quid dixerim qui in secretam fœueam inciderunt, viri aut eunuchi hoc experti nō sunt. Ventrem cogitatione sempiterni ignis circuncidamus. Quidam enim cum huic obtemperassent, postremo membra sua asciderunt duplicemque mortem sibi consciuerunt. Animaduertemus si inquiramus diligentius, naufragia nostra omnia ab isto fieri. Mens ieiunantis cum sobrietate orat, intemperantis autem impletur imaginibus. Ventris saturitas exiccavit fontes: sin vero ille siccetur, pariet & latices. Qui ventri dum obsequitur fornicationis spiritum vincere vult, is ei similis est, qui oleo incendium extinguere nititur. Si affligatur venter, humiliabitur cor: sin autem ille foueatur, superbit cogitatio. Considera teipsum prima diei hora, meridie, & vespere antequam sumas cibum, atque, ex hoc addices ieiunij utilitatem. Exul-

eat nanque mane atque appropinquat cogitatio. Sexta vero cum aduenit, aliquanto remissior fit. Circa vero solis occasum, prorsus humiliatur. Afflige ventrem & omnino frænabitur lingua. Quippe multitudine escarum hæc nervos accipit. Pugnans pugna aduersus ventrem, & sobrietati propter hunc maxime stude. Nam si modicum laboraueris, continuo erit dominus adiutor tuus & cooperabitur tibi. Laxi & molliti vtres capaciores fiunt, sin autem negligantur minus capient. Qui ventrem ingurgitat, dilatauit intestina. Qui vero aduersus hunc pugnat contraxit ac restrixit illa, his autem restrictis nil opus est pluribus cibis, tuncque iam naturaliter ieiunantes efficitur. Sitis nonnunquam sedauit sitim, fame vero famem abscondere & durum est, & impossibile. Si quando te vicerit, tunc doma teipsum laboribus. Quod si per infirmitatem id fieri non potest, vigilijs aduersus rursus pugna. Si grauantur oculi, opus manuum arripe. Si vero non adsit somnus, noli id tangere. Nam possibile non est deo & mammonæ, hoc est, deo & operi manuum 6. mentem assistere. Neque illud te lateat quod plerunque dæmon stomacho insidet nostro, facitque vt homo nunquam satietur, etiam si vniuersam comederit Aegyptum, totumque Nilum biberit. Post cibum gulæ iniquus spiritus abcedit, fornicationisque in nobis spiritum immittit. Illic quid fecerit nuncians: apprehende, inquit, illum, occupa & conturba, nam ventre distento non multum in deijciendo laborabis. Qui cum venerit continuo subridet, somnoque deuinctis nostris manibus & pedibus omnia quæcunque

voluerit facit atque animam nostram corpusque contaminabit phantasijs, iniquationibus, obsequiisque liquoris egestionibus. Et est sane mirandum spectaculum, videre incorpoream mentem foeda corporis colluione maculari atque obscurari, eademque rursus per carnis huius luctum emundari atque in tenuissimam naturae suae redire substantiam. Si angustam duramque viam pergere Christo promissisti, reprime ventrem. Hunc enim si foueas atque distendas, pacta & conuenta cum domino tuo irritasti. Intende animo ut audias dicentem: Lata & spatiosa est via ventris quae ducit ad perditionem fornicationis, & multi sunt qui ingrediuntur per eam. Et quam angusta ianua atque arcta est via ieiunij, quae ducit ad viam castitatis, & pauci sunt qui per eam ingrediuntur. Princeps est daemonum qui cecidit lucifer, & princeps vitiorum concupiscentiae gulae. Cum ad mensam epulis instructam discumbis, procedat in medium iudicij mortisque memoria, vix enim vel sic parum concupiscentiae obstitet. Dum calicem bibis, memento item aceti & fellis domini tui, profusque aut continebis aut certe per gemitum sensu humiliore eris. Noli errare, nunquam a Pharaone liberaberis, neque supernum pascha celebrabis, nisi semper amaritudines & azyma comederis. Amaritudines sunt ieiunij violentia & afflictio. Azyma vero sensus minime inflat. Imprimatur omnino respirationi tuae sermo ille dicentis: Ego autem cum mihi daemonemolesti essent. i. c. & hu. in. i. a. m. & o. m. in sinu animae meae adhæsit. Ieiunium est naturae violentia, circuncisio suauitatis faucium, incentiuorum omnium abscisio, malorum cogitationum amputatio, infomniorum liberatio, orationis munitia, in igne luminae animae, mentis custodia obsecrati-

onis so-

onis solutio, concupiscentionis ianua, suspirium humile, laeta contritio, loquacitatis abdicatio, quietis occasio, obdientiae custos, somni leuigatio, sanitas corporis, tranquillitatis author, peccatorum remissio, paradisi porta & delitiae. Interrogemus ut alios ita & hunc, imo vero praeter alios omnibus hunc nostrorum hostium nequam praecceptorem, vitiorum ianua, ruinae Adam, Esau perniciem, interitum Israelitarum, Noe turpitudinem. Gomorrhoeorum proditorem, Loth crimen, filiorum Hely exterminatorem, iniquationum ducem unde gignatur, qui nam sint eius nati, quis item sit a quo coneratur, & a quo in finem perimatur. Dic nobis de mortalium omnium nimium violentia domina, quae omnes auro inexplabilitatis emissa, unde tibi introitum in nobis paras? quidue post ingressum tuum parare consueuisti? & quis nam sit tuus ex nobis exitus, quo nam modo scilicet abs te liberamur? illa vero agitata contumelias nobis ita tyrannice cerueta ferocisque respondit: Quid me maledictis incesistis, qui mihi estis obnoxij? aut quomodo separari a me studeatis, quae naturae connexa sum? Ianua mea natura ciborum est, consuetudo vero inexplabilitatis mihi causa est. Porro materia perturbationis meae, consuetudo quam dixi, atque indolentia animae mortisque irremiscetia. Stirpium vero mearum nomina quomodo quaeritis addiscere? Dinumerabo eas & super aenam multiplicabuntur. Primogenitorum tam enim meorum, eorum qui huiusmodi sunt appellationes audite. Filius primogenitus meus fornicationis incentor est, secundus ab illo est obdurationis author, somnus est tertius. Mare cogitationum, iniquationum fluctus, profundumque secretarum atque ignotarum immunditiarum ex me

procedunt. Filias vero meæ sunt desidia, loquacitas, cōfidentia, scurrilitas risum mouens, contradictio, cernicis duritia, tarditas ad audiendum, insensibilitas, captiuitates, elatio atque tumor, temeritas, mundi amor, oratio immunda, cui succedūt fluctus cogitationum, nonnunquam vero calamitas quoque præter omnem spem & expectationem, quas necessario desperatio sequitur omnib⁹ acerbior & grauior, Oppugnat quidem me, sed nō superat peccatorum memoria, inimicitias per omnia contra me gerit mortis intenta cogitatio, nihil vero in hominibus est quod me perfecte destruat. Qui paraclatum possidet, interpellat aduersum me, illeque exoratus non permittit me operari vitiose. Qui vero nullum illius gustum susceperunt, omnino dulcedinis ac suauitatis meæ rapiuntur illecebris.

Annotaciones in gradum. 14.

In signum Græcismus est: Græci enim Ζυμειορ δὲ σι-
ne adiectione ullius verbi vel nominis vsurpant, pro
huius vel illius rei signum vel argumentum est. Sic
& hic Corporis motus, hoc est inordinata gulæ concu-
piscencia in omnibus & iustus est in signū, vel argumē-
tum corruptionis Adæ, ut hoc signo admoniti, cane-
ant sibi ab omni excessu. Rei vero & fontes non tan-
tum ab excessu sibi cauere debent, sed etiam à licitiis
abstinere, & perpetuo ieiunio se affligere.

- 2 Hoc est vitioſi & improbi nullam sine salutis habent
rationem. quotidie festiuitates celebrant.
- 3 Sabathi & dominici diet patius quam aliorum facit
mentionē: ratio est, quia cæteris diebus monachi vete-
res in Oriente ieiunabant: hæc vero duobus ieiunijs et
vigilijs totius septimane fatigatos se se reficiebant Vi-
de Cassianum. lib. 3. cap. 9. & 11. Capite vero 10. ra-
tionem

tionem assignat, cur non monachi, in Oriente perinde
atque in Occidente Sabbato ieiuent.

4 Sensus est: Salurius ventris fontes lachrymarum ex-
cicat: si autem venter ieiunio affligatur, vberissime
lachrymæ vltro erumpent

5 Ex hoc loco conuincitur, veteres monachos semel tan-
tum in die, idque sub solis occasum comedisse.

6 Contraria fuit Aegyptiorum monachorum consuetudo
& disciplina, qui simul orabant & laborabant: Vi-
de Casti, libr. 2. cap. 24. de Institut. monachorum.

De incorruptibili castitate, Gradus XV.

AVdiuimus modo vesanam gulæ concupif-
centiam, suam esse progeniem libidinis &
fornicationis pugnam afferentem. Quod
sane mirum non est, docet enim nos hoc ipsum ve-
sus ille noster pater Adam. Nam nisi gulæ ille-
cebris superat⁹ fuisset, nunquam quid esset coniu-
x agnouisset. Qui igitur primum mandatum seruā-
t in secundum non incidunt præuaricationis ma-
lum, sed permanent filij Adam modicum quid
ab angelis minorati, atque istud nec in mortale ma-
neat malum; (ut ait vir ille summus cui cogno-
men theologia dedit). Castitas est incorporea na-
turæ familiaritas. castitas est Christi iucundum
diuersorum terrestrisque clipeus cordis. Castitas
excessiua naturæ abnegatio, corporisq; moralis
atque corruptibilis reuera ad incorpoream spiri-
tualemque substantiam contentio. Castus ille est
qui amore amorem exclusit, ignemque igni spiri-
tus extinxit. Pudicitia generale virtutum cogno-
men omnium est. Pudicus est ille, qui ne in fom-
nis quidem vilium motum vllamque status sui
mutationem sentit. Pudicus est ille qui & in for-
nis quidem perfectam semper insensibilitatem
in corporū specie & varietate possedit. Hęc regula
huiusmodi

Cautē lege

huiusmodi finis est perfectæ consummatæq; castitatis, vt ita animata sicut inanimata intueamur, atq; ita rationalibus vt brutis corporibus afficiamur. Nemo ex his qui se studio castitatis exerceant suis hanc laboribus aut sua industria se acquisisse putet. Nam possibile non est, vt quispiam naturam suam vincat, vbi denique natura superata est, illic is, qui supra naturam est aduenisse, cognoscitur. Nam sine vlla controuersia id quod deterius est, à potentiore destruitur. Initium quidem castitatis est, cogitationibus sordidis non acquiescere, atq; per interualla temporum obsceno liquore illo simpliciter & absq; vlla imaginis illusione respergi. Medium vero naturalibus motibus ex reptatione ciborum aduenientibus absq; imaginibus inquietari, ita tamen vt ad fluxum vsq; illi non perueniant. Finis autem mortificare corpus, iam antea mortuis cogitationibus sordidis. Felix reuera est qui ad omnem calorem corporis atque aspectum perfectè insensibilis effectus est. Non qui carnis lutum sine forde seruauit, huiusmodi castus est, sed qui huius membra animæ perfectè subiecit. Magn⁹ q̄dē & ille est, qui nulla ex tactu passione mouetur. Maior vero qui nullo aspectu vulneratus est, atque cogitatione supernæ pulchritudinis igneum spectaculum vicit. Is quidem qui per orationem immundum canem à se ambigit, pugnantī leoni comparatur. Qui autem reluctando fugat, ei similis est qui adhuc persequitur inimicum suum. Porro qui huius impetum omnino redegit ad nihilum, is (& si incarnate superstes,) iam tamen ex aceruo surrexit. Si istud vere castitatis certum argumentum est, immobilem in eis phantasmatis quæ per somnum videmus persistere, is profecto erit luxuriæ finis, si vigilans

vigilans quispiam ex immundis cogitationibus fluxum patiatur. Qui sudoribus suis ac laboribus aduersus huiusmodi aduersarium pugnat, is ei similis est qui inimicum suum papyro ligauit. Qui vero continentia ac vigilijs pugnat, ei similis qui cathenis hunc, torquibusq; deuinxit. Porro is qui altissima humilitate & vacuitate iucundia sitiq; depugnat: is ei comparatur, qui occidit inimicum atque in arena occuluit. Arenam vero intelligit humilitatem. Neque enim vitiorum gregem pascit, sed terra & cinis est. Alius qui est ex certaminibus, alius vero qui est ex humilitate profunda, alius item qui ex diuina reuelatione tyrannum vinctū tenet atq; captiuum: atq; ex his alius quidē lucifero, alius magnæ fulgentij, lunæ, alius vero splendidissimo soli comparatur. Omnium tamen conuersatio in cœlis est. Ex auroræ quippe tandem lux prodijt, ex luce vero solis iubar acceditur. Itā & in his quos modo memorauimus intelligendum est Somnum vulpes simulant vt auem fallant, dæmon vero corporis pudicitiam fingit, vt animam peccat. Ne credas in vita tua luto carnis tuæ, neq; tibi ipsi omnino fidas, donec Christo domino obuiam pergas. Noli considerare si per continentiam non laberis. nihil enim come debat quidam & de cœlo deiectus est. Abrenuntiationem quidam doctissimi viri pulchre ita diffrunt. Aiunt quippe illam inimicitiam esse aduersus corpus atque aduersus gulæ concupiscentiam inexorabile bellum. In ijs quidem qui rudes imbuuntur, lapsus corporis ex delicijs maxime fieri solet: in mediocribus vero etiam ex elatione animi. Porro in his qui perfectioni proximiores sunt, solummodo ex condemnatione contemptuque superbo prosumi. Quidam eos beatos

beatos dixerunt enuchos, qui ita sunt geniti tanquam violētissima carnis dominatione liberatos. Ego vero eos maxime beatos dico, qui ex quotidiana pugna eunuchi sunt. Hi enim ratione veluti gladio quodam abscindere se ac mutilare solent. Vidi quosdam non sponte ruere, vidi item alios sponte ruere velle, nec posse, eosq; ijs qui quotidie corruunt infeliciores existimaui, vt qui non possent foetorem etiam appetere. Miserabilis quidem & ille qui corruit, sed ille longe miserabilior qui alteri ruinæ causa fuit. Duorum enim lapsuū alteriusque voluptatis onus ipse sustinet. Ne velis fornicationis spiritum disceptando vel contradicendo in fugam conuertere. Ille enim persuadere probabiliter nouit. Quippe qui aduersum nos naturaliter pugnat. Qui sua industria carnem suam vincere vel debellare vult, in vanum currit. Nisi dominus domum carnis deleuerit, domumq; animæ ædificauerit, frustra quispiam hanc ieiunando ac vigilando destruere nititur. Offer ante oculos domini carnis naturalem infirmitatem & tuam humiliatus imbecillitate agnoscens, prorsus suscipies in intimis castitatis donum. Est in his qui libidinis vruntur ardoribus, iugis corporeæ cōiunctionis appetitus vt mihi quidam reculit, qui hoc fuerat expertus: posteaquam respuerat & iam cōtinentissimè viuēbat. Immundus sane spiritus, inuerecundus, impudicus, immanis est & atrox, qui dum cordis sensum impudenter occupat, facit quoq; vt is qui impugnatur in corpore dolorem sentiat, atque in morem fornacis vratur, deum denique non timet, æterni supplicij memoriam nihil estimat, orationem execratur, mortuorum reliquias ac si lapides intuetur inanimatos: atque in ipsa nephariæ actionis cōsumatione, infelicem

homi-

hominem mentis impotem ac totius rationis experem facit, iugique concupiscentia inebriat. Cuius nisi breuiati essent dies, non esset salua omnis anima, luto isto ex sanguine limoq; sordido concreto vestita. Nec sane mirum. Omne enim quod factum est, cognationem suam audivissimè appetit, vt puta sanguis sanguinem, vermis vermem, limus limum. Et caro igitur appetit carnem: tametsi nos nostræ vim inferre, ac cœleste regnū concupiscere satagimus, arte & astu, seductorem ludere ac fallere conamur. Beati sane sunt qui hoc pugnae genus experti non sunt. Nos quoque vt ab huiusmodi periculo immunes simus deū suppliciter oremus. Qui enim in huiusmodi faucē lapsi sunt, ab ascensu & descensu scalæ illius, quam vidit Iacob longeremoti sunt, his vero qui eiusmodi sunt vt surgere possint, sudoribus, doloribus, afflictionibus laboribus, fame, siti ac summa rerum omnium penuria opus erit. Aduertamus diligenter & videbimus ipsos spirituales inimicos nostros, vt sit in bello visibili, & in ipso prælio & pugna, quam aduersus nos instruunt, singulos mun⁹ aliquod subire proprium. Quod sane mirum est: Animaduerti in his qui tentantur casus casibus crudeliores. Qui habet aures audiendi audiat. Consuetudo est dæmonicos maximè qui in certamine sunt constituti, quique solitariam vitam delegerunt, toto malignitatis suæ impetu, omni studio, & arte omnique tentatione & astu, ad ea vicia, quæ præter naturam sunt impellere, eisque inde amplius oppugnare. Vnde & hi qui nunquam cum foemina digunt, cum nulla huiusmodi concupiscentia viuunt, se beatos dicunt, ignorantes miserā quod vbi maiori intentus est ² illic minore opus non est. Duabus reor ex causis homicidæ illi

illi atq; miserimi in his quæ præter naturã sunt maximè oppugnare nos miseros, atq; vastare confueverunt, & quia ruinæ materia vbique prompta ac parata sit & quia huic scelcri supplicium grauius debetur: Nouit quod dictum est iuuenis ille, qui prius onagris imperans ³ ad extremum à spiritualibus ac sæuisimis onagris miserabiliter deiectus atque illusus est: & qui pridie cœleste nū triebatur pane, postremo tanto ac tam singulari munere priuatus est. Quodque mirabilius est post poenitentiam suam amarissimè ingemiscens præceptor noster Anthonius, columna (inquit) magna cecidit, nequè tamen ruinæ illius referans modum. Sapientissimè sane, nouerat enim fornicationem esse, quæ corporaliter sine alterius corporis iunctione admitteretur. Est quippe in nobis mors quædam ac ruinæ perniciēs, quam in nobis ac nobiscum semper circumferimus, in iuuentute maximè quam equidem scripturæ tradere ausus non sum. Continuit enim manum meam is qui ait. Quæ enim in occulto à quibusdam sūt, turpe est & dicere & scribere & audire. Hanc meam, nec meam, inimicam, amicam carnem, mortem quidem Paul⁹ appellauit, Infelix enim homo, inquit, quis me liberabit de corpore mortis huius? Alius vero theologus, vitiosam & ancillam & nocturnam eam vocat. Annuebam autem addiscere, cuius rei gratia talibus aduersus illam appellationibus utitur. Si ergo (vt prædictum est) caro mors est, profecto qui hanc vicit omnino non moritur. Et quis oro ille homo est, qui vivet & non videbit mortem iniquationis carnis suæ? Quærendum cenſeo quis maior sit, ille qui cum mortuus est resurrexit: an qui omnino mortuus non est. Nonnulli secundum beatum dicunt, sed ij profecto falluntur.

Eph. 5.

Rom. 7.

tur. Nam Christus, cū mortuus fuisset resurrexit. Qui autem primum beatum putant, nullam volūt inesse morientibus, imò verò cadentibus desperationem. Clementissimum deum esse immanis ille inimic⁹ fornicationis aūthor dicit, hinc vitio, quippe naturali, facile ignoscere. Si vero fraudes dæmonum obseruemus diligentius, inueniemus eos post fædam actionem, iustum illum indicè durum atq; inclementem appellare. Nam prius quidem, vt nos ad peccatum hortarentur clementiã illius suggererant; post lapsum vero illius iniuolabilem iustitiã suggerunt, vt nos in desperationem præcipitent. Cum vero mœreri & desperatio coniungitur, nos ipsos miseros agnoscerè & dicere aut accusare, vel vlcisci pro culpa non possum⁹: hæc vero amorã & extincta rursus qui nimia Dei clementiã suggererat tyrannus insequitur. Quia incorruptibilis atq; incorporeus deus est; ideo maxime castitate atq; integritate corporis nostri delectatur. A iunt quidam nullare, ita vt fœtore dæmones delectari, Ita quoque vitio nullo ita delectantur vt iniquatione corporis nostri: Castitas hominem deo maxime familiarem; & quantum possibile est homini; similem facit. Mater quidem dulcedinis terra perfusa rosè, castitatis autem mater est, quies obedientiæ cœniuncta. Nonnūquam corporis beatã illa immobilitas, quã ex quiete acquisuimus, non incōcussa permanet: ea vero que ex obedientia prouenit, vbiq; probabilis firma atq; immota perdurat. Vidi plerumque superbiam humilitatis aūthorem; venitque in mentem ille, qui dixit. Quis agnouit sensum domini. Ruinæ foueam fastus ac superbia gignit: ruina volentibus sæpe fuit humilitatis occasio. Qui concupiscenciã gulæ ac facietate fornicationis

Caste lege

Roma. 11.

rationis spiritū vincere vult, is ei similis est, qui leo extinguit incendiū. Qui vero sola continentia bellū hoc sedare vel superare nititur, ei similis est, qui vna manu natans, pelago liberari contendit. Sit ergo humilitas continentiae coniuncta. Non enim illa prior haec inutilis agnoscitur. Is qui se vno quodam vitio amplius vigeri conspicit, contra ipsum, & solum ante omnia seipsum armet: & maxime si hostis intestinus sit. Nisi enim iste profligatus fuerit, nihil nobis reliquos vicissim proderit. Cum vero Aegyptium hunc nos quoque percusserimus, omnino deū in humilitatis rubo intuebimur. Sensi ego aliquando cū tentarer, gaudium quoddam irrationabile, & consolationem animae lupum istum ad me fallendum excitasse, pueriliterq; nimium fructum me, non corruptionem, tenere putabam. Si omne peccatū quodcūq; homo peccauerit extra corpus est, qui aut fornicatur in corpus suum peccat (quod idcirco ita dictū est, quia ipsius carnis substantiam fluxu inquinare consuevit) quid est quod in alijs peccatis reliquis, seductos homines consueuimus dicere, cum vero quempiam fornicatum fuisse audierimus, cū dolore dicimus, ille cecidit? Fugit hamū celeriter pedis, ita & animus voluptati deditus aue satur solitudinis quietem. Quoties aliquos sibi iniucē turpi & nephario vinculo diabolus ligare voluerit, vtrāq; partes diligententer explorans, illic ignem immittere incipit, vbi concupiscentiae flammā facilius excitari posse animaduertit. Nonnūquam hi qui circa voluptatem prouisi sunt compati, miseretic facile compungi videntur, qui vero castitatis student non sic talia possident. Vix quidā scientissimus problema terribile quaesiuit ex me. Quod iniquens peccatū omnibus grauius est hu-

est hu-

est homicidio, Christi que abnegatione exceptis? Cūq; illi respondiſsem, in haeresim labi. Et quo nā, inquit modo catholica ecclesia haereticū quidē cū haeresim priorem toto animo repudiauērit atq; anathematizauerit, suscipit ad sanctorum mysteriorū communionē, & vt idoneū admittit: cum vero qui in fornicationē lapsus fuerit contentem atq; peccatū ipsum omnino deserētem introrsus suscipiens per annos aliquot seu à venerandis immaculatisq; mysterijs ex t. aditione apostolica separari permittit? Hac ego ambiguitate percussus stupui, ambiguumq; illud peccatū mansit ambiguum. Perferremur & diligenter metiamur atq; obseruemus, quae nobis dū plāllimus munditas ac suauitas ex fornicationis spiritu, quae nam vero ex spiritualibus eloquijs atq; ex eorū virtute & gratia obueniat. Noli o iuuenis tibi ipsi occultus & ignotus esse. Vidi enim quosdam, dum ex animo pro suis charis ac dilectis orarent, ex huiusmodi memoria in nequitiae concupiscentiam praecipitatos. charitatis legem se implere putauisse. Fit nonnūquam vt ex solo tactu corpus inquinetur. Nihil quippe sensu isto grauius nihil periculosius. Admonear te is qui manus manui pallium circumdedit, atq; ab his, quae vel naturalia vel praeter natura sunt, proprio atq; alieno corpore comprime manum. Nemo (vt reor) omnino sanctus dicitur, nisi prius lutum hoc in sanctificationem traxerit. si tamē trahuci potest. Cū in lectulo decubimus, tūc maxime sobrijs ac vigilan-tes simus, tūc enim mens exorta corpore, cū demonibus ludatur, & si inueniat se voluptatibus addicti libenter in conditione libitatur. Memoria mortis te tūc semper quiescat, tecūq; simul euigilet, soloq; sepe luminada oratio Iesu: Nul- lum enim adiutorium in omnibus praestantius atq; efficacius inuenies. Sunt nonnulli qui sola cibo

locis oppugnari amplius solent. Quod mirum non est, habitant enim illic libentius dæmones: quippe quæ à Domino in desertis atque abyssis ad salutem nostram relegati sunt. Solitarium accerimè oppugnant nequitia spiritus, ut ex desperatione profectus, è deserto ad seculum reuocent. A nobis si in seculo degimus discedunt: ut dum illis nos minime oppugnari perspiciamus, secularibus rebus iam se uel immoremur, ubi sane oppugnamur, illic profecto aduersus inimicum pugnamus, nam nisi oppugnetur à nobis, ipse quoque amicus noster efficitur. Dum vero alicuius necessitatis gratia in seculo versamur, manu Domini protegimur, fortassis per orationem spiritualis patris: ne Dominus per nos blasphemetur, nonnumquam uero id fit per indolentiam nostram; quod his quæ dicuntur, acceruntur in seculo diutius assuescunt occalluerunt, siue quod demones sponte secesserint, nobisque elationis ac tumoris locum reliquerint, quo uno uitia omnia implentur. Audite autem alium atque uersutium seductoris huius, omnes qui castitate exerceat, serua et delegittis. Enarrauit mihi quidam ex his qui fraudem hanc experti fuerant, quod is fornicationis spiritus seipsum ad finem usque subducit, summamque monachum interim religionis reverentiam fugerit, fortassis uero etiam lachrymarum flumina, per id maximè tempus quo cum mulieribus sedet ac loquitur: suadetque, ut eas de memoria mortis, de iudicij die, de pudicitia admoneat, ut per hos sermones, sicutamque religionis spectem ad lupum tanquam ad pastorem infelices ac misere accurrant, factaque iam fiducia & consuetudine, demum tunc infelix monachus in flagitij ruinam precipitatur. Solerter queso fugiamus, caueamusque, cum si uictum uel uidere, uel audire quem uicta gustare non in-

statui.

statuimus. Miror enim si Dauid sublimi illo Propheta nos ipsos fortiores arbitremur, quod fieri non potest. Nempe adeo sublimis ac singularis castitatis laus est, ut eam plerique patrum impassibilitatem appellare ausi sunt. Aiunt quidam post peccati gustum impossibile esse quenquam castum nominari. Ab his ego longè dissentiens, ita diffinio, & possibile esse & facile ei, qui syluestrem & inferacem oleam, indecoram ac frugiferam uel inferendo conuertere. Nam si corpore ille uirgo fuisset, cui cælorum creditæ sunt clauis, iuste fortassis isti prudenterque discernent: sin uero, ille eos confundat, qui & socium habuit, & castus fuit, & regni, clauis à Domino suscipere meruit. Varius ac multiplex est fornicationis serpens, eosque qui concubitum nunquam experti sunt, ut solummodo experiantur ac desinant importunè sollicitat, eos uero qui iam experti sunt, ex memoria obsecrati facti, ut iterum experiri uelint infelix hortatur. Plurimi ex prioribus per ignorantiam mali huius minus impugnantur, at qui iam sceleris hoc periculum fecerunt, perurbationes infestius bella patiuntur, ueruntamen contra nonnumquam contingit. Quoties ex somno pacifici quidem & tranquillè exurgimus, scilicet nos angeli lateenter consolantur, idque tamè maxime fit cum in summationis ac sobrietatis intentione obdormierimus. Plerumque uero etiam ex iniquis somnijs & uisionibus lecti somno expergiscimus. Vidi impiū super exaltatum & elatum & perturbatum in me sicut *Ce Psalms. 36.* adros libani & transiui per continentiam: & ecce non erat, ut prius furor eius, & quasi eum dum humilissimam cogitationem meam & non est inuictus locus eius, aut uestigium. Qui corpus uicit is etiā naturā superauit, quod uero naturā superauit, is a seculo supra naturā

L 4 effectus

affectus est. Porro is, id cui contingit, modicum quid minus quam angeli habet: ut non dicam nihil. Mirum non est ab incorporeo & omni materia remoto, eum qui ex corpore & materia consistat oppugnari, atque etiam vinci: sed illud sane mirum atque admiratione dignissimum, si is qui corpore indutus est, cum hac inimica & insidiosissima materia pugnans, incorporeos hostes in fugam conuertat: ac superet. Summam circa nos deus in hoc quoque providentiam gerens, proccitatem femina quasi freno quodam, pudore restrinxit. Nam si hæc ad marem sponte accederet, non fuisset salua omnis caro. Plerique patrum distinctionis gratia maxime insignes, aliud effediffiniunt primum impetum, aliud in cogitando moram, aliud consensum, aliud captiuitatem, aliud luctam, & aliud eam quæ passio siue perturbatio in animo dicitur. Imperum enim illi beati esse aiunt sermonem simplicem, siue imaginatione cuiuscunque rei cordi recenter iniectam. Moram vero cum quis ei imagini, siue cum passione aliqua, siue præter passionem immoratur. Consensum vero nutum atque inclinationem animæ ad eam imaginationem cum voluptate: Captiuitatem vero violentam inuiti cordis abductionem, siue iugem ad quæcunque ingressum, atque optimi nostri stat exterminium. Luctam vero esse diffiniunt cum pari virtute pugnatur, & sponte sua quisque vel superatur vel vincit. Passionem autem eam propriam esse dicunt, quæ tempore longiore in animo viciosius incedit, eumque iam sua consuetudine in suum habitum transfluxit, adeo ut sua sponte propriaque iam voluntate ad eam currat. Ex his omnibus gradibus prior quidem sine peccato est, secundus non ita, sed cum aliquo peccato est, tertius

vero

vero pro certantium colligitur statu: porro lucta vel coronæ, vel supplicij causa est. Nempe captiuitas aliter orationis tempore, aliter præter orationis tempus iudicatur: aliter item in medijs atque in omnibus malis cogitationibus estimatur. Sed passio sane in omnibus absque vlla controuersia vel dignæ poenitentia, vel futuro cruciatui subiecta est. Ita is qui primum illum ineptum, siue villo passionis sensu auersatur: extremam ailla omnia penitus abscidit. Est apud diligentissimos & maxime discretos patrum, alia quæque horum subtilior ratio & notio, quam peraripissimum 7. quidam appellari dicunt, id est, subtilissimum ma animi quædam latensque subreptio, quæ stat instar tenuis sine vlla temporis mora, dictoque omni & imaginatione celerius passionem patienti in sinuare consuevit. Nullum hoc spiritu celeriore, nullum occultiozem inuenies, quippe qui tenuit mora absque vlla consensus immoratione, absque tempore absque tactu, apud quosdam vero absque notione vlla, aduentum suum animo indicat. Si quis igitur huiusmodi subtilitatem per gemitum comprehendere potuit, hic nos instruere iam, ac docere poterit, ut solo oculo, simplici que aspectu, & tactu manus, audituque cantici cuiusdam, præter intentionem omnem atque cogitationem fornicari anima, latenti voluptate præter: Aiunt quidam ex cogitatione fornicationis, ad actum nepharium corpus deduci, alij econtra ex corporis sensibus iniquas cogitationes gigni afferant. At qui priores quidem illi, hac ratione nituntur, quod nisi mens, atque animus occurrerent, nunquam sequi poterit corpus: esse enim id sub ditione animi. Sequentes vero corporalis vitii malignitate ita pro affirmatione sensus sui allegant, ut dicant

L 3 nonnuu-

nonnunquam ex venustissimo aspectu vel tactu manuum vel olfatiendi suauitate vel suauissimæ vocis auditu & cogitationibus nequitia aditum patere ad cor. Sedde his qui potest in dño doceat. Sūt enim ista his qui discretionis actione imbui cupiunt, nimium & necessaria & vtilia. Nam eis quidem qui in simplicitate ac rectitudine cordis operantur, nulla horum ratio habenda est. Neq; enim est omnium scientia, neq; rursus est omnium beata simplicitas, certa ac tuta contra hostiles nequitias lorica. Nonnulla quidem vitia ex intimis progrediuntur ad corpus, quædam vero contra per corporis sensus ad animam penetrant. Atque hoc vltimū secularibus maxime, primum vero illud eis qui solitariam vitam delegerunt, (quod eis materiæ non adsint) contingere videas. Ego de hoc illud interim dixerim, Quæres apud malos prudentiam & non inuenies. Quoties intentius aduersus fornicationis spiritum impugnant, hunc ex corde per ieiunij lapidem atque humilitatis gladium excruciatum eiecerimus, tunc iam corpori nostro velut vermis quidam insidens, improbos quosdam ac irrationabiles motus miser ille pelliciens nos inquinare conatur. Quod illi maxime persequi solent qui inanis gloriæ spiritum sequuntur. Dum enim se hac peste liberatos gloriantur, nulla etiam cogitationum nequam aliditate pulsati, in morbum illum prolapsi sunt. Atque quod id verum sit, cum se isti ad solitudinis quietem contulerint, seipso diligenti inquisitione discutiant, inuenient profecto cogitationem quandam in cordis abditi veluti serpentem in sterquilino delituisse, quæ proprio illos studio atque alacritate virtutem intimæ castitatis acquisisse suggerit. Non intelligit miser illud Apostoli: Quid habes quod non accepisti? Vel gratis, vel ex dono, vel ex alterius opere, & oratione.

1. Cor. 2.

& oratione. Inspicient ergo isti diligenter, atque omni studio prædictum colubrum ex cordis tui latebris summa humilitate mortificatum abtrahant, vt ab ipso liberati, possint & hi fortasse aliquando tunicas pelliceas exuere, triumphalæq; castitatis hymnum (vt illi castissimi insanes) deo canere, si tamen exuri non inueniantur illorum humilitate nudi. Obsecrat & hic ipse spiritus longe amplius cæteris tempora, & cum corporis habitu aduersus ipsum orare non possumus, tunc maxime nos impurus oppugnare nititur. Conuenit illis qui nondum veram cordis orationem possiderunt, corporeæ exercitatio orationis, videlicet manu extensio, tussio pectorum, gemituum singultuumque perturbatio, syncerus ac iugis in cœlum conspectus, perpetua genuum curuatio. Quæ omnia dum nonnunquam propter præsentis facere non possumus, tunc maxime nos oppugnant demones. Cum nec dum mentis soliditate orationisque serretissima virtute, contra hostes noxios insurgere valeamus, necessario fortassis illis cedimus. Exili cito, si possibile est, abscondere modicum secretius, eleua animæ acie si potes, sin vero, vel exterioribus luminibus in cœlum aspice: extende in figuram crucis immobiles manus, vt per ipsam quoque formam & habitum orantis Amalech confundas & superes. Clama ad eum qui saluare te potest, non in sapientia ornatuque verborum, sed in simplicitate atq; humilitate sermonis, ante omnia ita semper exoradiens. Miserefer taci, quoniã infirmus sum. Tunc experies a tristissimi virtutis atq; inuisibiliter inuisibiles per inuisibile persequeris auxiliū. Qui sic pugnare atque factus est, cito, ac solo nutu animi persequi hostes a fugare poterit, sed prioris illius iabonis hoc extremum in

psalm. 6.

scimus

remunerationem datur dei operarijs & merito fanè. Cum aliquando in congregatione quadam essem, notavi sollicitum atq; studiosum fratrem, dum à malis cogitationibus, molestiam pateretur, nec inueniret illic locum idoneum orationi, ad naturam necessariam simulata necessitate exisse, atq; illic aduersus hostes validissima oratione cōstingere. Cum vero loci indignitas patre per moueret. Cur inquit, loci huius, quasi minus idonei te facies moueri? Persequebantur me immundæ cogitationes, ego in loco immundo ut fordidus mundam orauit. Omnes quidem demones primo intellectum nostrum obnubilare contendunt, atque ita demum ea quæ sibi amica sunt suggerunt. Nisi enim mentis nostræ claudantur oculi, thesaurum nostrum furari non poterunt. Sed fornicationis spiritus multo ætatis velocius instat. Hic denique cum nunquam prius, ipse mentem tenebris obduxerit, ea hominis facere inducit, quæ soli amantes operantur. Quæ cum pest aliquod interuallum temporis mente respiciente agnosimus, non eos solum qui viderunt, sed nos ipsi quoque erubescimus, ut pes actus nostros vel locutiones vel habitus recolentes, prioremque nostram obsecrationem obstupescimus. Denique, peccata sepe ex humilissimi discretione ab hac peste quieuerunt. Auersate totis viribus eum hostem, qui te post actum foedum orare vel religiosè agere vel vigilare prohibet, memor eius qui dixit, lecirco autem quod mihi molestia sit anima mea, anticipationibus violenter oppressa, faciam ultionem eius ex inimicis eius. Quis est qui corpus vicit? Qui contriuit eor, qui seipsum abnegauit. Nam quomodo non conteretur is, qui voluptati mortuus est? Est inter vitiosos alius alio vitiosior, videasque nonnullos ipsas quoque sordes,

psalm. 76

acce-

æ scelera sua suauiter & cum voluptate confiteri. Solent immundæ turpesque cogitationes à seditione cordis, fornicationis spiritu suscitari. Quæ tamen medicina continentia est, atque eas nihil existimare. Quo nam autem more & modo meum hunc amicum vincies, in morem cæterorum diudicem nescio. Prius enim quam illum vinciam, soluitur, & antequam diudicem, cum illo in gratiam redeo, & antequam puniam, flector. Quomodo illum vinciam: quem ut amem à natura suscipi? Quomodo ab eo liberabor, cui in seculum colligatus sum? Quomodo mecum etiam surgentem destruan? Quomodo incorruptibilem ostendam, qui naturam accepit corruptibilem? Quid illi rationabile dicam qui per naturam mille rationibus ac persuasionibus metitur: Si enim ipsum ieiunio vinciam: rursus illi, proximum iudicans, ador: si & iudicare desistens hunc superem, elatus eo. de in eundem præcipitor. Estque cooperatores & hostis adiutor: atque aduersarius, auxiliator simul & insidiator. Si foueatur oppugnat: si affligatur debilior fit, affluit per quietem, rursus verbera, & flagella non sustinet. Si illum contristem periclitor, si foueam, per quem virtutes acquiram non habeo. Quid sit circa me sacramenti: quæ nam sit meæ concretionis ratio, quomodo mihi & amicus sum & inimicus quis videat? quis intelligat? Dic tu, dic mihi o coniunx: mea o natura mea, neque enim de te, ab alio quam abs te discere curabo, quomodo ex te vulneratus maneam, quomodo possum naturale periculum effugere, quando iam bellum aduersum te gerere Christo pollicitus sum, quomodo tuam tyrannidem superem, ex quo vim tibi inferre delegit illa vero aduersus seipsam (ut ita dixerem) respondens ita dicere videbitur. Non tibi dico,

quar,

quar, quod ipsa non nosti: sed quod simul ambas cognouim⁹. Ego in me ipsa dilectione glorior matre. Exte ioris quidem incendij genitrix, & causa in primis est cura nimia, atque immodica requies. Porro interioris flammæ, motusque cogitationum, ex præcedente reque actibusque præteritis occasio gignitur. Ego cum iniqua concupero, patio scelera, quæ simul ut nata fuerint per desperationem generant mortem. Si meam tuamque profundam infirmitatem noris, penitus meas uixisti manus. Si gulæ concupiscentiam frigeris, meos obliuisti pedes, ne gradi in ante iora possint. Si obedientiæ collum submittas à me disunctus es. Si possideas humilitatem amputasti caput meum.

Annotaciones in gradum. 15.

Patres nonnulli fæditatem concupiscentiæ & coitus considerantes, exstimauerunt, quod si Adamus non peccasset nulla, commixtio maris & femine, nulla fuisset per coitum generatio. In hac opinione fuit Gregorius Nicenus id quod lib. 8. de providentia cap. 3 & lib. de homine cap. 18 scriptum reliquit. Sentit idem Damascenus lib. 1. de Orthodoxa fide cap. 25. In eadem sententia & nostrum Climacum fuisse vel hoc loco sit manifestum. Contrariam uero partem hodie defendunt scholastici doctores.

- 2 Alij diluc. diu. [non intelligentes quod ubi maius est periculum, ibi debet esse maior custodia] transtulerunt.
- 3 Hanc historiã recenset auctor qui uitæ paruum descripsit sine u. si. Diuus. Hieronimus sine aliis.
- 4 [Nam] pro [non] legendum est.
- 5 Ratio est, quia status monastici proprium est seruare castitatem.

castitatem: qui ergo contra castitatem promissam delinquit, is cadere dicitur de sua professione.

- 6 In primitiua Ecclesia fornicatores 7 annis penitere, & à communionem abstinere debebant. Si autem presbyter esset, decem annis. Cuius penitentis modus describitur in Decreto Dist. 82 c. Presbyter. Ad propositam autem questionem quidam respondent, Hæresim solius animæ maculam esse, ideoque sola renuntiatione erroris deleri. Fornicationem uero etiam corporis esse immundiciem, & ob hoc opus esse ut ea penitentia lacrymis eluatur, & libidinis flamma stetique penitus extinguatur, priusquam ad tremenda hæc & purissima mysteria fornicator admittatur. Nulla enim uitiis huic sacramento magis contrariantur, quam odium & carnis immunditia. Huius itaque sacramenti respectu grauius punitur fornicator quam hereticus. Non tamen idem sequitur fornicationem absolute maius esse peccatum hæresi. Nam uterque in suo peccato moriens sine penitentia, Hæreticus grauius male fornicatore puniretur.
- 7 Priapismum legendum esse putarem quem & octupicor & octupicory uocant greci: Est autem morbus, cum genitale longè lateque excrescit, nullo caloris externi aut libidinis incentiuo. Fit ex inflatione quam efficit spiritus, ex viscosis crassisque humoribus procreatus, uitaloris moderati. Vide Galen. lib. 6. de Locis affect. 6. & P. Aegin. lib. 3.

De Auaritia Gradus, XVI.

PLurimi Sapientissimi doctores post præfatum tyrannum hunc auaritiæ millecipitem spiritum statuere consueuerunt: Itaque ne insipientes nos sapientium immutemus ordinem, eandem regulam terminumque secuti, pauca prius de morbo ipso, ac postmodum de ipsius curatione loquemur.

Auaritia

Auaritia siue cupiditas est idolorum veneratio, in fidelitatis filia, infirmitatum occasiones praefert, senectutis est vates, terrae siccitatem praecinit, venturae fami prospiciendum suadet. Auarus est eua-
geliorum irrisor transgressorque voluntarius: Qui charitatem possidet, pecunias spargit. Qui vero vtranque rem se tenere dicit, ipse se fallit. Qui semetipsum luget etiam corpus abnegauit. Nam si ad id se tempus vacet, neque illi parcat. Ne dixeris, pauperum gratia pecunias congre-
go. Diobus enim minutis caeleste regnum venit: hospitalis & avarus sibi inuicem obuiauerunt; postremusque priorem indiscretum appellauit: Qui vicit hoc vitium, amputauit curas, qui vero illo deuinctus est, nunquam orabit pure. Auaritiae initium, cleem-
synas praetendit, finis vero est odium pauperum. Dum congregat quisque misericors efficitur, at cum fuerit pecunia cum copia, contrahit manus. Vidi nonnullos pecunijs pauperes, qui prioris suae paupertatis obliti, in conuersatione pauperum spiritu diuites effecti sunt. Monachus cupidus nunquam patet accedat, horis enim singulis illud apostoli voluit. Qui ociosus est nec manducet. Ac rursus: Manus istae ministrauerunt mihi & his qui mecum sunt. Nuditas reum omnium, curarum est depositio, securitas vitae, viator omnibus impedi-
mentis liber, morosis alienatio, mandatorum fides. Nudus monachus mundi totius est dominus. Deo enim curam sui credidit, & per fidem omnes possidet seruos. Non dicit homini necessitatem suam, sed quae afferuntur quasi de manu domini suscipiet. Nudus operarius totius mortalis affectionis inimicus, quae sibi ad sunt, quasi non sint ita existimat, etiam apprehendit. Anathoresis omnia arbitrabitur vt stercorea, sin ve-

ro contristetur in aliquo, nondum quae sit vera nuditas agnouit. Vir nudus purissimam orationem emittit. Qui vero cupidus est, materiae imagines in oratione versat. Qui in sancta subiectione durat, a cupiditate longissime remotus est. Quid enim iam habeant proprium, qui ipsum quoque corpus suum alieno imperio exposuerunt? Huiusmodi vno hoc tantum detrimento affici consueuerunt, quod ad migrandum prompti semper ac parati sunt. Vidi plerumque monachos in loco ex aliqua materia sibi tolerantiam acquisiuisse, quos tamen ego beatiores censui ijs, qui propter dominum virtutem illam sectantur. Qui superba gustauit, facile terrena contemnet. Qui vero sine gustu illorum est terrenis laetatur possessionibus. Is qui sine ratione nuditatem hanc sequitur, duabus ex partibus laeditur. Nam & praesentibus abstinet futuris priuatur. Caueamus ergo o monachi ne auiibus infideliores videamur. Illae enim non sollicitae sunt, neque congregant. Magnus & ille quidem est qui pecunijs gratis renunciat, sed ille profecto sanctus est, qui voluntati suae abrenunciavit. Nam alter quidem centuplum suae per pecunias siue per gratias accipiet, alter autem sempiternam vitam hereditario iure possidebit. Neque fluctus vnquam deerunt mari, neque auari iracundia & moeror deesse poterunt. Qui avaritiae materiam contempsit, hic lite omni & controuersia liber euasit. Qui vero possidere amat, pro acu usque ad mortem corrixabitur. Fides constans recidit curas, porro mortis memoria corpus ipsum quoque abnegabit. Non fuit in Iob vltimum avaritiae vestigium, atque priuatus omnibus sine perturbatione perstitit. Merito radix malorum omnium & est dicitur avaritia. Haec enim & see

lira & furta, inuidias, cædes, diuortia, inimicitias, procellas, iniuriarum memoriam, crudelitatem, mala denique omnia inuenit. Modica ignis scintilla ingentem sylvam plerique succendit, vna virtute 5 qua. s. nullis mortalium rerum afficimur, vniuersa vitia illa diffugiunt. Porro huiusmodi virtutem experimentum gustusque dei parit, & cura sollicita reddendæ à nobis in fine rationis. Non ignorat qui intentius legit, matris malorum rationem. 6 Aut enim in sua nequam & execrabili stitpe, secundam suam esse progeniem lapideam insensibilitatem. Sed prohibuit me proprium illi ordinem distribuere serpens ille multiceps idolorum seruitus: qui nescio quo pacto, tertium ordinem apud patrum discretissimos, in octo principalium vitiorum cathena fortitus est. Quem nos cum mediocriter tetigimus, loqui iam de insensibilitate volumus, quippe quæ tertia ab ea dicitur, quæ secunda in ordine generationis est. Post quæ rursus de somno & vigilijs, præterea etiam de puerili atque ignaua formidine paucis differemus. Hi enim morbi proprie illorum sunt, qui adhuc rudés imbuuntur.

Annotationes In gradum. 16.

- 1 Qui avari sunt & opibus cumulandis student, si increpentur, hæc in suam adducunt defensionem: se infirmo esse corpore, ad cuius conseruationem multum egent: se senectuti consulere & prospicere, si ammonentur: se famem ingruentem metuere.
- 2 Euangelium enim consulit: Vade vende omnia quæ habes & da pauperibus Mat. 19:
- 3 Frâdes hic pro fidei obseruatione sumitur.
- 4 Sine ratione & discretiõe pauper est, qui nec charitate

nec ex humilitate: sed ignauo quodam ocio; aut alterius rei intentione non saluari, inop est.

3 Hanc virtutem Græci ἀπάθεια vocant, nos affectuum vacillatam, de qua auctor noster in secundo gradu describit. De hac Cicero sic in Academic. quest. Zenoni summum bonum est in his rebus neutram in partem moueri quæ ἀδύναμις ab ipso dicitur. Pyrrho autem ea ne sentire sapientem, quæ ἀπάθεια nominatur. Hanc quia Climacus homini in hac vita tribuere videtur, malè audit à Gersonè in epistola quadam de Kunisbrochij operum censura, tom. 2. Si quis tamen Climacum attente legat, eum non difficulter defendere possit.

6 Sensus est: Qui hoc opus attente legit meminisse poterit dictam matris malorum omnium Gula. quæ secundam filiam suam dixit esse insensibilitatem. Sed illam proprio suo loco ponere prohibuit auaritia.

De Insensibilitate, I Gradus XVII.

Insensibilitas & in corporibus, & in spiritibus est mortuus sensus, ex diutino languore in insensibilitatem desinens. Indolentia est quæ in habitum transiit negligentia, segnis ac torpens animi intentio, præsumptionis germen, alacritatis impedimentum, fortitudinis laqueus, compunctionis ignoratio, desperationis ianua, obliuionis mater, quam cum genuerit ipsius filie sue, sit filia, timoris exclusio. Indolens est stultus philosophus à seipso damnatus, expositor sibi met, contrarius locutor, cæcus videndi magister, de sanitate vulneris disputat, atque id fricando exasperare non desinit. Contra morbum loquitur, & quæ sunt noxia manducare non cessat. Aduersus

seipsum orat, & protinus ad opus suum proficiscitur. Id dum perficit sibi ipsi indignatur, nec verborum suorum pudet miserum. Male facio clamat, & tamen acrius inflat. Os contra vitium orat, & corpus pro vitio luctatur, de morte philosophatur, qui quasi non sit moriturus ita uiuit. De separatione corporis & animae seuerius admonet, & quasi sempiternus futurus sit, dormitat. De continentia disputat, & pro gulae concupiscentia certat, Cum de futuro iudicio legit, subridere incipit. De inanis gloriae fuga meditatatur, & eadem in ipsa lectione capitur. De vigilijs dum loquitur, & ipse somno protinus immergitur. Orationem collaudat, & eam non secus quam flagellum vitat. Obedientiam summis laudibus effert, primusque ipse contra eam agit. Eos qui nullam mundi affectione impediuntur extollit, nec erubescit ipse pro vili panno contendere atque pugnare. Intus amaricatur, atque in ipsa amaritudine rursus irascitur, nec sentit dum ruinam adijcit ruinam. Saturatus praerentiam agit, modicumque progrediens, rursus saturitate distenditur. Silentium beatum dicit, ipsumque per loquacitatem laudat. De mansuetudine admonet, & in ipsa doctrina nonnunquam irascitur. Cum respuerit, ingemit, atque cogitans caput rursus perturbatione corripitur. Vituperaturum, ac subridens de gemitu docet. Semetipsum ut inanis gloriae cupidum in plerisque accusat, & per eam sui vituperationem sibi gloriam quaerit, affectu libidinis in faciem respicit & de pudicitia disputat. Deserti & quietis sectatores, ipse in seculo degens, collaudat. Misericordes glorificat & pauperes exprobrat. Semper sui accusator est, & tamen respicere non vult, ne dicam non potest. Vidi ego huiusmodi plurimos cum de exitu aeternorum iudicio

iudicio verba fieri audirent, illachrymari, & cum adhuc essent in oculis lachrymas, ad mensam sollicitate accurrere. Admiratusque sum quomodo luctum quoque haec perniciose & male olens domina captiuare potuit, ingenti insensibilitate captiuata vel roborata. Sed huius praecipitis insanisque simul & fatuae dominae vulnera, & dolos, plusquam satis visum est pro tenui cognitione & facultate mea denudauit, neque diu aduersus illam verbis pugnare consilij est. Porro si quis in domino est, qui experimento suo possit vulneribus afferre remedia, non illum pigeat id exequi. Ego enim imbecillitatem in hoc meam ingenue confiteor, quippe qui ab huiusmodi peste forte detineor. Nam neque fraudes illius & artes a meipso potuissim deprehendere, nisi hanc summa vi tenuissimam, eamque diligenter examinans quae praedicta sunt confiteor fecissem, timoris domini & infatigabilis orationis illam duplici flagello cadens. Quo circa & hoc dicere videbatur violenta illa & nequissima domina. Hi qui mihi scedere deuincedi sunt, mortuos videntes rident, in oratione stantes lapidei toti & duri tenebrisque pleni sunt, sacramque intuentes mensam quasi ad gustandum communem panem, cum venerint affectu sunt. Ego cum aliquos compungi video, irideo. Cuncta quae ex effectus alacritate gignuntur bona, is qui me genuit pater necare me docuit. Ego risus mater, ego somni sumnutrix, ego satietatis amica, ego cum reprehendor non doleo, ego falsa religioni specialiter connexa sum. Itaque stupore percussus atque insanae sermonibus territus, interrogabam quod esset eius genitoris nomen. Illa vero ad me. Ego inquit, non tantum unam naturam habeo, sed innumerabilis quodammodo instabilis ratio meae conceptionis

nis est. Me facietas roborat, me tempus auget, me pessima consuetudo consolidat. Ea vero quæ detinetur à me nunquam liberabitur. Insiſte in genibus vigilijs. Iudicium sempiternum infatigabili studio meditare, ita tibi forſan parumper cedam. Intuere diligentius occasionem, ex qua tibi nata ſum, & aduerſus matrē meā conſtanter certa. Neque enim vna mihi indiſſerēter eſt mater. Inter ſe pulchra² frequenter ora, eorumque indelebilem imaginem in corde tuo pinge. Hanc enim niſi ieiunij ſtilo tibi deſcripſeris, me in æternum vincere non poteris.

Annotaciones in Gradum, 17.

Qui vitij, ſub iſto titulo vel nomine pauci (quod ſciam) patres meminerunt. D. Thomas. 22. q. 142. a. 1. inſenſibilitatis vitium tractat, ſed non in ea ſignificatione, qua hic noſter auctor. Deſinit enim ibi, quatenus appellium vitium eſt temperantia ſecundum deſectum: quo ſcilicet corporis delectationes, ad nature conſervationem diuinitus ordinata, contrariationem omittuntur. Eodem modo & ab Ariſtolele. lib. 2. & 3. Exhibitorum uſurpatur. Græci ἀνασταντικὸν vocant. Quæ vero Climacis hic inſenſibilitati tribuit, eadem ſerè omnia ab alijs acedus aſſcribuntur. Ideoque vitij iſſim nomen, quam natura minus nobis eſt cognitum. Latini ſtuporem vel animi duritiem appellare poſſent. quomodo & Cicero appelluſſe videtur pro domo ſua: Eam, inquit, animi duritiem, ſic vi corporis (quod cum vitium non ſentit) ſtuporem poſuit, quam virtutem pararem.

² Nullum antidotū aduerſus hoc malū, eſſicacius memoria: monet ergo hoc malo obnoxioſ in ſepulchris mortuorū habitare, oſſa & cineres relictos euoluere ſeſe; in eandē metamorphoſin tranſmutandos cogitare, ad quod à multis Amecboriis olim factuatum legimus,

De

*De ſomno, oratione, pſalmodia in conuentu,
Gradus XVIII.*

Somnus eſt natura ex parte conſtantia, imago mortis, ſenſuum feriæ. Vnus quidem eſt ſomnus, habet autem plurimas (ſicut & cōcupiſcētia occaſiones, ſiue cauſas. Fit enim verbi gratia: ex natura, ex cibis, ex dæmonib. fortaiſſis vero ex ſōnio¹ immoderatoq; ieiūio, ex quo dū, caro laſceſcit, ſeiſpſam iā per ſomnū cōſolari querit. Sicut immoderatus potus² ex conſuetudine pendet, ita & de ſomno ſentiendū eſt. Quo circa in incijs renūciationis, contra hoc vigilantiffimè pugnādū eſt. Perdiſſicile eſt enim longam conſuetudinem curare. Obſeruemus diligentius & inueniemus cū inſonuit ſignum ſpiritualis³ tubæ viſibiliter quidē cōgregari fratres, inuiſibiliter vero conuenire inimicos: atq; hos quidem, cum experrecti fuerimus, aſtare lectulo, noſq; vt iterū decumbemus, hortari. Expecta inquitū. t dam coſpleantur principales hymni, ſicque demum in eccleſia proficiſſeris. Alij cum ad rationem aſſiſtere cōperimus, nos in ſomnū præcipiant. Alij præter conſuetudinē ventrem immoderatē ſtimulant. Alij vt inuicē colloquamur hortantur. Alij mentem noſtrā in turpes cogitationes pertrahunt. Alij ſuper parietem reclinare nos, vt debiles, admonent. Nonnunquam vero oſſitare etiam immodicè faciunt. Nōnulli illorum orationis tempore riſum nobis mouent, vt per hunc ad indignationem contra nos deus prouocetur. Alij per ſummam deſidiam feſtinare nos in verſum pronunciatione impellunt. Alij contra pſalmodiam protrahere, voluptatis cauſa hortantur. Nonnunquam vero ori aſſidentes noſtro, ira illud claudunt, vt

Vix aperiri posse videatur. Is qui dum orat deo se
 assistere intimo cordis affectu existimat, vt colū.
 na persistat immobilis, nec ab vlllo hominum irride-
 tur, quos modo prædiximus. Verus obediens mox
 vt ad orationem stare cœperit, illustratur totus,
 nonnunquam vero etiam exultatione perfundi-
 tur. Est enim huiusmodi pugil præparatus, & per
 integerrimum purissimumque ministerium iam
 a tea ignitus. Omnibus quidem possibile est cū
 multitudine orare, plurimi vero cum vno solo
 ynānime fratre conuenientius orant, paucorum
 vero valde est solitaria oratio. Si cum multitudi-
 ne psālias, purgatissimam & ab omni materia re-
 motoram rationem offerre nō potest. Cæterum
 pro exercitatione mentis, ea que canuntur elo-
 ga, tunc specularē vel rursus dum vt vrsam proxi-
 mus finiat expectus intentius ora. Nihil dū oras
 immisere orationi decet, siue illud inutile sit &
 otiosum, siue vtile & necessarium. Sed orationi &
 operi distribuenda sunt tempora. Quod manife-
 ste docuit is qui magnum Antonii erudiuit an-
 gelus. Probat quidem aurum fornax, sed studium
 & charitatem in deum monachorum, probat ora-
 tionis intentissima qualitas.

Annotaciones In gradum. 18.

- 1 Pro[] somnio] legendum est [nimio] ex nimio enim
 & indiscreto ieiunio caro extenuatur & infirmatur,
 que per somnum restauratur. Ex somnio nihil detri-
 menti accedit carni.
- 2 Alij sicut multum bibere tollitur per vsum cō-
 trarium sic: & dormire] vertunt.
- 2 Per spiritualem tubam campanam intelligit.
- 4 Locus omnino deprauatus est, sicut & infini alij erāt
 qui nō nisi collatione diuersorū exemplarium restitui
 potuerunt. Hic tamē (sicut & alijs non admodum ra-

ro] ope aliarum translationum editionumque restitui-
 mur, cum totus hic locus in illis sit omissus. Pulo tamē
 sit restitui posse. Cæteri pro exercitatione men-
 tis, ea que canuntur eloquia, tunc (cum scilicet
 canuntur) specularē, vt dum vrsam proximo
 finiat expectans, intentius ores. Non enim omnes
 fratres simul canebant, sed quantacumque multitudo
 conueniebat, nunquā amplius in synaxi quam quatuor
 fratres psallebant. Cæteri omnes sedilibus humillimis
 insidentes, à voce psallentis omni intentione depende-
 bant: finitis autem psalmis iam tunc orabant. Vide Cas-
 sianum lib. 2. Instit. monast. cap. 11 & 12.

De vigilijs Gradus, XIX.

Terrenis quidem ac mortalibus regibus qui
 astant alij expediti ac nudi fere sunt, a-
 lij faces, alij clipeos, alij gladios tenent, est
 autem ingens atque incomparabilis primorum
 ad sequentes differentia. Quippe alij proprie cog-
 nati regis esse atque familiarissimi solēt, hi vero ser-
 ui & ministri, & ista quidem ita se habent. Age
 vero iam nos quoque quo nam modo in vesperti-
 nis diurnisque conuentibus & orationibus deo &
 regi nostro assistimus solertius inspiciamus. Qui-
 dam enim in vespertinis pernoctationibus expeditissimi
 ab omni cura nudi, puras ad orationem
 extendunt manus. Alij cum psalmodiarum modula-
 tione assistunt in hac, Alij lectioni magis incum-
 bunt. Quidam per opus manuum ex infirmitate
 viriliter aduersus somnum repugnant. Nonnulli
 mortis meditatione se exercēt, ex huiusmodi con-
 sideratione, compunctionem sibi acquirere studēt.
 Ex his omnibus primi & postremi diuini ex-
 cubijs insistent, secundi vero monasticæ vitæ pro-
 piores sunt, tertij vero inferiorē ambulantes viam.
 Verū deuotione & virtute offerentium, Deus mu-

nera suscipit & æstimat. Vigilans oculos expianit mentem, immodicus somnus obtudit & excecauit animum. Peruigil monachus fornicationis inimicus, somniculosus vero contubernalis eius est. Vigiliæ incendium libidinis frangunt, atq; à somnijs liberant. Suffusus lachrymis oculus tenerumq; cor ad sui custodiam erectũ cogitationes cautissime obseruat, cibos fornacis in morem consumit, passiones edomat, linguam restringit & reprimat, fugatq; phantasmata. Vigilans monachus piscatur cogitationes, easque per tranquillitatem noctis facillime & considerare & capere potest. Dei amator monachus mox ut sonus tubæ increpuerit, ad orationem vacans, læt⁹ & hilaris dicit, Euge, euge: negligens vero, vā mihi, vā mihi. Mēsā preparatio gulæ dedito arguit, orationis autem exercitatio Dei amatores probat. Prior ille dum instructam conspicit mensam, gessit lætitia. Sequens autem mœstior sit. Somnus multus obliuionis opifex, vigiliæ vero memoriũ emundant. Diuitias agricolæ ex arca & torculari colligunt. Monachi vero suas opes & scientiam vespertinis maxime nocturnisq; orationibus, & animi exercitationibus cõgrogāt. Somnus multus, iniquus est socius, & dimidiũ vitæ negligentibus, siue amplius diripit: Improbis monachus in colloctionibus vigil & fabulis, cum autem orationis hora superuenerit, somno illi grauantur oculi. Mollis & lasciuus monachus in loquacitate probatus, vbi lectio illata fuerit, aspicere præ somno non valet. Cum nouissima tuba insonat, mortuorum erit resurrectio, ita cum sermo otiosus personare cœpit, dormientiũ erit euigilatio. Amicus fallax soporis tyrannus, nonnunquã postquam satirati fuerimus cedit, fameque & siti nos acriter oppugnat: opus manuum, cum orare

pes

pergimus, ferre nobiscum suggerit. Aliter quippe vigilantium orationem demoliri nequit. Primus hic rudibus oppugnando subrepat: siue ut eos initio negligentiores faciat, siue ut spiritum fornicationis viam parat. Quisq; ab eo liberi sumus, cum multitudine psallere non deuimus. Sæpe enim fit ut astatium oculos veriti, dormire erubescamus. Inimicus est leporibus canis, ita & somno inanis gloriæ spiritus. Finita die venditor, monachus vero psalmodia finita residens computat lucrum. Permane post orationem sobrius, ac vigilans: tuncq; ceteras dæmonum aspicias: Nā quia à nobis in oratione expugnati fuerint, post orationem iniquis nos phantasijs circumuenire moluntur. « Esidens observa diligentiũ, inspiciesq; eos, q; cõsueti sunt primitias animæ diripere. Fit nonnunquam ut in somnis, ex assiduitate exercitij laudabilis psalmorũ meditemur eloquia. Pleruq; vero dæmones ea suggerũt nobis, ut nos ad superbiam eleuent. Tertiu gen⁹ dicere nolebā nisi me quidã cõgisset. Anima q; verbum Dei quotidie sine intermissione meditat, solet per se porẽ quoq; in eodẽ morari: est enim hoc secundum primi proprie remuneratio: qua. s. spiritus phantasmata cuitantur,

De ignaua 1. formidine, Gradus XX.

QVi in cœnobijs, siue cõuētib. virtutẽ arripit, nõ valde cõsueuit oppugnari formidine, q; vero in remotiorib. locis solitari⁹ degit, caueat ne vnq; sibi formido dominetur, cenodoxiæ germẽ, & infidelitatis filia. formido puerilis est mos, in vetula ab inani gloria appress⁹ anima. Formido est fidei cõuersio in expectatione earũ rerũ, q; non vidētur. Timor est, p̄meditatũ præuisumq; periculũ: Siue ita. timor est sensus tremulus cordis, q; de incertis calamitatib. iugiter agitur indignas. Timor est

certas

certæ confidentiæ ac securitatis priuatio. Su perba
 anima est formidinis ancilla, sibi ipsi fidens, soni-
 tusq; & umbras rerum quarumlibet metuens. Hi
 qui idem qui amant nec dolent, formidine omni-
 no carent: qui vero formidolosi sunt lugent & de-
 sperant, stuporem, mentis plerunq; patiuntur, &
 merito sane: Iustus enim cum sit deus, superbos
 deserit, ut relictis non extolli doceamus. Cuncti qui-
 dem formidolosi sunt, qui inanem gloriam sequun-
 tur. Non autem ideo omnes quoq; qui carent for-
 midine sunt humiles. Nam & latrones & qui sepul-
 chra violant, nulla formidine trepidant. In quib.
 locis consuesti expauescere, ad ea non te pigeat no-
 ctu proficisci. Nam si his quæ praua sunt cedas;
 consuecet tecum puerilis ista & ridiculosa per-
 turbatio. Dum vero ad ea proficisceris, orationis
 armis accingere. Et cum peruenieris extende ma-
 nus: & Iesu nomine cædæ inimicos. Nulla enim
 neq; in cælo neq; in terra sunt arma potentiora. Libe-
 ratus ea peste, liberatorem tuum collauda. Nam
 si illi gratias referas, in æternum proteget te. Nun-
 quam poteris ventrem subito implere, ita ne for-
 midinem quidem statim vincere valebis. Promē-
 sura lucus formido citius vel serius recedit. In-
 horrerunt pili carnis meæ (inquit Elyphas) dæmo-
 nis astutiam enarrans. Aliquando, quidem ani-
 ma, nonnunquam vero corpus ante formidare inci-
 pit alteri alteri passionē, non cōmunicat. Quoties
 formidine cōcepta in carne, metus impro-
 b. in ani-
 mā erūpere non potest, iuxta est infirmitatis huius
 liberatio. At cum per contritionē cordis in sperata
 omnia prōpre expectamus: tunc reuera formidi-
 ne sumus liberati. Non tenebræ, non locorum soli-
 tudo, demones cōtra nos roborant: sed animæ steri-
 litas: plerunque vero etiam disciplina, diuina
 nobis

nobis dispensatione permiffa. Qui verus seruus est
 domini, proprium solumque dominum timebit,
 qui autem cum nec dum metuit, umbram suam
 sapius extimuit. Instante quidem inuisibiliter spi-
 ritu terretur corpus, astante vero angelo exultat
 humilium animus. Quo circa ex affectu huius præ-
 sentiam agnoscens otius ad orationem recurra-
 mus. Nam ut nobiscum oret nosque adiuuet cle-
 mentissimus custos ad nos aduenit.

Annotatio in gradum. 20.

*Gradus iste agit de formidine & metu eo, quo dæmo-
 nes sanctos homines, maxime qui solitariam vitam
 in locis ab hominū accessu remotioribus agunt, appa-
 gnant, terribilia spectra, horrendas larvas monstrant.
 illi obijcientes, ut eos ex locis suis eiciant, & ad se-
 culum redire compellant. Cuiusmodi plurimas machi-
 nationes diabolicæ in vita D. Antonij, Hieronij &
 aliorum leguntur. Aduersus hanc formidinem, armat
 hic Climacus suos Athletas*

De Cenodoxia, Gradus. XXI.

Solent plerique dum de vitijs disputant inanē
 S gloriam seorsim distinnere à superbia. vnde &
 octo esse principalia & primaria vitia dicunt.
 Theologus vero Gregorius alijque plurimi docto-
 res septem ista esse tradiderunt. quos ego maxime
 sequor. Quis enim inanem gloriam deuicit, & su-
 perbus fuit? Ea vero est ambarum adinuicem dif-
 ferentia, quæ est naturaliter pueri ad viuum & tri-
 citi ad panem: hoc enim principium est, illud finis.
 Nunc igitur de initio plenitudine passionum,
 nephario scilicet tumore, tēpo. e admoniti, pau-
 tis loquamur. Qui enim de his longissime phi-
 losophari

Iosophari nritur, is ei similis est, qui de ventorum pondere in cassum curiose quærit. Cenodoxia est specie quidem immutatio naturæ, morumque peruersio, & obseruatio querelæ: qualitate vero laborum dissipatio, sudorum perditio, thesaurorum insidiæ, perfidiæ alumna, superbix præcursor, in portu naufragium, in area formica. Quæ & si tenuis est, laboribus omnibus & fructibus insiditur. Expectat formica dum perficiatur triticum. Cenodoxia vero dum congregentur opes, Gaudet illa vt furetur, hæc autem vt dissipet: Gaudet desperationis spiritus cum videt multiplicari vitia, Cenodoxia vero cum virtutē multiplicari videt. Prioris ianua multitudo vulnerum. Secundæ vero diuitiæ laborum. Obserua diligenter & vsq; ad mortem & sepulchrum, inuenies hanc nefariam labem quotidie vestibus, vnguentis, pompis aromatib. & alijs florere. Tu cet omnibus affarim Sol omnibusq; studijs cenodoxia aggaudet. Verbi gratia, ieiuno, inaniter glorior, si latendi causa soluo ieiunium, tãquam prudens iterum glorior. Si splendide vestitus, vincor ea peste. Si vilius induar, denuo glorior. Si loquar, hæc superior. Si tacet, iterum superatus sum. Quocunq; hunc tribulum ieceris, erecto persistit aculeo. Eiusmodi vero gloriosus est fidei idolorum cultor, qui deum quidem colere & venerari videtur, hominib. vero non deo placere studet. Omnis autem huiusmodi est, qui ostentationi obsequitur. Eius vero ieiunium absque effectu mercedis erit, eius item impoba oratio, vtraque ad hominum laudem captandum operatur. Monachus inaniter glorians, duabus ex partibus læditur. Corpus enim per afflictionem conterit, nec vllam inde mercedem recipit. Quis non rideat cenodoxix operari

operarium, qui dum ad psallendum stat ab ea exagitatus interdum in oculis omnium desiccat. Abscondit deus nonnunquam ab oculis nostris etiã quæ possidemus bona, vir autē laudator, imo vero seductor per laudes oculos aperit nostros. His autem apertis à nobis euanuere diuitiæ. Adulator est dæmonum minister, superbix dux, compunctionis exterminator, bonorum demolitor, erroneus ductor. Qui enim beatos nos dicunt, inquit, ille, nos seducunt. Sublime est quidem illatas contumelias fortiter, libenterque perferre, sanctum vero ac iustum laudes absq; lectione transire. Vidi lugentes, dum laudarentur iacundi & facibus succendi, & veluti in mundo passione passionē commutare. Nemo quæ sunt hominis nouit, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Erubescant igitur & obmutescant, qui nos beatos in faciem dicere nituntur. Cum audie is quod te vel proximus vel amicus tuus maledictis insectatus sit absentem siue præsentem, tunc ostende charitatis opus atque illum ipse collauda. Magnum quidem est laudes hominis ab anima excutere, sed longe maius auerfari dæmonum laudes. Non ille humilitatē ostendit, qui seipsum deiecit, & vilem dicit (quid enim mirum si seipsum tolleret) sed qui ab alio probris respersus charitatem in illum integrã atq; inuiolabile seruat. Anima tuerti cenodoxix demone dū cogitationes fratri suggereret, alteri quoq; prius eas reuelasse, vt cum ab eo quæ in corde suo versarentur, audiret, hūc veluti præcognitorem ac beatū diceret. Ipsa quoq; corporis membra carere repertinosq; corpori tremores excitare cōsuevit impur⁹ hic spiritus. nō illū audias, cū tibi vt episcopatū vel mōasterij principatū suscipias, ingerit. Est. e. laboris immodici canē à macelli menta
amo.

1. Sai. 3.

1. Cor. 2.

anouere. Solet cū viderit aliquos vel modicum in quietis proposito ac tranquillo statu profecisse, mox vt relicta heremo ad seculum proficiscatur hortari. Abi inquiens in salutem animarum pereuntiū. Alia Ethyopum est: & alia statuarum forma, ita & alius modus est inanis gloriæ eorum qui in seculo morantur, alius eorum qui in desertis degunt. Secularium aduentus præuenit inanis gloria, leuiioresque monachos aduenientibus obuiam progredi hortatur, eorumq; prouolui pedibus. Itaq; cum sit superbia plenissima, humilitatem simulat, mores, habitum, incessumq; morando componit, submissaq; loquitur voce, atq; ad manus peruenientium vt aliquid accipat respicit Dominos ac patres & primarios appellat, & qui post deum sint vitæ illorum causa. Ad mensam residentes abstinere hortatur, & inferiores absq; misericordia exagitat. Eos qui in psalmodia negligentiores esse solent, fortiores facit. Mutisq; & sine voce venustatem vocis adiecit, somniculososq; vigilantes efficit, adularur ei qui præest canonū, primatumq; sibi largiri affectat. Et dum hospites abscendant patrem illum & magistrum nominat. Eos qui honorati sunt superbos facit, & qui despecti iniuriæ memores ostendit. Cenodoxia nonnunquam pro honore ministravit ignominiam, suis enim discipulis irata, confusionem illis maximam induxit. Cenodoxia feruidos iracundiā mites in conspectu hominū & mansucos fecit. Hæc naturalibus bonis & donis vt plurimum insilit & per ea infelices trahit vel sternit. Vidi dæmonem socium ac fratrem suum perturbasse atq; effugasse. Nam cum aliquando frater irascereur, aduenientq; interea seculares hospites: ex iracundia in cenodoxiam translatus est miser, sum

simul enim vtrique seruire nō poterat. Is qui seipsum cenodoxiæ vendidit, duplicem viuit vitam. Nam inter monachos habitu degens, in seculo mente & cogitatione versatur. Si ad supernā gratiam festinemus accurrere, supernam gloriā degustare studeamus. Qui enim illam degustauerit terrenam omnem protinus contemnet. Miror enim si quis absque illius gustu hanc possit aspernari. Sæpe fit vt q; ab inani gloria prædatis ac vastati fuimus, conuersi postmodum illam acrius vastemus. Vidi quosdam operarios spirituale exercitiū inani gloria cœpisse, abiectiq; postmodum noxiō vitiosq; principio correctā intentione, laudabili fine, quod minus rectè cœperant, consumasse. Qui in prærogatiuis naturalib; puta acumine, peritia, lectione, pronuntiatione, ingenio, cæterisq; omnibus quæ nobis sine nostro labore proueniunt, extollitur: hic nunquam eis quæ supra naturam sunt bonis potietur. Qui enim in modico infidelis est, in multo quoque inuidelis erit. Eiusmodi vero est seruus inanis gloriæ. Pleriq; vt supernam tranquillitatem, diuitiasq; gratiarū ac miraculorū per præparationē & virtutē prænoscedi adipiscantur: corporalia in cassum conuerterunt, ignorant es miserique quod nō labores, sed summa humilitas huiusmodi munera pariat. Qui munera pro laborib; exigit, hic periculosum iecit fundamentum, qui vero seipsum debitorem æstimat, is iniperatas gratiarum opes repente suscipit. Caue ne proditori vnaquā obtemperes, cum te quasi pro audientium utilitate virtutes propagare suggerit. Quid enim proderit homini si mundo vniuerso prouit, sibi vero ipsi detrimentum faciat? Nihil æque vt humilis, nec vlla simulatione fucatus habitus, intuentes ædificare poterit. Fit enim & alijs viaticum, nunquā extolli

Lucæ 16.

Quo quid maius ad vtilitatis rationem esse possit, non video: Notauit quidam ex his qui videre acutius poterant, narrauitq; quod viderat: Cum sederem, inquit, in cœtu quodam, aduenientes ad me, cenodoxiæ & superbiæ dæmones iuxta me ex vtraque parte sederunt, & vnus ex his quidem digito suo illo nouissimo pulsauit latus meum, hortans vt aliquid quod ad contemperationem pertineret; siue opus quodlibet in deserto à me gestum loquerer. Quem cum à me expulissent dices: Conuertantur retrorsum & erubescant, qui mala cogitant mihi protinus is qui à sinistris erat ad aurem mihi dixit. Eya bene fecisti: magnusque effectus es, quippe qui imprudentissimam matrem meam viceris. Ad quem ego rite sequentes versus assumens, dixi: Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi. Eya bene fecisti. Eundem ego cum interrogassem quomodo inanis gloria sit superbiæ mater, ita respondit. Laudes, inquit, animam eleuant, & inllat porro cum anima ad elationem venerit iam tunc illam superbia assumens in cœlum vsque attollit, & vsque ad abyssos deiecit. Quædam gloria est quæ à Domino prouenit. Ego enim (inquit) eos qui me glorificant glorificabo: est & alia quæ ex diabolico apparatu & fraude proficiscitur. Væ enim inquit, cum vos benedixerint omnes. Priorem apertissimè cognoscites, vt illam detrimentum existimans, omni conatu auersatus fueris, & quocunque proficisceris conuersionem tuam occultaueris. Secunda verò cum vel parum aliquid, vt ab hominibus inspiciaris, operatus fueris: fingere eam quæ in nobis non est virtutem, scelerata suggerit. Sic enim, inquit, luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Plerumque

Domini

Dominus inanis gloriæ cupidus, in illius odium, per aliquam contingentem, sibi ignominiam traiecit. Cuius odij initium est oris custodia, amorque vilitatis & ignominix. Medium vero intellectuum omnium inanis gloriæ studiorum amputatio. Finis vero (si tamen vllus est abyssus finis) ea omnia coram multitudine studiosè ac sine vlllo doloris sensu quærere, quæ ad ignominiam pertinent nostram. Noli confusionem tuam abscondere, quasi id veritus ne sibi videaris offendiculum ponere. Iam vero etiam secundum culpam & erroris speciem, non eodem fortasse medicamento semper vtendum est. Quoties nos gloriam adiuocauerimus, siue cum inuocata ab alijs tamen ad nos præmissa, peruenerit, siue cum ad inanem gloriam studiosè aliquam facere tentamus, luctus nostri meminerimus, ac nostræ secretioris ac trepidæ orationis, prorsusque illius improbitatem obtundemus, atque in reuerentiam transferemus: si tamen veræ orationis nobis cura est. Sin autem, vel mortis nostræ considerationem citius arripiamus. Si verò ne id quidem possumus, vel eam confusionem metuamus, quæ gloriam inanem sequitur. Qui enim se exaltet, humiliabitur: non futuro tantum seculo, sed etiam in presenti. Quoties nos laudatores, imo vero seductores laudare ceperint, citius iniquitatum nostrarum multitudo memoriæ occurrat, inueniemus nos ipsos indignos, his quæ in nostrum laudem dicuntur vel geruntur. Sunt inter inanis gloriæ studiosos, qui in quibusdam petitionibus suis exaudiri à Deo debeant, quorum Deus ideo anticipare orationes & preces concessit, ne per orationis studium id quod petierant accipientes, superbiorez fiant. Non valde solent,

N 2

qui

qui simpliciores sunt in venenum istud incidere Cenodoxia quippe est simplicitatis amissio, fictaque institutio : vermis plerumque dum excreuerit, natis alis in sublime subuectus est, ita & consummata inanis gloria, superbiam peperit : quæ malorum omnium dux, princeps & consummatio est.

Annotatio in Gradum, 21.

Cenodoxia ἀπὸ τοῦ κενῶς, quod vacuum vel inanem, et ἀόφας quod gloriam sonat, Grecis componitur : & inanem gloriam significat, quam veteres nonnulli tanquam speratum à superbia capitale vitium posuerunt. Hanc toto 11. libro suarum institutionum prosequitur Cassianus. Cenodoxia licet multiplex sit, & in varias species diuidatur, generata tamen eius sunt duo. Primum quo pro carnalibus aut manifestis extollimur rebus. Secundum quo pro spiritualibus & occultis desiderio vanæ laudis inflammanur. Vna tamen ve Cenodoxia vitiliter ab incipientibus assumitur, ab his duntaxat qui adhuc vitij carnalibus pulsantur : vt verbi gratia, si illo tempore quo fornicationis spiritu perurgentur, mente conceperint alicuius status dignitatem, in qua sancti & immaculati esse credantur, & ita immundos concupiscentiæ stimulos quasi turpes atque indignos vel existimationi suæ vel ordini illi indicantes, hac saltem contemplatione declinant, minori modo id quod minus est reuidentes, vt Abbas Serapion in sua refert collatione.

De superbia, Gradus, XXII.

Superbia est dei abnegatio, inuentio dæmonum, aspernatio hominum, condemnationis mater, sterilitatis augmentum, laudum progenies, diuini adiutorij expulsio, stuporis præcursor,

cursor, lapsuum ministra, casus materia, iracundiæ fons, simulationis ianua, firmamentum dæmonum delictorum custos, duritiæ & crudelitatis artifex, compassionis & misericordiæ ignoratio, amarus exactor, immitis iudex, dei aduersatrix. Initium superbiæ, finis est inanis gloria: Medium vero despectio proximi, & laborum suorum impudens divulgatio: Laudis amor, ex corde reprehensionis odium: Finis autem est abnegatio diuini adiutorij, proprijque studij elatio & confidentia, dæmoniacus mos. Audiamus intenti omnes, qui foueam istam cupimus effugere: A gratiarum actione plerumque hæc pestis terribissima solet incrementa suscipere. Neque enim initio improbe deum abnegare suggerit. Vidi quendam deo gratias ore agentem, sensuque superbe gloriantem. Testatur id apertissimæ phariseus ille qui dixit: Deus gratias ago tibi. Vbi ruina contigit, ibi antea superbia tabernaculum fixerat. Prius enim illud hoc subleuens inducit. Audiui insignem quendam & honorabilem dixisse virum, duodecim esse passiões ignominia, de quibus si vnã hanc (elationem dico) voluntate diligas, sola ea reliqua um vnde cum locum implebit. Altum sapiens monachus cõtradicit vehementer, humiliter autem sentiens, contradicere nescit. Non sustinet cyprissus in terram inclinari, neque monachus elatus corde obtemperare. Vir excelso corde dominari appetit. Alter enim perire vtunque non potest. imo non vult. Superbis deus resistit. Quis iam illos miserari potest? Immundus apud deum est omnis elato corde, quis iam huiusmodi mundare poterit? Disciplina quidem superborum lapsus est, stimulus dæmon, derelictio autem stupor. Et in illis quidẽ prioribus homines ab hominibus, sæpe curati

sunt, extremum vero curari ab hominibus nō potest. Qui reprehensionem a se excutit, hoc se se morbo laborare significat, qui vero illam admittit, pestis eius vinculo solutus est.

Si absque alio vitio hoc solo cœlestis quidam de cœlo corruit, quærendum an forte humilitate sola, siue virtute, alia possibile sit in cœlum ascendere. Superbia est diuitiarum virtutis, sudorūque perditio. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret. Idcirco penitus, quia superbia id fecerunt: Clamauerunt ad dominum & non exaudiuit eos, ideo omnino quia causas contra quas orabant non absceiderunt. Superbientem fratrem probatissimus quidam ac discretissimus senior specialiter corripuit. Ad quem ille cæntiens, ait: Ignosce pater, neque, naniter glorior, neque superbus sum. Tunc sapientissimus senior ad eum: Et quo nam, inquit, modo fili declarare manifestus potuisses te hoc morbo laborare? Talibus itaque plurimum confert subiectio deuota transiit atque ignobilis institutum vitæ, virtutumque clarissimorum patrum earum quæ naturam excellere videntur intentissima lectio. Fortasse vel sic erit huiusmodi languentibus aliqua salutis spes. Pudor est alieno ornamento gloriari extremæque, dementiæ de donis extolli. Quæcunque tibi ante natiuitatem fuere virtutum bona eis solis gloriare. Nam quæ post generationem tibi deus largitus est, vt ipsam quoque natiuitatem. Quas ergo virtutes præter mentem, acquisisti, illæ solæ tuæ sunt. Mentem enim tibi largitus est deus. Et quæ extra corpus exegisti certamina, ex tuo solo studio fuerunt. Corpus quippe non tuum est opificium, sed dei. Noli confidere quo ad sententiam suscipias. Cum videas quendam qui postquam introductus in thalamum

mum fuerat atque discubuerat, ligatis manibus, & pedibus in exteriores relegari tenebras. Noli elata ceruice gloriari, luteus cum sis. Plurimi enim qui sancti atque omni materiæ pudore fuerant liberi de cœlo deiectioni sunt. Cum in suis operarijs locum cœperit dæmon, tunc iam ipsis in somnis, aut per visum in figura sancti angeli vel martyris alicuius apparens, mysteriorum reuelationem vel gratiarum munera largitur, vt per hunc modum seducti miseri, perfecte demum sensu integro & sanitate mentis excidant. Etiam si mille mortes pro Christo pateremur, nec sic quidem satisfacere aut debitum nostrum implere possemus. Alius quippe est dei, alius seruorum sanguis (secundum dignitatem dico) non secundum substantiam. Nunquam nos ipsos disquirere & dicere desinamus, iugiter probatissimorum patrum qui ante nos luminarium in modum splenduerunt, vitam ac mores intueamur, nosque ad illorū comparationē studiosius examinemus, tunc sane, tunc nos ipsos ne vestigium quidem diligentioris conuersationis attingisse inueniemus, sed seculari adhuc instituto immorari. Monachus proprie est animi oculus omni elatione carēs, immobilisque corporis sensus. Monachus est qui hostes ferarum in morem prouocat & irritat, cum illi ab ipso fugiant. Monachus est iugis excessus mentis ac mœror vitæ. Monachus est qui ita virtutibus affectus est, vt esset voluptatibus alius. Monachus est lux cordis, oculos iugiter irradians. Monachus est humilitatis abyssus, spiritum omnina præcipitans & suffocans. Superbia est factus obliuionem peccatorum ingerens. Nam illorum perpetua memoria humilitatis est opifex. Superbia est animæ suprema inopia, dum illa

diuitias imaginatur, lucemq; esse in tenebris existimat. Non solum non permittit hæc execrabiliæ pestis in anteriora progredi, sed etiã ex altitudine deiicit. Superbus est punicum malum interius putridum, exterius vero decorum preferens. Superbus monachus dæmone opus non habet, ipse enim sibi iam & dæmon & hostis & inimicus est. Alienissimæ sũt à luce tenebræ: & ita superb. à virtute omni alienus est. Sunt in superbiorum cordibus blasphemix verba, in animabus autem humilium cœlestia dona. Solem execratur fur, superbus vero mitis aspernatur. Nescio quo pacto seipsum plerique superbi latuerunt, & cum se putarent esse impatibiles, in exitu paupertatem suam cognouerunt. Qui hac labe deprehensus fuerit, domini auxilio illi opus est: Vana est enim illi salus hominis. Deprehendi enim seductricem hanc sine caute mecum aduenisse, matris suæ humeris inuictã, ambasq; manus obedientiæ vinculo illaqueans, vilitatisq; flagello verberans, qualiter in me essent ingressæ dicere cogebam. Itaque cum cogentur aiebant: Nos neq; initium habemus neque natiuitatem, principes enim & genitricis sumus omnium vitorum. Oppugnat autem modice nos contritio cordis ex subiectione initium sumens. Nullius imperio subijci patimur, ideo in cœlis quoque seditiones mouemus. Nos (vt totum simul audias) omnium quæ sunt cõtraria humilitati genitricis sumus, cuncta quippe quæ illi iustragantur nobis aduersissima sunt. Nos ignominias, obedientiam, iniraſcentiam, obliuionẽ iniuriarũ, & ministeriũ sequi sæpe consueuimus. Porro stirpes nostræ sunt spiritaliũ lapsus, iracũdia, detractio, amaritudo, clamor, furor, blasphemia hypocrisis, odium, inuidia, contradictio, suo quam alterius

malle

malle regi moderamine. Obedientia vnum & solum est in quo conarus omnes virium nostrarum deficiunt. Idq; tibi coacte dicimus. Si te ipsum coram domino ex intimo cordis affectu semper accuses, nos vt araneas contemnes. Nam vt vides superbia est equus cenodoxiæ quam confendi, sed sancta humilitas & suipsius iugis accusatio, ridebunt & equum & ascensorem eius triumphaleque carmen suauissimè canentes: Cantemus, inquit, domino glorio .e.m.e.e. & a proiecit in mare, & in humilitatis abyssum.

Exodi. 15.

De ineffabilibus cogitationibus & blasphemie.

Gradus XXXIII.

SA Eux radice & matris seuiorem esse progeniem in superioribus audiuimus, videlicet nephariæ superbiæ sceleratam filiam blasphemiam. Idcirco necesse est eam in medium adduci. Neque enim quiuis est inimicus, sed hostibus omnibus immanior & grauior. Et quod durius est, non facile spiritali medico enunciari aut cõfitendo denudari potest. Quo circa plurimis non nunquam desperationis & diffidentie causa fuit, omni illorum consumpta spe, non secus quam à verme consumitur lignum. Ille igitur sceleratissimus vt sæpe alias ad sanctam synaxim, & ad ipsam horrendam sacrorum mysteriorum horram blasphemare deminim, & in ipsa qua consummantur sacra solet. Ex quo maxime manifeste colligimus, non esse animam nostram, quæ illa intus verba locuta sit impia & non ferenda, sed dæmonem, **D E** i bonorumque omnium aduersarium, qui de cœlis deiectus est, quod illic dũ se per superbiam extollit in deum, quoq; blasphemat

N 5

bras

mias & contumelias iaculari visus est. Nam si mea sunt turpia illa & scelerata verba, quid est quod donum 2 celeste suscipiens adoro? Quomodo possum vnà & benedicere & maledicere.

Plurimos seductor iste, animarumque corruptor in stuporem & amentiam sæpe deducit. Nulla enim alia cogitatio ita difficilis vt ista enunciaripotest. Quocirca & multis plerunque confucuit euenire. Nihil enim ita dæmones cogitationesque contra nos roborat, vt eas inconfessas in corde nutrire atque occulere. Nemo sibi verborum blasphemiam causam imputet. Cordis quippe cognitor dominus nouit nostra non esse huiusmodi verba & inuenta, sed hostium nostrorum. Ebrietas offendendi causa est, & superbia cogitationum, indecentium, atqui is quidem qui offendit, non quia offenderit, sed quia ebrietatis causa id passus est, omnino punietur.

Cum ad orationem statum 3 immundæ illæ in fandeque cogitationes nobis importunè obstre-punt. At cum orationem finierimus, protinus excedunt. Neque enim oppugnare eos solent, qui aduersum illas non dimicant. Non solum autem deum sed & diuina omnia impius ille spiritus blasphemat, & turpissima quædam & teterima verba nobis intellectualiter loquitur, vt aut orationem deseramus, aut nos ipsos in desperationem deiiciamus. Plurimorum quidem intercæpit orationem, multos, à sacrorum mysteriorum communione separauit, quoniam corrupta mœnore tabescit, alios per ieiunium domuit, nequam hic & inanis tyrannus, nullamque eis re-

quicm

quem concessit. Idque non solum in seculi hominibus, verum & quoque qui monasticam vitam subierunt fecit, nullam eisiam salutis spem reliquam improbitimè suggerens, infidelibusque omnibus & ipsis quoque gentilibus miserabiliores esse denunciatis.

Qui blasphemiam spiritu se perturbari sentit, atque eo liberari cupit, pro certo habeat non suam animam huiusmodi cogitationum esse causam, sed impurum illum spiritum qui aliquando domino dixit: Hæc omnia tibi dabo, si proci dens adoraueris me. Idcirco nos quoque contemnes ipsam & quæ ab illo dicuntur nihil existimantes, securi & intrepidi dicamus.

Vade post me satana, Dominum Deum meum adarabo & illi seruiam: sermo autem domusque tuus in caput tuum conuertetur, & in verticem tuum blasphemiam tua descendet, in presentem & in futuro seculo. Qui præter hunc modum aduersus blasphemiam spiritum pugnare velit, is ei similis est, qui manibus suis coruscationem continere nititur. Nam quomodo vel comprehendere vel resistere aut recludari aduersus eum poterit, qui repente in cor ventus intrat, pertransit, habetque verbum momento velocius, confestimque effugit. Nam hostes quidem reliqui insistant, perstant, morasque trahunt, tempusque aduersum se pugnantibus præbent, hic autem simul cum apparuerit abscondit se statimque velatus est, mentem pertransit. Solet plerumque in simpliciore atque puriorum mentibus huiusmodi demon immorari, quod hi maxime vehementius cæteris concuti & perturbari cõsueverunt. Quibus sane nõ dicimus id ex superbia aliqua propria sed ex dæ-

MO

monum inuidia & calliditate contingere. De
 finamus tandē iudicare & condemnare proximū,
 & cogitationes blasphemie nō meruem⁹. Id enim
 huius & occasio & radix est. Sicut qui in domo in-
 clusus, audit exterius prate: euntium verba, nec
 tamen cum eis ipse colloquitur, ita & anima qua
 in se ipsa degit, dæmonis blasphemias auscultans,
 quas per illam transiens loquitur, non turbatur.
 Qui hunc spiritum despicit lib. euasit: qui vero illi
 aliter reluctari nititur, tandē subiacet. Qui enim
 verbis spiritum continere vult, is ei similis est qui
 ventos includere nititur. Monachus quidam stu-
 diosus cum ab eo perturbaretur ad viginti annos,
 carnem suam ieiunijs & vigilijs macerare non de-
 stitit, cum vero nullam vtilitatem se inde cepisse
 sentit, et profectus conscriptam in carta perturba-
 tionem ac tentationem suam sancto cuidam ac
 probatissimo seni obtulit, in faciem prostratus, nec
 illum intueri valens. Vt autem legit senior subri-
 sit, fratremque erigens dixit: Pone sili manū tu-
 am super oculum meum. Quod cum fecisset, ait il-
 li senior: Super collum meum sit frater hoc pecca-
 tum, quotquot annis te oppugnauerit vel oppu-
 gnaturū sit. Tu autem id obserua, vt hoc iam flo-
 cipendas, & nihil aestimes. Quibus verbis ita ro-
 betratus est frater, vt nō ante cella senis excederet,
 quā huiusmodi morbo euanesceret. Hoc autem
 is qui expertus est mihi postea enarrauit, Deo gra-
 tias referens

Annotationes in Gradum. 23.

- 1 Blasphemia Græca dictio est ἀπό τῶ ἑλασθημεν, quod
 conuicij incesso, impiē & irreligiosē loquor significat:
 Apud Ethnicos etiam de eo dicitur qui fame & hono-
 ri ali.

ri alicuius hominis derogat: quare Demost. non semel,
 ἑλασθημεν πῶς παρὸς. i. obirectare patri dixit. Apud
 Christianos vero antihonora: icē pro solius excellentie
 diuine derogatione sumitur, & per quendam anolo-
 giam etiam sanctorum. Triplex à Scholasticis Blas-
 phemia statuitur: Si enim per intellectum vel affe-
 ctum fiat, & in corde aut cogitatione consistat, cordis:
 Si autem prodeat per locutionem, oris blasphemiam:
 Si per facta, facta blasphemia vocant. De priori genere
 agit hic Climacus. Obseruanda hic audacia dæmonis,
 cui nō satis est hoc execrabili, & omnium criminum
 grauissimo, blasphemie vitio plebeos et seculares impu-
 gnare, sed etiam sanctissimos istos monachos huiusmo-
 di blasphemie cogitationibus audet infestare, etiam
 circa ipsam Eucharistiam, in qua excellentissima dei
 gloria relucet. Vere de eo dictum est: Ecce ab-
 sorbebit fluium (vulgares homines) & non mirabi-
 tur: & habet fiduciam quod influit Iordani (electi et
 sancti) in os eius Job. 40.

- A contrarijs probat huiusmodi cogitationes non suas
 esse sed dæmonis. Si enim ait Eucharistiam cum sum-
 ma reuerentia suscipiens vt De uadorem, quomodo de
 ea male sentire possum? Nota hic lector Adoratio-
 nem Sacrosanctæ Eucharistiæ ante mille ducentos an-
 nos in vsu fuisse.
- 3 Cū ad orationē stamus ait, et rectè: Aegyptij enim
 & Syri monachi stantes in supplicatione maiorem tē-
 poris partem consumebant. De hac oradi disciplina vi-
 de Casian lib. 2. institut. Monast cap 7.
- 4 Eodem hoc consilio Pimenius abbas fratrem à blas-
 phemie cogitationibus liberauit: Cui cum impugnare-
 tur semper clamare iubebat, Ego hoc opus non habeo.
 Blasphemia tua super te sit Satan. Vide in vitis patrū
 2. parte § 23.

De mansuetudine & innocentia per gratiam qua-
sitis. Gradus XXIII.

Percurrit quidem solem matutina lux, om-
nem vero humilitatem mansuetudo præcel-
lit. Quocirca lucem ipsam audiamus; ita eas
gradatim ordinantem: Discite, inquit, à me, quia
mitis sum & humilis co. dis. Iustum ergo est & le-
gitimum ante solem luce illustrari, atque ita de-
mum clarius solem intueri. Fieri enim non potest
vt hunc intueatur, qui lucem antea non cognoue-
rit, vt beatorum docet inflitutio. Mansuetudo est
animi incommutabilis status, æque in honorib⁹
se & ignominijs habens. Mansuetudo est in pertur-
bationibus proximi, pro illo affectu summo atque
integerrimo orare. Mansuetudo est supereminens
ira: un diæ pelago scopulus. Mansuetudo est firmam
entum patientiæ, charitatis ianua, imo vero ma-
ter, discretionis argumentum. (Docebit, inquit,
dominus mitres vias suas) veniæ ministra, confi-
dentia in oratione, spiritus sancti diuersoriū. Ad
quem enim, inquit, aspiciam, nisi ad mansuetum
& quietum & trementem se. me. nes meos: Man-
suetudo est obedientiæ adiutrix, fraternitatis dux,
furentium frenum, irascentium retinaculum, gau-
dij indultrix, imitatio Christi, angelorum propri-
etas, dæmonum nexus, atque auaritudinis clipe-
us. In cordibus mansuetorum requiescit domi-
nus, anima vero turbulenta diaboli est sedes. Mi-
tres hereditabunt terram, imo vero dominabun-
tur ei, viri autem insani ac furore præcipites ex
terra sua vastabuntur. Mansueta anima simplici-
tatis sedes, mens autem iracunda nequitiae est op-
ifex. Mitis anima capiet sapientiæ verba dirigit
enim in iudicio mansuetos domin⁹, imo vero in
discres

discretionem. Anima recta contubernalis est humi-
litas, iniqua autē superbię est adulescentula. Man-
suetorum animæ implebuntur scientia, mens ira-
cūdi tenebris iracūdię vel ignorantiae cohabitata.
Ircūdus & simulator obuauerūt sibi, nec inueniri
poterat sermo rectus in discrepatione eorū. Si cor-
prioris explices, inuenies insaniā. Si vero secundi
pseruteris animū, aspicias nequitiam. Simplicitas
habitus est animæ varietate carens, totiusq; per-
uersæ intentionis ignarus, & qui nulla mala cogi-
tatione moueatur. Nequitia est sciētia: imo vero plu-
turpitudine dæmoniaci priuata veritate, & que v-
rimos latere videatur. Hypocrisis est & corporis
& animæ contra ius status, ad inuentionib⁹ omni-
bus implet⁹. Innocētia, letus ac seren⁹ est animi sta-
tus, omni ad inuentionē ac figmēto liber. Aequitas
est intentio curiositate carēs, affect. integer, sermo
purus, neque vlla fictione vel preparationis arte
fucatus, à nequitia remotus. Mundissima est natū-
ra animi in ea qua creata est animi puritate persi-
stens, atque secundum eam omnibus congregiens.
Nequitia est rectitudinis peruersio, intentio sedu-
cta, mentita dispensatio, perplexis verbis annexa
iuramenta, profundum cordis, fraudis abyssus, af-
fuetum transiensq; in habitum mendacium, natu-
ralis exinde tumor, humilitatis aduersarius,
poenitentiae simulatio, fletus elongatio, confessio-
nis inimicitia, propriæ sententiæ voluntarię; de-
fensio, lapsus artifex, resurrectionis aduersatio,
contumeliarū risus, fatua grauitas, ficta religio, dæ-
moniaci vita. Malus est diabolo & familiaritate: cō-
iunctus & nomine. Quocirca & Dominus illū ita
appellā dum monuit in oratione, quam ipse infli-
tū dicens: Libera nos à malo. Fugiamus à simul-
tationis præcipitio & à versutiæ lacu audietes eius
sententi-

*Psal. 36.**1. Ioan. 4.
Cārico. 1.**Psal. 10.**Psal. 0**Psal. 7.*

sententiam qui dixit: Quoniam qui malignantiū
exterminabuntur. Et sicut olera herbarū cito de-
cedunt. Huiusmodi enim pascua sunt dæmonum:
Sicut Deus charitas, ita æquitas quoque appellatur,
atque ideo Sapiens in Canticis ait ad cor: Aequi-
tas dilexit te. Rursusque, Sapiētis huius pater: Bonus
& rectus Dominus. eosque qui hoc cum illo appel-
lantur nomine saluari dicit. Ait enim: Qui saluos
facit rectos corde. Et rursus: Aequitatem anima-
rum vidit & visitauit faciem eius. Prima incremē-
ti puerorum proprietas est simplicitas, omni va-
rietate libera, quam quousque habuit illē Adam,
non vidit animæ suæ nuditatem neque, carnis suæ
turpitudinem. Bona quidem est ac beata illa sim-
plicitas, quæ quibusdam inest naturaliter, longē
tamen illa beator & excellentior, quæ laboribus
& sudoribus ex malitia traducta est vel fuerit. Nam
illa quidem à varietate multiplici ac perturbatio-
nibus protegitur atque illæsa seruetur, hæc vero
altissimæ humilitatis & mansuetudinis genitrix
& alitrix est. Et priori quidem non minima debet
tur merces, sequenti vero laudatissima & incom-
parabilis reddetur. Quicumque ad nos attrahere
dominium cupimus, simpliciter ad illum & absque
vlla fictione & varietate & malitia & curiositate
velut ad magistrum percipiendæ disciplinæ cau-
sa accedamus. Simplex enim illē & integerrimus
cum sit, simplices esse vult & innocentes animas
quæ ad se conueniunt. Nunquā enim videas sim-
plicitatem ab humilitate sepa hram. Malignus
est præuicior mendax, ex sermonibus cogitationes,
& ex habitu cordis intima se comprehendere exi-
stimans. Vidi rectos malignari à malis didicisse,
atque admiratos sum quomodo proprietatem natu-
ræ atque priuilegium amittere tam cito poterunt.

runt. Ut recti facile decidunt, ita difficile pueri
transferrī in rectitudinem possunt. Vera peregrina-
rio & subiectio, laborumque custodia sæpe va-
luerunt mirabiliter insanabilia plurima transfer-
re & curare. Si scientia plurimos inflat, vide si forte
simplicitas & imperitia humiliare consueue-
runt. Verum documentum certusque finis ac for-
ma beatæ simplicitatis beatus Paulus simplex tibi
erit: tantum enim tamque celerem profectum
nemo usquā vel vidit, vel audiuit, vel videre vn-
quam poterit. Monachus simplex rationale iumentum
est obediens, quod onus suum ductori suo pro-
fecte deposuit, trahentem sequitur ut vult, donec
mactetur: contradicere non nouit. Difficile diuites
ingrediuntur in regnum, stulti que sapiētes in
simplicitatem. Ruina sæpe eos qui ex malis aucti-
ores fiunt frugales facit, salutem illis atque inno-
centiam inuitis largiens. Pugna & contende totis
viribus stultitiam tuam sapientiam decipere, at-
que ita faciens inuenies salutem & æquitatem in
Christo Iesu domino nostro. Amen.

Annotatio in 2. 4. Gradum.

*Paulus hic simplex Pauli primi heremite vel (ut
alij) S. Antonij discipulus fuit. Eius anachoretas
causa fuit, quod uxorem suam in adulterio comprehen-
disset: quo viso statim domo egressus, nulli quicquam
dicens, in eremum se contulit. Multa huic sanctus
Antonius præcipere solet, etiam ea que absurda
videbantur, ut & cum in obedientia probaret,
& alios ad piam emulationem pronocaret. Haurire
namque eum aliquando aquam iussit ex puteo, &
statim effundere, idque totum diem continuare: Con-
textas sportas resolvere, & iterum texere: Vestimen-
tum dissoluere, ac denuo consuere, iterumque resolvere, &
pluribus huiusmodi exercitijs memoratur à B. Antonio
probatum*

probatum, adeo ut in nullo contradiceret. Talem simpliciter in monacho requirit hic Climacus. Plura de hoc Paulo vide in eius vita, quae inter vitas patrum parte prima fufius narratur.

De viduice passionū omnium altissima humilitate.
Gradus. XXV.

QVI diuinæ charitatis propriè, sanctæque humilitatis competèter, & beatæ castitatis verè ac diuinæ illustrationis firmiter, timorisque domini sine mendacio & certò, cordis fiducia sine errore sensum atque affectum & vim visibili modo enarrare vult, eosque qui hætenus non gustauerunt, huiusmodi narratione se illustrare putet, siquid aliquid ei facere videtur, qui eos qui melius nunquam gustauerunt, huiusmodi illius dulcedinem verbis & exemplis docere nititur. Sed hic sane frustra defudat, & in casu & superfluo loquitur. Nunquam enim id efficit quod vult: prior autem ille aut imperitus est narrationis suæ, aut inani gloria vehementer illuditur. Adiecit sermo thesaurum includere in vasis fictilibus, imò vero in corporibus reconditurum, cuius neque agnosci, neque vllis verbis exprimi possit. Solus enim titulus supernæ incomprehensibilis ingentem atque infinitum perferendi laborem verbo quærentibus præstat. Eratautem titulus huiusmodi. Sancta humilitas. Quicumque dei spiritu agitur, in nobis um ad intellectuale hoc sapientissimūque conciliam conueniant. Scientiæ tabulas diuinitus scriptas & manibus intellectualiter ferentes, conuenimus & quæsiuimus ac discutimus venerandi tituli virtutem. Et alius quidem hæc esse dicebat recte factorum intentissimam obliuionem al-

ius

ius vero extremum se omnium, magisque peccatorum obnoxium existimare. Alius metis cogitationem, qua scilicet imbecillitatem propriam infirmitatemque cognoscit. Alius verò in irritationibus anticipare proximum, primumque iracundiam solvere. Alius gratiæ Dei & misericordiæ agnitionem. Alius rursus contriti animi sensum ac voluntariæ propriæ abnegationem. Ego vero cum omnia audissem apud meipsum diligenter & vigilanter examinans beatissimum illius sensum per auditum addiscere non potui. Quocirca & omnium nouissimus velut canis cadentes micæ ex mensa probatissimorum beatissimorumque patrum colligens, de hac singulari virtute ita diffiniens, dixi: Humilitas est animi gratia sine nomine, solus apud eos nomen habens, qui illius experimentum ceperunt. Humilitas est ineffabilis diuitiarum Dei appellatio & donum. Discite enim, inquit, non ab angelo, non ab homine non à tabula, sed à me, hoc est, à mea in vobis habitatione & illustratione & operatione, quia mitis sum & humilis corde, & cogitatione & sensu, & inuenietis bellorum quietem & alienationem cogitationum animabus vestris. Aliud est vitis huius in perturbationum adhuc tempestate spectaculum, aliud in vernò fructuum tempore, aliud in estate virtutum. Et si in vnam lætitiā & frugem vitis vnus spectacula ista concurrant, vnde verè & propria signa & argumenta fructuum habent? Denique quoties in nobis sanctæ huius virtutis florem ceperit botrus, mox humanam omnem gloriam & famam cum dolore excramur, iracundiamque & furorē à nobis penitus eliminamus. At cum iam spirituali ætate in animo profecerit hæc regina virtutum, in nihilum verò

imo in execrationem cuncta quæ à nobis geruntur bona existimamus, & in diebus singulis oneri nostro nos adijcere per occultam dissipationem arbitramur. Porro diuinorum copiam nobis indultorum munerum (vt qui hanc præter meritum nostrum acceperimus) additionem fore cruciatum amplioris suspicemur. Ideo tunc quoque manet inuiolabilis mēs nostra, seipsam intra mediocritatis sæculum tutissimè continens, furumque tantummodo strepitum ac ludibria audiens, atque in his omnibus inuiolabilis permanens. Siquidem inuiolabile penetrale huiusmodi est mediocritas. De sterum itaque perturbatione celerique profectu virtutis huius sempiternæ fructificantis breuius discernisse satis est. Iam vero quod sit huius virtutis perfectum præmium. Quicumque Domini familiares estis, ipsum interrogate. De quantitate, igitur ipsius dicere non possum, rursus de illius qualitate loqui, longè impossibilius censeo. De proprietate ergo eius (vt initio institueramus) dicere conemur. Solers & accurata pœnitentia luctusque, quibus omnis macula diluitur, sanctissimaque rudium humilitas, tantum ab inuicem differunt quantum à pane frumentum & farina. Cõteritur quippe prius animus & per efficacem pœnitentiam exterminatur vnitur vero quodammodo, atque (vt ita dixerim) admiscetur Deo per aquam integerrimi luctus, ex quo etiã igne Domini successa solidatur in panem sancta humilitas, fermento iam omni & tumenti fastu libera. Vnde & in vnã virtutem actionemque seipsam conglobans sancta hæc cõfrans tribus annulis catena, imo vero cœlestis iris, suas quodammodo proprietates habet, quodque alterius signum esse dixeris, hoc alterius quoque notionem esse reperies. Ideoque quod breuiter à

me

me dictum est, curabo exemplis atque autoritate firmare. Proprietas quippe honestissimæ huius atque omni admiratione dignissimæ trinitatis prima atque præcipua est, ignominia suauissima & iucundissima permissio, quam anima vt morbos suos, & peccata maxima sedet atque consumat, supinis manibus expectat atque cõplectitur. Secunda vero est omnis iracundiæ victoria, atque in eius extinctione seruata mediocritas. Tertius autem gradus optimus est, vt & bonis suis nunquam aliquis infideliter credat, iugiterque addiscere desideret. Finis quidem legis & prophetarum Christus ad iustitiam omni credenti. Finis vero immundarum passionum inanis gloria & superbia omni non aduertenti. Quartum cum interemptrix sit intellectualis ista terna, contubernalem suum omni veneno mortifero seruat illæsum, vbi in illa hypocrisis appareat venenum, vbi detractionis rubigo, vbi serpens aliquis occultari in ea possit, quin statim ex cordis cauernis & terra in lucem adductus occidatur. Non apparet in huius coniunctione odium, non detractionis species, non inobediendiæ vllus odor, nisi forte fidei ratio periclitetur. Tunc enim obtemperare perfidiæ, consilium non fuerit. Qui huic veluti sponsæ sponsus vnitur, mitis, placidus ad compunctionem, facilis atque misericors est, super omnia autem tranquillus, serenus, obtemperans, & freni patiens, hilaris, vigil, impiger erit. Et quid me necessarium erit multa prosequi placida semper animi tranquillitate beatus erit. Siquidem in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus, & redemit nos de inimicis nostris. Monachus humilis non curiosè abdita requirit, superbus vero iudicia quoque Dei curiositate illicita discutiet. Quendam probatissi-

Rom. 10.

num & discretionem maxime ornatum fratrum
 astantes demones, ita ut oculis eius apparerent
 visibiliter, beatum illum predicabant. Ad quos
 ille sapientissime: Si quidem me in mentis ac ani-
 mæ cogitationibus laudare destiteritis, ex disces-
 su vestro magnum me existimabo, si vero me
 laudare non desinitis, ex laudibus vestris fecdi-
 tatem meam conicio. Immundus quippe est,
 pud deum, omnis sublimis corde. Aut igitur a-
 bite, & magnus factus sum, aut si placet laudate,
 & ampliorem vestri causâ acquiram humilita-
 tem. Moxque illi incipiti verbo stupefacti eua-
 nuerunt. Cauene sit anima tua canale huius vn-
 dæ vitalis, vream quidem nunc emanet, nunc
 vero emanare desinat, gloriæ & elationis ardo-
 re consumpta, sed sit beatæ tranquillitatis fons,
 pauperatis fluium semper ex ipso gignens, Me-
 memento charissime, quod valles in seipsis fructu-
 tum spiritualiumque multiplicant fructum. Val-
 lis est humilis anima inter medium montium,
 sine arrogantia semper atque immobilis perman-
 ens. Non ait scriptura, ieiunavi, non ait vigilavi,
 non habui requiem, sed humiliatus sum, & salua-
 uit me celeriter dominus. Poenitentia quidem sus-
 citat, luctus vero cælum pulsât, sed sancta humi-
 litas aperit. Ego autem trinitatem in vnitate, &
 in trinitate vnitatem dico atque adoro. Cuncta
 quidem quæ videntur sol illuminat, omnia vero
 quæ geruntur ratione roborat humilitas. Si non
 ad sit sol, plena sunt tenebris omnia, & nisi ad sit
 humilitas, nostra omnia & foetida & extrema e-
 runt. Vnus in omni creatura locus² semel aspe-
 xit solem: & vna plerumque cogitatio peperit hu-
 militatem: vno & solo die mundus omnis exul-
 tauit, & vna virtus, hæc est quam imitari non
 pos-

possunt demones. Aliud esse dicitur extolli, ali-
 ud non extolli, & aliud humiliari. Prior enim om-
 nem diem iudicat, sequens vero non iudicat:
 porro tertius cum in demanatus sit semper seipsum
 condemnat. Aliud est humilem esse, aliud conari
 esse humilem & aliud laudare humilem. Prius il-
 lud perfectorum est, secundum veracium obedi-
 tium, tertium vero omnium fidelium. Qui in intimis
 humilis est à labijs non lædetur, quod enim the-
 saurus non habet hoc ianua non p. odit. Solitarius
 equus nonnunquam currere videtur, at si gregi
 societur tunc suam agnoscit tarditatem. Si iam
 in naturæ bonis cogitatio gloriari desinat, princi-
 pij sanitatis argumentum est. Sed quousque fec-
 torem illum hauriat, vnguenti odorem sentire
 non poterit. Non increpabit, non iudicabit, non
 dominari appetet, non circumvenietur is qui a-
 mori meo est deditus, quo ad mihi coniungatur,
 ait humilitas sancta. Nam post coniunctionem
 meam ei iam lex³ posita non est. Cuidam fortis-
 simo athletæ Christi, qui ad hanc beatissimam
 virtutem festinabat impuri demones laudem
 in corde sublimabant. At ille diuina inspirati-
 onæ malignorum spirituum nequitiam pio &
 religioso compendio vincere aggreditur. Descri-
 bit in cellulæ pariete altissimarum virtutum ap-
 pellationes, puta perfectæ, hayitatis, angelicæ hu-
 militatis, mundissimæ orationis inconuptibilis
 castitatis & huiusmodi virtutum reliquarum. Cui ergo
 illi cogitationes extollere cepisset dicebat illis: Ea-
 m^o ad arguere adueniensque relegebat appellationes
 illas, sibi quæ ipsi clamabat: Cui has oes possederis, tunc
 scies quæ longe, ad huc a deo sis. Cui in eas possede-
 ris, seru^o eris inutilis fecisti enim quod facere debu-
 isti. Quæ nam sit solis huius virtus & substantia, Luc. 17.

dicere ipsi non possumus, cæterum ex effectibus eius & proprietatibus quæ sit illius substantia colligimus. Humilitas est protectio diuina, ex qua sit vt recta facta nostra non videamus. Humilitas est villitatis abyssus furibus omnibus inuiolabilis. Humilitas est turris fortitudinis à facie inimici. Non proficiet inimicus in eo, & filius imo vero cogitatio iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidet à facie inimicos eius & eos qui oderunt eum in fugam conuertet. Sunt & aliæ magnifico huic professori in animo proprietates, præter illas quæ supra demonstratæ sunt. Illæ. n. vna ⁴ excepta, diuitiarum intuentibus iudices sunt. Agnosce autem illas nec decipieris. Cum sanctâ hanc substantiam in te ipso esse perspicias, in multitudine ineffabilis luminis, in amore orationis incredibili, anticipabit innoxium cor, & aliena peccata accusare nescit. Precurrit hanc quâ diximus substantiam inanis gloriæ totius odium. Qui seipsum ex intimo animi sensu & affectu nouit, iam in terra seminauit. Nihil ita seminemus, fieri non potest vt floreat humilitas. Qui seipsum agnoscit diuini timoris intimam notionem comprehendit, per quam sollicitate incedens ad charitatis ianuam perueniet. Humilitas est regni cœlestis ianua, sibi propinquantes introducens. De hac re or dominum dixisse quod ingredietur ex hac porta egredietur intrepide, & pascua inueniet & viriditatem in paradiso. Omnes qui per aliâ portâ inhabitatum venerunt, fures vitæ suæ sunt & latrones. Nūquam disquirere nos ipsos desinamus, si veraciter agnoscere nos volumus. Quod si proximum nostrum ubique ex intimo affectu cordis meliorem nobis esse arbitramur, iuxta est diuina misericordia. Impossibile est enim ex niue progredi flammam, sed loque impossibilis

Psal. 88.

sibilis vt in eo qui alterius sectæ & opinionis sit humilitas propria fidelium ac religiosorum virtus oriatur, Plurimi nos ipsos peccatores dicimus & fortasse ita existimamus, ignominia vero hoc probat. Nunquam desistet is, qui ad tranquillissimum hunc portum festinat, mores, verba, cogitationes, intentiones, quæstiones, exquisiciones, instiruta, conatus, vota, orationes facere, intelligere & excogitare, quoad cooperante domino ab ignobilioribus institutis infestissimo & procelliosissimo elationis pelago animæ suæ nauiculam liberet. Qui enim ab hac liber euaserit, in omnibus reliquis peccatis facile vt publicanus ille satisfaciat. Nonnulli quidem propter peccata præterita, postea etiam quâ remissione potiti sunt, humilitatis materiâ usque in finem tenuerunt, per ea tumorem immanissimum colaphis cadentes. Alij rursus considerantes Christi passionem, se ipsos debitores constantem esse tenent. Alij defectibus semetipsos humiliant, & vilissimos existimant, plerique ex accidentibus, tentationibus, morbis & lapsibus, gratiarum matrem sibi familiarissimam fecerunt. Sunt item nonnulli (qui tamen an modo supersint diffinire non possum) qui ex ipsis dei muneribus quantumlibet in eis profecerint, semetipsos humiliant, sequæ indignos esse huiusmodi diuitijs existimant, sicque afficiuntur tanquam debitis suis quotidie adiciant. Hæc igitur humilitas, hæc beatitudo, hoc perfectum, consummatumque præmium est, quoties aliquem audieris infra paucos annos altissimam acquisisse tranquillitatem, noli hunc existimare aliam, quam hanc beatam celeremque viam pedibus ambulauisse. Sacra est biga charitas atque humilitas, quippe illa exaltat, hæc exaltatos ne vnam decidunt tenet. Aliud est contritio & aliud

humilitas. Contritio ex ruina nascitur, qui enim cadit contemnitur, cadensq; sine confidentia in oratione laudabili cum verecundia assistit. Speiq; baculo vt confractus & coisus nititur, ipseque desperationis canem a se abigit. Cognitio est vera & tuta propriæ mensuræ comprehensio, iugisque leuiorum quoque peccatorum memoria. Humilitas est doctrina intellectualis, Christi spiritualiter: ab his qui digni fuerint, in penetralibus animæ recondita, vobis que sentabilibus inaccessibilis. Qui se dicit huiusmodi vnguenti fargrantiam penitus sensisse, & cum laudatur, vel parum mouetur corde, aut vim verborum intelligit, rapiturque vel modice laudibus, hic non se fallat, seductus est. Quendam toto affectu animi audiui dicentem: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Sciebat enim naturam non facile ab hac illæsam seruari posse. Abs te ergo, inquit, laus mea in ecclesia magna, futuro scilicet tempore. Prius enim quam illud adueniat, hanc sine periculo ferre non possum. Si hic tandem finis & ratio & modus est supremæ superbiæ, virtutes quæ non ad sint gloriæ causa simulare, id profecto erit altissimæ humilitatis argumentum, culpas quæ itidem non ad sint in quibusdam rebus vilitatis causa vel gratia confingere. Quod fecit qui panem & caseum sumpsit, in manibus abiectiois suæ gratia. Et sanctus ille, qui veste reiecta absque vlla passione, quippe castissimus, ciuitatem circuiuit nudus. Non metuent huiusmodi iam, neque curabunt hominum offensam, cum iam per orationem virtutem eam consecuti sunt, vt omnes inuisibiliter ædificent, cunctisque satisficiant. Qui prius curat, secundo iusto se carcere significat. Vbi enim

domi

dominus nos audire paratus est, ibi omnia facere tuto valemus, præstat enim contristare homines quam deum. Gaudet quippe deus cum nos conterendæ vanissimæ elationis causâ prompte vider ad ignominias currere. Parat autem huiusmodi certamina superna peregrinatio, Mag-norum enim reuera est pati, suis esse ludibrio. Non te ea quæ dicta sunt perturbent. Nemo vnquam repente vno simut passu scalæ gradus omnes ascendere potuit. In hoc cognoscent nos dei esse discipulos, non quia nobis dæmonia optemperant, sed quia nomina nostra, in humilitatis cælo conscripta sunt. Natura fert vt stilitas defectusque fluctuum cicetorum ramos in altitudinem tollant, at hi si incuruentur fructum citius ferunt, Scit quid sibi hoc velit qui prudentius confideat: Habent ascensum apud deum sancti huiusmodi gradus, tricessimum, sexagesimum & centesimum. Atque in extremo quidem hi qui beatam tranquillitatem & consecuti sunt perstant, in medio vero Christi milites fortes, primū autem ascendere omnes possunt. Qui seipsum veraciter agnouit, nunquam profecto illudetur, vt maiora se tentare velit, sed pedem iam securus beato huic trivio imponet. Metuant minutas aues accipitrem, ita & humilitatis studiosi contradictionis tonum. Absq; prædictionibus quidem & illustrationibus signisq; & prædigijs salute plurimi potiri sunt: sine humilitate autem nemo vnquam cælestem thalamum ingredietur. Illorum enim læc fida custos, hanc vero illa in his qui leuiore sunt sæpe necauerunt. Istud quoq; cum humiliari nollemus dispensatione mirabili fecit deus vt nemo vulnera sua clarius quā proximus possit intueri. Et quo necessario sit, vt illi ac deo

ROS

non nobis ipsis sanitatis nostræ gratiam acceptam referamus. Qui mente est humili, voluntatem suam semper vt seductricem detestatur, & in postulationibus suis ad deum fide firmissima, quæ conueniant, consuevit addiscere, atq; his promte obtemperare: non magistrorum conuersationē attendēs, sed deo curam suā fidelissimè cōmittens qui per asinam quoq; Balaam vti'ia & necessaria docuit, etiam omnia secundum deum faciat cogitet, loquatur, operarius huiusmodi, nec sic quidē sibi credat. Humilis enim stimulum & onus sibi adiectum portabit, si sibi ipsi credat, sicut contra superbus si alteri credat. Mihi angeli esse videtur, nunquam in peccatum labi. Audiui enim terrestrem angelū dicentem: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui enim iudicat me dominus est. Vnde iugiter nos ipsos damnare & accusare debemus, vt per vilitatem voluntariam, lapsus non voluntarios abiciamus & diluamus: si autem alias omnino in exitu nostro à nobis horum exigitur ratio. Qui me: itis suis minus aliquid à deo postulat, omnino is quæ supra se sunt potietur. Testatur hoc publicanus ille, qui cum postulasset veniam, iustitiam retulit. Solum vt sui meminisset à domino poposcit latro, paradisumque totum hæreditario iure possedit. Hoc autem in nobis non est, dum sponte peccamus, idque pœnitentiæ illius signum est. Sciens dominus exteriori habitu figurari animæ virtutem, sumpto linteolo humilitatis nobis compendium ostendit. Studijs assimulatur anima & ad ea quæ gerit formatur, atq; ad ea figuratur. Principatus angelorum cuidam superbix materia fuit, cum tamen non ideo vt superbiret illum accepisset. Aliter affectus est, qui in solio, aliter qui in sterquilino sedet.

IOAN. 13.

det. Atq; ideo fortassis magnus ille iustus *Tobj* extra ciuitatem sedebat in stercore. Tunc enim perfectam consecutus humilitatem, ex intimo cordis affectu, dicebat: Contempsi me ipsum & contabui. Existimaui autem me ipsum terram & cinerem. Inuenio Manassē illum inter homines *4. Reg. 16* cæteris amplius & perniciosius peccasse, templi- *17.* que dei ac religionem omnem prophano cultu idolorum inquinasse, p. quo si mundus totus ieiunasset, nullam sceleribus eius dignam pœnitentiā inferre potuisset: valuit tamen humilitas insani- bilia eius vulnera curare. Quoniam si voluisses sacrificium dedissem (ait Dauid deo) corporibus per ieiunium immolatis non delectaberis. Sacri- *Psalm. 50* ficium deo: & quod sequitur omnes intelligunt. Peccavi domino beata hæc humilitas pro adulte- *2. Reg. 12.* rio & homicidio aliquando clamauit: & prorsus audiri meruit, Abtulit dominus peccatam tuū à te. Viam quidem huius atque materiam corporales labores esse sancti & semper memorandi patres diuiniuerunt. Ego præterea obedientiam cordisq; reſtitutionem esse dico quæ naturaliter quoque tumori aduersatur. Si superbia ex angelis quosdam dæm. nes fecit, humilitas p. o. sius ex dæ- monibus angelos efficere potest. Quocirca qui ce- ciderunt, bono animo sint, & resur. ere studeant. Festinemus toti: que vltibus nitamur ad huius sup- premum verticem conf. endere, si minus vel illius humeris inuehi. Quod si adhu. pigri sumus, vel vlnis eius non excidamus. Qui iam inde ceciderit mirabor, si quo sempiterno munere porri merebitur. Nerui huius, a. vix sunt non signorum ma- nifestatio, sed nuditas rerum craniem, inuisibili peregrinatio, sapientiæ cauta occurratio, pro- nuntatio & varietate carens, elemolyne quæ- *fino,*

fitio, nobilitatis absconfio, confidentiæ relegatio, loquacitatis elongatio. Nihil enim vt paupertatis status & mendicorum vita viuere, animam humiliare aliquando potuit. Tūc enim philofophia noſtra amorque ad Deum ſingularis ostenditur, cum ſublunari poſſumus, & ſublimitatem conſtantifſimè fugimus. Si quando contra vitium aliquod armaris, humilitatis maximè ſocietate & præſidio niteri, ſuper aſpidem enim & baſilicum aſcendit, conculcabit leonem & draconem. id eſt ſuper peccatum & deſperationem, diabolumque & corporis draconem. Humilitas eſt cœleſte inſtrumentū, quod ex abyſſo peccatorum in cœlum animā leuare poteſt. Cum quidam huius aliquando pulchritudinem in corde ſuo fuiſſet intuitus, ſtupore cōprehenſus, orabat vt eius, qui illam genuerat appellationē mereretur addiſcere, Ad quem illa clara ac nitenti facie ſerenum ſubidens: quoniam, ait, genitoris mei nomen addiſcere ſeſtinās, cum ſi ipſe ſine nomine, non tibi id dicam donec poſſideas Deum. Ipſi gloria in ſecula. Amen.

Annotaciones In gradum. 25.

- 1 Totus hic locus corruptus eſt & mutilus, quare ſeligendum exiſtimo: Adiecit ſermo hic theſaurum inſcluſum in vaſis fictiliis, imo vero in corporibus reconditam: cuius viſ neq; agnoſcineq; vllis verbis exprimi poſſit: Solus enim titulus ſuperne poſitus incomprehēſibilis eſt, & ingentē atque infinitam perſeruandi laborem verbo quærentibus præſtat.
- 2 Aenigmatica ſententia eſt: Locus qui ſolem ſemel aſpectu fundus maris rubri intelligi poteſt, qui tranſſeuntibus Iſrahelitis ſoli conſpicuus fuit. Dies autem quo mundus omnis exultauit, accipitur ille, quo cō-

CUM

rum familia ſua egreſſus eſt arca. De nullo autem alio die hoc dici poteſt: ita & ſolam humilitatem Demones imitari non poſſunt.

- 3 Alludit ad illud Pauli iuſto lex nō eſt poſita. i. Tim. 1. Humili enim humilitati lex ſufficit. Humilitas enim vt quidam nō inepte, dixit nec oculos, nec aures, nec manus, nec os, nec nares, nec vllum membrum habet, quomodo poterit ergo vitioſe operari?
- 4 Senſus eſt, Inſunt profeſſori humilitati & aliæ, præter dictas, virtutes; quæ omnes indices ſunt & teſtes magnarum ſpiritualium diuitiarum, quas humilitas poſidet. Vna ſola excepta, ſcilicet abiectio & vilitate ſui ipſius: Præter hanc enim omnes aliæ virtutes humilitatis incunde ſunt, & amabiles.
- 3 Erat hic Senex: cuius nomen non exprimitur, in interioribus Aegypti partibus ſedēs, quem Iudex quidam ſecularis (erat enim apud omnes magne ſanctiſſimæ fame) videre cupiebat. Ille autem volens inaneſtatem gloriam euitare ſe lebetone ſuo induens parētiæ & caſeum ſumens in manibus portam monaſterij aſcendit, ibique diuinitatis pedibus capiti manducare. Quem cum Iudex vididiſet indignatus tunc ait Anachoreta eſt ille de quo tanta audiuiſus? & contemnens eum diſceſſit.
- 6 Simile quid de eodem hoc ſene narratur, ab eo, qui vitas patrum conſcripſit: parte. 4. cap. De ſpiritu vanae gloriæ, vbi & præcedens hiſtoria recenſetur.
- 7 Alijſic vertunt: Cedri hanc habent naturam vt rami, qui ſe in altum extendunt, ſteriles ſunt; qui verò ſe inclinant ſunt fructiferi.
- 8 Impoſſibilitatem alij vertunt, & ἀποδύω Græci vocāt.

111

in qua Pyrrho Elidenſis ſummum bonum conſtitutum eſſe putauit: ea eſt, non tantum à vitioſis aſſectibus non ſuperariſed eas ne ſentire quidem. Qui ergo ad hanc peruenerunt iſtiam centeſimum gradum aſcenderunt. Sed diceret Geſſon quiſpiam, ſalem in hac vita non reperiri.

- Pronunciationem var. car. vocat ſimplex, nulloq; colore aut fuco medicatum verbum.

De diſcretione Gradus, XXVI.

Diſcretio in his quidem qui rudes imbuuntur, eſt vera ſuorum intimorum profectuum recognitio, in medijs vero intellectuales ſenſus: bonum quod verè ac propriè bonum eſt, à naturali bono atque cōtrario ſine errore diſcernens. In his autem qui perfecti ſunt eſt ſciētia, quæ per diuinam illuſtrationem in eis ineſt: talis vero iſta eſt, vt etiam quæ in alijs obſcurè inſunt, ſuo lumine illuſtrare poſſit. Aut fortalle vniuerſaliter hæc agnoſcitur & eſt diſcretio diuinæ voluntatis vera certa que comprehenſio, in omni tēpore & loco quæ in ſolis mundis corde & corpore & ore eſſe agnoſcitur. Is quidem qui tres hoſtes & religioſa pietate deiecerit, ſimul etiam quinque proſtrauit: qui vero illos negligit, neutrum vincet. Diſcretio, eſt incontaminata conſcientia, & purgaſſimus ſenſus. Nemo enim cum audierit vel viderit aliquem in conuerſatione monaſtica ſupra naturam profeciſſe, ex ignorantia in infidelitatem incidat. Vbi enim deus, qui naturæ ſupereminet, inhabitat: ibi iam res quoque ſupra naturam ſunt. Tribus iſtis maxime generalibus modis diaboli, omne bellum in omnibus exercitatur. Aut ſcilicet ex noſtra negligentia, aut ex ſuperbia,

aut

aut ex dæmonum inuidia. Ex his primus quidem miſerabilis eſt, ſecundus vero miſerrimus, tertius autem beatus. Ad omnia poſt deum, conſcientia noſtra, vt norma & regula vtamur, vt cum vnde ſtatis ventorum aduenerit nouerimus, aduerſus hunc iam pandere vela valeamus. In omnibus quæ ſecundum deum operamur, tres nobis foueas dæmones parant. Ad primum quidem bonum, vt ne fiat impedire conantur. Secundo vero, ſi in primo ſuperati fuerint, vt non ſecundum deū fiat moliantur: q̄ ſi hac quoque intentione ſua fures iſti potiti nō fuerint, tunc iam cū in ſilentio conuerſari fuerimus, laudibus nos efferunt & beatos dicunt. Priori quidem illorum arti aduerſatur ſtudium mortisq; cura ſollicita: ſecundæ vero, ſubiectio & contemptus: tertiæ, ſeipſum ſemper accuſare, & aduerſum ſe conqueri. Hoc vero labor eſt, ante nos; donec ingrediatur ignis dei in ſanctuarium noſtrum. Tunc enim vitioſæ conſuetudinis in nobis neceſſitas vlla non eſt. Deus autem noſter ignis eſt conſumens motum omnem, & concupiſcentiæ ardorem, & obtenebrationem & præſumptionem & obſcurationem interiorem & exteriorem, viſibilem & inuiſibilem. Contraria his dæmones facere conſueverunt. Nam cū animam vicerint: mentis que obtulerint ac peruerterint aciem, nihil iam erit in nobis miſeris vtile, non religioſi operis ſobrietas, non diſcretio, non agnitio; non reuerentia, ſed indolentia, inſenſibilitas, indiſcretio, viſusq; priuatio. Recognoſcunt maniſteſſime que diximus hi qui ex fornicatione reſipuerunt, quique ſe reſpexerunt à ſulta confidentia, & qui ex impudētia in pudoris ſenſum venerunt: quomodo poſt mentis reſipiſcentiam, poſt illius obſcurationis,

imo vero mutilationis destructionem, verecundatur atq; erubescant (vt ita dixerim) seipfos in his, quæ prius (dum in ea obsecratione degerent) vel gerebāt, vel loquebantur. Nisi prius in die anime sero factū fuerit, eamq; tenebrę impleuerint, non furabuntur fures, nec maciabant nec perdet. Furtū, est substantiæ rei; familiaris perditio. Furtum, est, quod bonum nō est id pro bono operari. Furtum est ignota anime captiuitas. Maciatio anime, est mors rationalis mētis, cū in indigna & nepharia opera inciderit. Perditio vero, est post consumptionem iniquitatis sui, cuiusq; desperatio. Nemo in præceptis euangelicis imposita bitatem querulus obijciat: Sunt enim animæ, quæ plus quam præceptum fuerit illis, per euangelium fecerunt. Persuadebit tibi id penitus is, qui plusquam seipsum proximum dilexit, ac pro eo animam exposuit, cum imperium dei de hoc non accepisset. Confidant ac bono animo sint humiles, quantumlibet perturbationibus & vitijs exagitentur. Nam & si incidāt in omnes foueas, & si muscipulis omnibus illaqueantur, omniq; ægritudine egrotent, cū tamen sani facti fuerint, medici omnibus & luminaria & lucernæ & gubernatores fiunt, eosq; casuri videbantur, per ea quæ experti sunt, seruat. Quod si quidam etiam præteritis vitijs adhuc vi subiguntur, & vel simplici verbo docere alios & instituire possunt, doceant, non tamen etiam principatū sumant. Fiet enim factasse, vt suos aliquando sermones erubescerent, ipsi quoq; operari incipiant, contingetq; illis id, quod in quibusdam se in cæno volutantibus fieri perspeximus. Qui quum luto & cæno prorsus sordidati essent, quomodo ibi cecidissent prætereuntes docebant, hoc illis eorum salutis gratia narrantes, ne & illi

cadema

eadem via caderent. Quos tamen dū aliorum saluti consulunt, & ipsos cæno saluauit omnes portes: in vero vitiosi aliqui sponte seipfos voluptatibus immergunt silentio doctrinam indicabunt, namq; cepit letius facere & docere. Immane certe durūq; pelagus nauicim^o humiles monachi, plurimis & scopulis & vertiginib. & tumorib. & piratis & belluis & siphonibus, procellosissimisq; ventis & fluctibus plenum. Scopulum quidē in anima feram iracundiā repentināq; intelligimus. Vertiginem vero eas, quæ præter spem circundant mentem, eamq; ipsam in desperationis profundū præcipitare student. Tumorem vero ignorantia quæ malū pro bono continet. Belluas autē graue illud ac syluestre ferūmq; corpus. Piratas durissimos cenodoxie milites vel satellites qui onus nostrum virtutū que labores diripiunt. Fluctus vero inflatum tumentemq; ventrem, qui impetu proprio ad belluam transmittit. Syphones autem deiectam è celo superbiam, quæ nos & in cœlum extollit, & vsque in infernum præcipitat. Nouerunt omnes qui literis cruditi sunt, quænam sit disciplina rudium, quæ medioerum, & quæ magistrorum. Intendamus toto animo videamusq;, ne forte in discendo diutius remorati ad huc in institutis rudium inueniamur, Est enim confusio inmodicæ, videre senem in ludum literarium proficisci. Optimum in omnibus ac salubre alphabetum videlicet obedientia, ieiunium, cilicium, cinis, lachrymæ, confessio, silentium, humilitas, vigilia, fortitudo, frigus, labor, ærumna, contentus, contritio, obliuio illatæ contumeliæ, fraternitatis amor, mansuetudo, fides simplex omniq; curiositate carens, curarum seculariū abiecto, amabile parentū odiū, totius rei mortalis repudiatio, simplicitas

innocentiæ coniuncta, spontanea uilitas. Porro finis proficientium ac ratio ista est, inanis gloriæ & iracundiæ uacuatio, facilis meliorum spes, quies, discretio, iudicij fixa & solida memoria, misericordia hospitalitas, modestia, correctio omni perturbatione libera, auaritiæ repudiatio. Eorum uero spirituum & corporum, quæ religiose ac pie in deo consummantur, hæc finis, hæc ratio, & lex est. Cor captiuatione superius, consummata & perfecta charitas, humilitatis fons, mentis peregrinatio, Christi inhabitatio, lucis & orationis inuolabilis thesaurus, diuinæ illustrationis copia, mortis desiderium, odium uitæ, fuga corporis, mundi intercessor, deo vim inferens, angelorum in ministrando socius, scientiæ abyssus, mysteriorum domus, arcanorum custos, hominum saluator, dæmonum deus, uitiorum dominus, dominator corporis, naturæ procurator, peccato extraneus, beatæ tranquillitatis domicilium, imitator domini per auxilium domini. Non parua nobis uigilantia & sobrietate opus est, cum corp⁹ morbis fatigatur. Cū enim nos humi dæmones iacere uiderint, nec posse interim per imbecillitatem exercitatione contra eos uti tūc acerrime nos oppugnare nituntur. Eos quidē qui in seculo sunt, dum infirmantur, nonnunquam etiam blasphemix spiritus consequitur, eis uero qui à seculo remoti uiuunt, si quidem rebus necessarijs abundet, gastrimargiæ & fornicationis spiritus infestus est. Sin autem in locis humanā consolatione carentibus, deici; bellatoribus congruis degant, acedix atque perpetui mœoris tyrannus eis affidet. Animaduerti fornicationis lupum, dolores languido adijcientem, atque inter ipsos dolores motus in eo turpes excitantem, eumque obscœni illius hu-

moris

moris egestionem sedantem. Erat autem res maxime stupenda uidere, inter durissimos aculeos doloris, carnem uigentem atque insanientem. Propius autem accedens iacentes uidi, atque in ipso suo lectulo ex diuina operatione & compunctione capientes consolationem repellentes. Erant autem eo animo & sic effecti, ut infirmitate ipsa liberari nunquam uellent: quippe qui per eam ueluti per poenam quandam salutarem animæ uitij se exutos & liberatos cernerent. Itaque gloriificauimus deum, qui lutum luto lauerat & emundauerat. Intellectualis mens intellectuali etiam sensu omnino amicta est. Hunc autem sensum, qui & in nobis est, & in nobis non est, requirere non desinamus. Illo enim inuento & manifestato exteriores sensus omnino vim amittent suam, illique unico obtemperabunt. Aque hoc est quod nouerat quidam sapiens, cum diceret: Et diuinum inuenies sensum. Vita monastica in intimo sensu cordis exerceatur, in operibus, in uerbis in cogitationibus, in motibus, in omnibus deniq;. Sin uero aliter fiat, non monastica sane erit, ne dixerim angelica. Aliud est prouidentia dei, aliud adiutorium, aliud inter illius custodia, aliud misericordia, aliud consolatio. Primum enim illud in uniuersa creatura declaratur, sequens uero in solis fidelibus, tertium deinceps in his qui uerissime fideles sunt, quartum in his qui Deo seruiunt, extremum uero in his qui eum diligunt ostenditur. Fit plerumque, ut quod alteri medicina est, alteri uenenum sit. Nonnunquam uero eadem res, si eisdem tempore offeratur, medicina est: sin autem intempestiue, uenenum efficitur. Uidi medicum ignauum & obtusum, infirmum, contractum & collisum affectis contumeliosis, nihilque ei præter desperationem

in re tam ambigua ignorantiam meam ingenue confessus, hoc à beatissimis illis viris audiui. Mater quidem fornicationis, est gulæ concupiscētia, accēdiæ vero inanis gloria. Porro trium reliquorum, tristitia origo est, sicut & iracūdia, superbiæ vero inanis gloria. Ego rursus à sempiternæ memorandis illis addiscere orabam, quænam ex his octo nascerentur, & q̄ ex quo progenie originem traheret. Illi vero me blande ac placidissime absq; ulla elationis vitio edocentes, aiebant nullū ordinem aut prudentiæ rationem inesse in rebus stultis, sed oēm potius peruersionem atq; inconstātiā, atq; id mihi veteris exemplis & rationibus persuadebant beati illi, plurima documenta adducentes in mediū, ex quibus aliqua huic operi inferimus, vt ex eis iā alia quoque planissime intelligere possimus: exempli causa, intemptiu⁹ risus aliquando quidem ex fornicatione, aliquando vero ex inani gloria nascitur, cum. sc. apud seipsum intrinsecus turpiter quilibet gloriatur, nonnunquam vero ex delictis gignitur. Multus somnus aliquando ex delicijs, aliquando ex somno vel ieiunio nascitur, cum. sc. illi qui ieiunant extolluntur, aliquando vero ex acedia, aliquando ex natura, etiā multiloquium aliquando ab inani gloria, aliquando à gastrimargia initium sumpsit. Acedia vero aliquando ex delicijs, & ex contēptu dei timoris oritur. Blasphemia propriè quidem est superbiæ germen, nonnunquam vero etiam ex iudicando in eadem re proximum, siue etiā ex improba dæmonū inuidia nascitur. Duritia cordis interdum à fatiitate, læpe vero etiam ab insensibilitate atq; ab effectione vitiosa originē ducit. Hæc vero rursus affectio & à fornicatione, & ab inani gloria, & ab auaritia atq; à gastrimargia alijs quoque plurimis

rimis oritur. Malitia rursus à tumore ac iracūdia nascitur. Hypocrisis inde potissimū incipit, si quis sibi nimium placeat, seq̄e ipse moderetur, neque alterius viuat arbitrio. Porro his contraria à contrarijs gignuntur. Et ne plura dicam, deficiet me quippe tēpus, si per singula indagare voluero propriè horū interemptrix vitiorum prædictorū humilitas est, quam qui possident omnia vicerunt. Genitrix malorū omnium est voluptas malitiæ cōiuncta. His qui detinetur, non videbit deum. Nihil nobis illius abstinentia prioris proderit, nisi à sequenti etiā abstineamus. Timoris domini exemplum à principum ferarumq; metu capiam⁹. Cæterum affectus ad deum, fornicatiō sit corporum amor. Nihil enim nos prohibet à contrarijs rebus virtutum petere exempla. Acerime declinat in malitiā præsens hæc generatio, tota quæ elatione & simulatione repleta est, quæ labores quidem corporis fortasse ad antiquorum patrū exemplar hætenus seruat, ipsorū vero gratijs omnino indigna iudicatur. Cum certe (vt reor) nunquam alias ita indigerit natura nostra his gratijs vt nunc. Et merito sane id patimur. Non enim laboribus deus delectatur, sed simplicitate & humilitate, atq; his se potissimū reuelat. Et si virtus Christi in infirmitate perficitur, non repellit domin⁹ humilem operarium. Quoties aliquem ex athletis Christi corporaliter vexari viderimus, non inletemer vitio illius infirmitatis eius causam deputemus, sed simplici magis & pura charitate, vt proprium membrū, vt militem ex bello vulneratum suscipientes, obsequijs omnibus illum foueamus. Quædam nobis infirmitates vt purgatione peccatorum, quædam pro humiliatione animi contingunt. Pius enim & clementissimus dominator

noster & dominus sæpe cū quosdā pigriores ad exercitationem viderit, iam per infirmitatem veluti per leuiorem ac faciliorem exercitationem carnem eorum humiliat, interdum vero animā quoque ipsā à cogitationibus malis ac vitijs emundat. Cuncta quæ nobis siue visibiliter siue etiam inuisibiliter contingunt, aut bene, aut vitiose, aut mediò modo suscipimus. Vidi tres fratres damno simili affectos, atq; vnus ex his indigne tulit, alius sine mœrore perflitit, tertius vero inde ingēs gaudium cepit. Vidi item agricolas, vnum semen in terra varia intentione iecisse. Alius quippe, vt operes sibi ipsi congregaret, id fecit: alius, vt creditoribus suis satisfaceret: alius, vt donis honoraret dominum: alius, vt per decoram frugem & culturæ peritiam laudem sibi à pertransuentibus viam aucuparetur: alius rursus, vt inimicum suum æmulum amplius excrutaret: alius vero, ne ociosus ab hominibus exprobraretur. Hæ igitur agricolarū & feminis appellationes, ieiunia sunt, vigilie, elemosynæ ministeria, atque his similia. Porro intentiones illas prompte ac solerter in domino fratres examinabunt. Si enim cū aqua ex fontib. haurimus, nonnunquam etiam eam (quæ dicitur) ranam vna haurimus: ita & cum virtutes exercemus, fit sæpe vt vitia clam illis implicita & connexa simul arripiamus. Exempli causa, hospitalitati gastrimargia, dilectioni fornicatio, discretioni astutia, prudentiæ nequitia, mansuetudini simulatio & tarditas & desidia & contradictio, & sui cuiusque moderatio atque inobedientia, silentio doctrinæ atq; eruditionis tumor, gaudio elatio, spei pigritia, dilectioni rursū condēnatio, quieti solitudinis accedia & torpor, castitati amaritudo, humilitati confidentia, atq; hic omnibus veluti cōmu-

ne colli-

ne collirium, imo vero venenū inanis gloriæ connexa est, Non contristemur, quoties petentes aliquid à domino nō cito exaudimur. Vellet enim dominus, si id expediret omnes homines, vno temporis momento fieri impassibiles. Omnes qui petunt aliquid à domino, nec petitionis suæ consequuntur effectum, omnino propter aliquam istarum causarum id patiuntur, siue quia intempēstiuē postulant, vel quia indigne & cum inani gloria, vel quia si acciperent in superbiam se eleuant, fierentq; negligentiores, cum id quod petierant, adepti essent. Quod dæmones ac vitia vel perurbationes ad tempus aliquid, vel etiam iugiter ab anima discedant, nullus fere ambigit, vt putor: quorū autē modis eorū huiusmodi discessio à nobis fiat, paucissimi sciunt. Recesserūt à quibusdā vitia, nō solum fidelibus, verum etiam infidelibus vno excepto: illud enim solum veluti primariū vitiorum omnium reliquerunt, vt impleter cæterorū locum, cum tale sit atq; adeo noxium, vt è cælo præcipitare possit. Consumitur prius materia diuino igni inflammata & cum ea à radicibus consumpta animaq; purgata fuerit, simul iam & vitia recedunt, nisi forte rursus ea per materiale vitæ institutū & negligentiam nobis attrahamus. Spōte demones excedunt, vt dū securi dormitamus, infelicē animā repente inuadant atq; diripiāt. Nō ignoro has beluas aliter quoq; se solere subducere cum scilicet anima omnino vitijs assuefacta, eisq; conformis fuerit effecta, tunc enim iam sibi ipsa insidiatur, ipsaq; hostis sibi est. Documentum nobis apertissimum eius rei infantes sunt, qui cum diutius matrum vberibus assuefacti fuerint, etiam cum non adsunt vbera, digitos suos sugunt. Noui etiam quandam in anima tranquillitatē ex-

lum.

summa puritate & laudabili simplicitate constantem. Iustum enim adiutorium à Domino, qui saluos facit rectos corde, eosque dum non sentiunt à malis liberat. Siquidem & infantes cum exuti fuerint ac vestimentis nudati, non valde id agnoscunt. Malitia quidem aut vitium in natura naturaliter non sunt, neque enim creator est vitiorum Deus, sed virtutes certe naturales plurimæ in nobis ab eo factæ sunt. Ex quibus istæ absque vlla contradictione sunt, Eleemosyna, gentiles enim miserentur: Charitas, nam & mutæ & animâtes cum alterius orbantur illachrymari videntur: Fides, omnes enim hanc in nobis ipsi gignimus: Spes, nam & cum baptizamus, & cum foeneramur & nauigamus & serimus, meliora speramus. Igitur si, vt demonstratum est, charitas in nobis naturalis virtus est, hæc verò vinculum atque impletio legis est, profecto non longe à natura virtutes sunt. Erubescant ergo, qui in istarum exercitatione virtutum imbecillitatem atque impotentiam prætendunt. Supra naturam sunt fateor, castitas, iracundiæ euacuatio, humilitas, oratio, vigiliæ, ieiunium, perpetuaque compunctio. Ex his, aliarum quidem homines, aliarum vero Angeli, aliarum vero Archægeli, aliarum Deus ipse, verbum, magister & dator est. In comparatione malorum, oportet nos quod leuius fuerit eligere, puta cum plerunque ad orationem assistimus, adueniunt fratres ad nos, necesseque est è duobus alterum contingere, aut scilicet orationem derelinquere, aut fratrem à nobis absque responsione tristem dimittere. Sed maior est charitas oratione. Hæc enim particularis est, illam vero virtutes omnes continere pro confesso habetur. Cum venissem aliquando in castellum quoddam, siue ciuitatē, sederemque ad mensam

iuuenis

iuuenis adhuc duobus simul vitijs me oppugnari sensi, gulæ concupiscentia atque inani gloria: metuens tamen insanissimæ gulæ progeniem, inani gloriæ magis me superandum dedi. Cognoui ego gastrimargiæ spiritum sæpe in iuuenibus inanis gloriæ dæmonem vicisse. Et merito apud eos quidem, qui in mundo sunt radix omnium malorum est auaritia, apud monachos vero gulæ concupiscentia. Sunt apud spirituales viros quædam plerunque vilissima vitia mira Dei dispensatione in eis relicta, vt propter vilia illa quæ sine peccato sunt, seipsos semper valde accusantes, humilitatis opes inuiolabiles acquirant. Fieri non potest, vt is qui sine subiectione viuit, humilitatem statim in principio acquirat. Siquidem & is, qui artem aliquam instinctu proprio nullo docente didicit, vmbra atque imagines sequitur. In duabus maximè generalibus virtutibus actiuam vitam patres diffiniunt, & merito, videlicet in humili abstinentia & simplici obedientia, alia vero per hanc humilitatem seruant illæsam. Quocirca luctus quoque duplex est, quippe & qui peccatum iugulat, & humilitatem efficit. Piorum quidem est omni petenti dare, magis vero piorum etiam non petenti tribuere: ab eo autem qui tollit à se aliquid nõ exigere cum maximè id possint, illorum tantummodo proprium est, quos nulla tangit perturbatio. In omnibus perturbationibus & vitijs, omnibusque virtutibus nos ipsos solcite inquirere nõ desinamus, vbinam sumus, in initijs, an in medio vel in fine. Cuncta aduersum nos temptationum bella vel dæmonum, ex his tribus maximè causis constant, aut scilicet ex voluptatis studio, aut ex superbia, aut ex illorum inuidia. Extremi quidem ex his beati, medij prorsus infelicissimi, primi ve-

mi ve-

primi verò vsque in finem permanent inutiles. Est quidam sensus, imo verò habitus, qui se re potens. i. laborum potentissimus dicitur, à quo is qui captus fuerit non iam formidabit, nec laborem vnquam auerfabitur. Hoc venerando habitu martyrum animæ detinebantur, cum supplicia fortiter perferrent ac facile contemnerent. Aliud est cogitationum custodia, aliud obseruatio animi. Quantum distat orare ab occidente, tantum secunda priore sublimior est & laboriosior. Aliud est contra cogitationes orare, aliud his cōtradecere & reluctari, aliud eas contemnere ac penitus spernere. Atque priori illi quidem attestatur qui dixit: Deus in adiutorium meum intende, & his similia. Sequenti vero qui ait: Et respondebo exprobrantibus mihi verbum contradictionis. Et rursus: Posuit nos in contradictionem vicinis nostris. Tertij vero est testis ille qui cecinit: Obmutui & humiliatus sum, & non aperui os meum, & posui illi custodiam cum consistiret peccator aduersum me. Et iterum: Superbi agebant inique vsquequaque, à contemplatione autem tua non declinaui. Medius quidem horum modus priore semper vititur, quia non satis per se preparatus & instructus est. Prior autem nondum ita institutus vt secundus, inimicos repellere potest. Tertius autem penitus demones fugauit, abiicit, & respuit. Impossibile est per naturam, vt res incorporea terminetur à corpore, sed omnia tamen ei possibilia sunt, qui Deum posse derit. Sicut hi qui olfactus sensu integerrime vigent, cum qui clam habet aromata ignorare non possunt, ita & anima purissima fragrantiam odoris, quam ipsa ex Deo acquisiuit, fetoremque à quo ipsa liberata sit in alijs agnoscere, cæteris sine odoris sensu permanentibus solet. Non qui-

dem

dem omnes beata tràquillitate pacificos fieri possibile est, cunctos tamen saluari & recõciliari Deo non est impossibile. Non tui alienigenæ illi dominantur, qui Dei dispensationes arcanas atque ineffabiles, siue visiones quæ sunt in hominibus curiosè inquirere volunt, deumque personarum acceptorem esse clam suggerunt. Eiusmodi quippe elationis filij & agnoscuntur & sunt. Sæpe cupiditatis atque auaritiæ spiritus humilitatem simulat, ita & inanis gloriæ spiritus: sic & voluptatis ad erogandas elemosynas hortatur. Si igitur vtriusque nos mundos seruemus in omni loco misereri non desinamus. Aiunt. quidam demones oblectari demonijs, ego omnes eos noui nostram inquirere perditionem, spiritualem omnem operationem visibilem siue intellectualem præcedit propositum nostrum optimumque desiderium, quæ ex cooperatione Dei in nobis sunt. Nisi enim priora præcesserint, secundum subsequi non solet. Si tempus omni rei sub cælo est (vt ait Ecclesiastes) inter homines verò nostræ quoque conuersationis sacratæ res constant, inspiciamus diligentius, si placet, & quid pro tempore fieri conueniat quæramus. Est enim omnino in his, qui certant tempus subiectionis tràquillitatis, & tempus perturbationis ob certantium infantiam. Tempus lachrymarum, & tempus duritiæ cordis. Tempus subiectionis, & tempus imperandi. Tempus ieiunij, & tempus communicationis. Tempus belli inimici corporis, & tempus mortis concupiscentiæ feruentis. Tempus hyemis, & tempestatis animæ, & tempus serenitatis mentis. Tempus tristitiæ cordis, & tempus gaudij spiritalis. Tempus docendi, & tempus audiendi. Tempus inquisitionum fortassis ob-

elationem,

elationem, & tempus munditiæ propter humili-
tatem. Tempus luctationis, & tempus tutissimæ
quietis vel remissionis. Tempus solitariæ quietis,
& tempus necessariæ, nec dissolutæ discretionis,
Tempus infatigabilis orationis, tempusquæ inte-
gerrimi & indissimulati ministerij. Non ergo an-
te tempus quæ sunt temporis propria quæramus,
mentis superbia decepti. Non in hyeme calorem,
nequæ in serente manipulos quæramus. Est enim
tempus ferendi labores, & tempus metendi inef-
fabiles gratias. Alioquin in tempore quæ sunt pro-
pria temporis non referemus. Quidam ante labo-
res, quidam in ipsis laboribus; plerique post labo-
res, alij in ipsa morte sacra laborum suorum præ-
mia p ineffabilem dei providentiã reportauerunt.
Quærendum quis horum altero fuerit humilior.
Est quædam desperatio, quæ ex peccatorum mul-
titudine, & conscientiæ onere, atque intolerabili
mœrore venit, dum anima multitudine vulnerū
plusquam submergitur, atque illorum pondere
in desperationis profundum præcipitatur. Est &
alia, quæ ex superbia nobis atque elatione contingit,
dum scilicet nos ipsos veluti indignos, ea quæ
forte nobis accidit calamitate existimamus. Hæc
vero in vrisque qui diligenter obseruet, proprie-
tatem inueniet, quod alter se ipsum iam vitijs in-
differenter exponit, alter vero exercitatione des-
perationi propior fit, quod absurdum atque om-
nino inconueniens videtur. Sed horum alterum
continentia bonæ spei coniuncta, alterum vero
humilitas, ac nullum iudicare sanare consuevit.
Minimæ vero admirari, ac velut in re noua perur-
bati debemus, cum aliquos videmus mala opera-
ri, & bona ex se verba proferre. Nam & in paradiso
forte fortasse serpentem illum elatio cum extulisset
perdidit.

perdidit. Hæc tibi forma, hæc regula sit in omni
conatu tuo, omni quæ viuendi genere, siue id sub-
iectum, siue non subiectum sit, siue visibile, siue in-
tellectuale, an secundum Deum propriè sit: verbi
gratia; quoties rudes adhuc aliquid omni studio
age et nituntur, nisi ex eius actione plus humilitatis
in anima accipiamus, quàm prius habuerimus:
non mihi videtur nos secundum Deum moliri,
siue paruum siue magnum sit. Atque in nobis qui-
dem infantibus ac rudibus hoc diuiniæ voluntatis
firmum signum est; in medijs vero fortasse sit bel-
lorum sedatio ac discessus. Porro in his qui perfe-
cti sunt, diuini luminis adiectio & copia secundum
Deum id esse quod instituit significauit. Ea qui-
dem quæ parua apud magnos sunt, non sunt vti-
quæ parua, magna vero apud paruos, non vsquæ
quaque perfecta. Aer purgatis nubibus clarissimū
solis iubar ostendit. Animam vero anticipationibus
libera & remissione dignata, diuinam lucem
protinus aspexit. Aliud est peccatu, aliud ociositas,
aliud desidia; aliud vitiū, aliud ruina. Qui potest
querere, in Domino id apertius querat. Quidam
mirabilia operari, esseque in spiritualibus gratijs cō-
spicuum præ omnibus beatum ducunt, ignorantes
plurima esse excellentiora, quæ idcirco tutiora
sunt ac sine ruina metu, quod sunt occulta. Is qui-
dem qui perfecte purgatus est, ipsam (& si non ip-
sam) animam proximi videt, quomodo affecta
sit: qui autem adhuc imperfectus est; ipsam per cor-
poris habitum conijcit. Sæpe ignis exiguus totam
syluam emundauit, sic & minima caetera totum
nonnunquam laborem corrumpit ac perdidit. Sæ-
pe fit, vt requies per inimicitias vim animæ exu-
scitet, nec tamen concupiscentiæ ardorem excitet.
Fit item nonnunquam, vt ingens carnis afflictio ip-
so

fos etiam fortasse mor^o moueat, vt non in nobis
 p^osis cōsidamus, sed in deo, qui carnem hanc inco-
 gnitè mortificat viuentem. Cum aliquos secundū
 deum nos diligere viderimus, id cautissime serue-
 mus, vt confidentiam omnino fugiamus. Nihil e-
 nim iracundiam soluere, odiumq; consuevit ef-
 ficere sicut confidentia. Intellectualis ac valde de-
 corus ac lucidus est animæ obtutus, omnēq; speci-
 em siue ideam post incorporeas substantias excel-
 lit. Ex quo fit, vt vitiosi quoq; sepe aliarum ani-
 marum cogitationes, pro ingenti ad illas dilectio-
 ne, possint cognoscere: idq; tum magis cū à carnis
 luto demersi per sordes non fuerint. Si nihil ita
 dei purgatissimæ naturæ contrariū est, vt materia
 omnis, qui legit intelligat. Obseruationes in secu-
 laribus quidem obsistunt diuinæ prouidentia, in
 nobis autē intellectuali scientiæ. Hi quidem qui
 sūt imbecilles & infirmi ex corporis calamitatib^o
 & periculis, exterioribusque tentationibus à deo
 se visitari cognoscant: qui vero perfecti sunt, ex
 præsentia sancti spūs & adiectione gratiarū. Quo-
 ties quietis causa lectulo decuberimus, adueniēs
 immundus spūs iniquas ac sordidas cogitationes
 veluti spicula quædam iaculatur in nos, vt cum
 per desideriam ad orationem non exurgimus, neq;
 contra illum ocus armamur, in sordidis obdor-
 miamus cogitationibus, sordidaq; videmus som-
 nia. Est è spiritibus vn^o qui præcursor dicitur, qui
 nos è somno surgentes protinus excipit, primum-
 que nostrū cogitatū inquinare nititur. Da domi-
 no primitias diei tuæ. Erat enim tota eius qui pri-
 or occupauerit. Memorabile verbum, atq; auditu
 dignissimum operarius quidam oprimus locutus
 est: Ab ipso, inquit, matutino tempore cursum
 rotum meum dici scio. Multa sunt pietatis az
 perdi-

perditionis itinera, quocirca sepe dum quis alte-
 ri aduersatur, alij libentius & celsarius iungitur, am-
 borumque intentio grata & accepta est apud deū.
 Certant quidem aduersum nos totis viribus dæ-
 mones, & in eis quæ nobis contingunt tentationi-
 bus indignum aliquid vel dicere, vel facere fugge-
 runt. **Q**uid cum non poterint efficere iam rur-
 sus nobis astantes, vt superbam Deo gratiarum a-
 ctionem referamus hortantur. Hi quidē qui super-
 na sapiunt 9 si separentur sursum, iterū per partes
 redeunt, qui vero infima infra rursus eunt: eorū
 n. qui separentur nullum præterea est mediū.
 Vna ex creaturis in alio, non in seipso vt esset ac-
 cepit, mirūq; sane est, quō extra eū in quō esse cœ-
 pit consistere solet. Pias quidē filias matres paruit,
 matres autē dominus condidit. Prædicta quoque
 regula in contrarijs vti nō insipienter possumus.
 Formidolosum ad præliū egredi Moyses (imo p
 Moysen dominus) vetat, ne forte sit error animæ
 nouissimus maior priore lapsu corporis, atq; per-
 niciosior, ac merito. De eadem.

Quemadmodū ceruus solis adustus ardorib.
 latites desiderat, ita apud monachos deside-
 ratur diuinę bonę volūtatis cōprehensio, præ-
 tereaq; & cōmixtę & cōtrarię cognitio. De quibus
 multus reuera nobis est sermo, atq; ad interpretan-
 dū difficilis, vt scire possimus, quænam illa sint no-
 stra opa, quæ sine dilatione fieri, atq; omni mō-
 ra citius debeant, scdm eū qui dixit: Væ qui dif-
 fert de die in diē, & de tpe in tpe. quænam rursus
 morosius atq; cū consolatione, sicut ille admonet
 q ait: Cum gubernatione sit bellū. Et rursus: Om-
 nia honeste & ordinate fiant. Nō est sane vna mi-
 nimarū rerū huiusmodi ad iudicādū difficilia cū
 us, iudicio nō aberratē, discernere: Nepe enim &
 diuinus

i. non nisi
 minime
 est.

2^a ab. 110.

diuinus David, qui & spiritū sanctum habebat in se loquentem, hoc sæpius orare videtur, nunc quidem. Doce me facere voluntatem tuā, dicens, quia tu es Deus meus, nunc vero: Deduc me in veritate tua. Et rursum: Notam fac mihi viam domine in qua ambulē, quoniam ad te ab omni cura & perturbatione seculari seuani animam meam & exaltaui. Quicumq; reuera voluntatē Christi addiscere volunt, suam prius voluntatem studiosē mortificare debet, deinde vero fide atq; innocua simplicitate orantes, patrumq; siue fratrum animas summa cordis humilitate ac sine cogitationū hēsitatione interrogantes, quæ illi consulunt, tanquam ex dei orē suscipiant, & si contraria suæ intentioni sint quæ ab illis fuerint dicta, etiam si hi qui interrogantur nō valde spirituales sint. Neq; enim est iniustus deus, vt animas decipiat, quæ se per fidem & innocentiam proximi consilio atq; iudicio humiliter submiserint. Et si enim irrationabiles ac muti illi fuerint à quibus petimus, istamen qui loquitur immaterialis est atque inuisibilis. Ingenti humilitate pleni sunt, qui prædictam regulam nihil hēsitantes sequantur. Nam si quidam in Psalterio suum impleuit problema, quantum putatis rationalem mentem atque intellectualem animam muto sono esse excellentiorem? Plurimi vero cum necdum perfectum hoc & leue bonum, ideo quod sibi nimum placerent, percepissent, sed ex seipsis atque in seipsis quicquid deo gratum & acceptum sit niterentur cōprehendere, vana valde & plurima de hoc nobis iudicia distarunt. Quidā vero talia querentes, cogitationē suam ab omni affectione remouerūt, & in vtriusq; consilijs ac voluntatib. animæ se collocauerunt, videlicet in auente & contradicente,

men-

mentemq; suam omni voluntate propria mundatam, per audentissimam orationem domino sistentes, ad certum diem agnitione volūtatis illius potiti sunt, siue intellectuali mente cū mente nostra intellectualiter loquēte, siue intēione vna, pfecte ex anima deleta. Alij ex ea quæ conatū sequitur vexatione & distributione hanc esse voluntatē dei didicerunt, secundū eū qui ait: Voluimus venire ad vos & semel & secūdo, & impidiuit nos sathanas. Contra, alij rursus ex insperato dei adiutorio hoc gratū deo atq; acceptū esse senserūt, illud dicētes: Omni proponenti bonū deus cooperatur. Is qui deum in semetipso per illustrationem possidet, in emergentibus & morosioribus rebus secundo modo secundum tempus certior fieri à deo nō solet. Hēsitare vero in iudicijs ac diu in incertum nutare, animæ lumine carentis atq; inani gloriæ deditæ certū argumentū est. Abest à deo iniustitia, eosq; qui cū humilitate pulsāt excludi nō patitur. Intentio semper in omnibus apud deum discutienda est, & in his quæ videntur & in his quæ differri debent. Omnia enim quæ affectione vituperabili & iniquatione omni munda propter deum propriæ, nec propter aliud aliquid fiunt, & si non sint omnino optima, nobis tamen vt optima imputabuntur. Nam earum rerum quæ supra nos sunt inquisitio nequaquam finem securū a totum possidet Arcanum est valde dei circa nos iudicium: mira namq; dispensatione sæpe voluntatem suam à nobis abscondi deus vult, sciens quod si hanc didicissemus non illi obtemperaremus, pluraq; vulnera suscipere mus. Rectum cor varietate rerum liberum euasit, atque in innocentie nauicula tutē nauigat. Sunt animæ quædam diuino amore & cordis humilitate fortis, quæ eas

2 3

quoq;

quoque actiones quæ supra se sunt alacriter aggrediuntur: sunt item superba corda, quæ hoc ipsum faciunt. Intentio est inimicis nostris, quæ supra vires nostras sunt, nobis sæpe suggerere, ut dum illa perficere non possumus, merore ac anxietate animi fatigati ab his quæ possumus cadamus, risumque maximū inimicis nostris faciamus. Vidi imbecilles animas ac debilia corpora pro peccatorum multitudine superiora ac maiora se certamina arripere, nec ea posse sustinere. Quibus ego, inquam, humilitatis, non laborum magnitudine Deus penitentiam meritur ac iudicat. Plerumque educatio, supremorum malorum causa est, interdum vero & familiare pessimorum contubernium, sæpe tamē etiam peruersa anima ipsa sibi ad perditionē sufficit. Qui à duobus illis segregatus est, à tertio quoque fortassis libere abitur: qui vero à tertio tenetur reprobis in omni loco erit. Nullus enim cælo certior ac tutior est. Ab his quidem qui aduersum nos mala voluntate dimicant, siue infidelibus, siue non rectæ fidei hominibus, post primam & secundam correptionem quiescamus, his autem quæ veritatem ad discere cupiunt, benefacere in æternū non lascescamus, vtriusque autem ad confirmationem nostri cordis utemur. Irrationabilis ille valde est, qui virtutes sanctorum quæ supra naturam sunt audiens de seipso desperat, imo vero illæ in altero è duobus te optimè erudiunt: aut enim imitationem sanctæ formæ excitant, aut ad tuipsum agnitionem, & eius quæ in te est fragilitatis, demonstrationem per beatissimam humilitatē te conuertunt. Sunt inter immundos spiritus reliquis nequiores, qui peccatum solos operari nos minime consulunt, ut grauiori supplicio nos multandos parent. Vidi consuetudinem malam alterum

ab altero didicisse, cumque qui docuerat in seipsū reuertisse, & penitentiam agere cepisse, atque à malo quicuisse, sed tamen per mala discipuli actione inualida fuit ipsius penitentiam. Summa reuera, summa est, atque ad comprehendendum perdifficilis, malignorum spirituum nequitia, paucisque perspecta & cognita, ne paucis quidem (ut reor) tota cognita. Quo & delicatius viuētes & saturitate distenti vigilamus, tanquam maxime sobrii simus, ieiunantes autem atque in ærumnis degentes somnis miserabiliter deijcimus, soli quiescentes obduramur, & degentes cum alijs compugimur, fame confecti in somnijs tætamur, impleti vero sine teatatione perissimus, per in ediam obtenebrati sine sensu compunctionis efficitur, porro in potu vini hiantes, atque ad compunctionem proni ac faciles sumus? Ad hoc qui in domino potens ac idoneus est, eos qui sunt sine lumine illustret. Nos enim hætenus ad huiusmodi sine lumine & minus idonei sumus. Illud tamen dicimus, quod non semper ex demonibus huiusmodi mutatio fit, sed plerumque etiam ex concretionem datæ mihi (nescio quo pacto) sordidæ atque illecebrosæ pinguedinis. Cæterum pro hac ad discernendum non facili prædictorum confidentia, sincerissime semper deprecemur deum. Et siquidem post orationem atque post eius tempus, eodem modo id quod fit operari inuenimus, proculdubio sciemus id non ex demonibus esse, sed ex natura. Plerumque enim diuina providentia per contrarias res nobis benefacere vult, elationem per omnia comprimens naturæ. Est quidem grauissimū, velle abyssū iudiciorum dei curiose per scrutari (nā in nauicula elationis curiosi nauigant) dicenda tamē aliqua sunt ob multorum imbecillitatem. Interrogauit quidā aliquē ex his, qui videre

poterant quidnam sit quod prænosces dominus
 quorundam ruinas, eos maxime gratijs exornat.
 Ad quem ille, vt reliquos quoque ait spirituales
 viros cautiore faciat, liberumque ostendar arbi-
 trium, atque in iudicio inexcusabiles eos qui lap-
 si sunt faciat. Lex quidem vt imperfecta, attende
 (ait) tibi ipsi, dominus autem vt perfectissimus et-
 iam correptionem fratris nobis mandauit dicens:
 Si peccauerit in te frater tuus, & quæ sequuntur.
 Si munda est ergo reprehensio tua atq; humilis,
 imo vero admonitio, quod præcepit dominus im-
 plere non negligas, & in eis quæ maxime possibi-
 lia sunt, Quod si nondum ad hoc peruenisti, vel
 in legis exercere seruitio, noli mirari cum videris
 etiam amantiſſimos tuos reprehensionum tuarum
 causa inimicos tibi fieri. Dæmonum quippe in-
 strumenta sunt huiusmodi leues, & maxime qui
 sibi inimici sunt. Tenet me vehemens admiratio,
 quò cum in virtutibus quidem omnipotentem
 deum sanctosq; angelos adiutores habeamus, in
 contrarijs autem malum & solum dæmonem pa-
 ratius tamen ac velocius ad vitia stectamur. De
 his ergo diligentius loqui nec possum nec volo.
 Si cuncta quæ facta sunt naturam suam seruent,
 sicque vt facta sint permaneant quomodo (vt ait
 magnus Gregorius) dei sum, & luto commisce-
 or? Sin autem creatura aliqua aliter quam facta
 fuerit constat, omnino cognationem suam inex-
 plebiliter appetit. Omni arte (vt ita dixerim) om-
 nique studio quisque vti debet vt lutum hoc à ter-
 ra eleuans in Dei solio collocet. Nullus itaq; diffi-
 cultatem cauetur ascensus. Via enim & ianua cū-
 ctis aperta est. Auditio quidem earum virtutum,
 quas gessere spirituales patres, mentem atque
 animam ad emulationem excitat: porro doctrinæ
 auditus

auditus: ad imitationum huiusmodi æmulos per-
 ducere solet. Discretio est intenebris lucerna, er-
 rantium reditus, cæcutientium illuminatio. Dis-
 cretus est sanitatis inuentor morbique emenda-
 tor. Duobus modis omnes qui parua quæq; admi-
 rantur hoc perpeti solent, aut propter summam
 ignorantiam, aut ex intentione seruandæ humili-
 tatis proximi opera magnificantes atq; extollen-
 tes. Contendamus toto annixu non luctari, sed et
 iam bellare contra dæmones. Nam qui luctatur
 nunc quidem vulnerat, nunc autem vulnera ex-
 cipit, qui vero bellum gerit semper inſequitur ho-
 stem. Qui vicerit vitia, dæmones vulnerat, ac per
 id quod se habere vitia simulat, inimicos fallit,
 perduratq; in expugnabilis. Quidam ex fratribus, ali
 quando ignomina affectus est, & cū omnino cor-
 de motus non fuisset, in mente secretius orauit, at
 que ita in ignominijs lamentari cœpit, hac ficta
 perturbatione tranquillitatem suam sapientissi-
 me abscondens, Alius item ex fratribus dum pri-
 mam sessionem omnino non cupit, hanc se a pete-
 re audissimè finxit. Illius vero castitatem quibus
 verbis eloquar, qui quasi peccandi causa lupanar
 ingressus, meretricem ideo ipsam ad pœnitentiam
 traxit? Cuidam item solitario, tum primo mane
 quidam yuæbotrum attulisset, iamq; is qui ob-
 tulerat profectus ab illo esset, summo quodam ac
 celeri impetu illū deuorauit, absq; appetitu villo,
 per hoc seipsum gulæ addictum dæmonibus in-
 dicans, atq; illos ludens. Alius item cum modicas
 amisisset palmas, tota dei se merentem finxit. Sū-
 ma istis vigilantia opus fuit, ne forte dum hostes
 ludere nituntur, illis magis ipsi ludibrio fierent.
 Hi enim reuera illi sunt, de quibus ait Apostolus:
 Vt seductores & veraces. Si quis corpus castum & Cerim. 6

offere deo cupit & cor mundissimum illi ostendere, obseruet omni studio vt non irascatur, atq; continentiam custodiat: absq; his enim omnis labor nosler erit inutilis. Sicuti varia sunt humanorum oculorum lumina, ita p̄multæ sunt ac differentes, quæ in animis fiunt intellectualis solis illustrationes, alia nãq; est quæ per corporis lacrymas, alia quæ per animæ: alia itē quæ per corporis oculos, alia quæ per intellectuales, alia quæ ex auditu verbi, & alia quæ sua sponte mouetur in animam lætitia, alia item quæ ex solitudine, & alia quæ ex obedientia nascitur. Præter hæc omnia, alia est singularis, quæ modo quodã proprio Christo per extasim intellectualem lumine secretè atq; ineffabiliter sistit. Sunt virtutes & sunt virtutum maties. Sapiens itaq; magis vt matres acquirat contendet. Matrum quidem deus ipse in sua actione est magister, filiarum aut pl. imi Cauca- mus ne forte deliciarum abstinentiam multo somno suppleamus. Hoc enim insipientium est opus, sicuti e contra. Vidi pietatis athletas cum casu aliquo modice ventri indulgissent, citius totis noctibus stando miserum fortiter cruciasse, iamq; cum gaudio saturitatem fugere atq; aduersari didicisse. Luctatur acriter auaritię sp̄s cum his qui nihil possident. Cum vero deijcere instituro suo non potuerit, tunc iam occasionem pauperū præferens, expeditissimos mundanis rebus iterū implicari & impediri suadet. Quoties pro peccatis nostris moreremur & tristes sumus, præceptum domini ad Petrū ad memoriam reuocare non desinamus, ignoscendi sc; septuagies septies peccanti. Quod enim alteri mandauit, ipse profecto magis impleuit. Cum vero nostris meritis extollimur, eius rursus meminerimus qui ait: Qui totam legē spiritualem

Matth. 18

Yacobi. 2

spiritualem impleuerit, offenderit autem in vno, factus est omnium reus. Quidã sunt nequam inuidorumquē spiritum stans, qui sponte à sanctis se subtrahunt, ne si illos his bellis quæ vincere non possunt inquietent, coronas eis inuiti ministrant. Beatos quidē esse pacificos nullus est qui refragetur, ego discordantes etiã beatos vidi. Duo quidã impuro seinuicem amore diligebant, quod cum animaduerneret vir prudens atq; probatissimus, ferendi inter illos odij se ministrum fecit: illi quidem apud hunc derogans, vt qui eum maledictis infestaretur, & huic apud illum similiter, valuitq; sapientissimus humano astu dæmonum nequitiam repellere, odiumq; inferens fornicationis vinculum soluit. Sunt qui mandati gratia mandatum excludant. Vidi enim iuuenes seinuicē castissimo amore ac secundum deum diligentes, qui tamen dum alienorum conscientiam inde lædi conspicerent, conuenit inter eos, vt se ab inuicem ad tps elongarent. Sicuti contraria sunt nuptiæ & funus ita male sibi conueniunt superbia & desperatio. Videas tamen ex dæmonum peruersitate sæpe constare vt atq; simul. Sunt nonnulli ex spiritibus immundis, qui interpretationē diuinarum scripturarum nobis in exordijs enunciant. Hoc autem in illorū vt plurimū cordib. agere solent, qui inani gloriæ student, & illorum imprimis qui externę sapientię litteris eruditi sunt, vt illos sensim fallentes in hæreses & blasphemias deducant. Ex ea vero turbatione effusaq; ac turpi lætitia, quam enunciationis illius tempore in anima nostra fieri senserim, dæmonū theologiam, imo vero machologiam. i. loquacitatem agnoscimus. Ordinem quidam & inritium, quidam vero ex his quæ facta sunt finem etiã ab eo qui illa fecit acceperunt, virtus vero

finem

finem habet infinitum. Omnis enim ait Psal. con-
 summationis vidi finem, latum vero ac infinitū
 mandatum tuum nimis. Siquidem boni ac proba-
 ti operarii ex vita actiua proficiunt in virtutē cō-
 templationis. Si charitas nunq̄ desinit, si dominus
 custodiet introitum timoris tui & exitum chari-
 tatis tuæ. Huius profecto possessio infinitus est fi-
 nis, in qua proficere nunquam desistemus, non
 in præfenti, non in futuro lumini scientiæ lumē
 adijcientes. Et si enim perisq̄ quod dicturi su-
 mus nouum videbitur, dicemus id tamen secun-
 dum eam quam prædiximus demonstrationem.
 Equidem o admirabilis pater, nec ipsas quidem
 intellectuales angelicasque substantias dixerim
 carere profectu. Sed eas quoque magis gloriæ glo-
 riam & scientiæ scientiā semper adijcere diffinitio.
 Noli mirari, si dæmones non nunquam nobis va-
 nas cogitationes suggerunt, eisq̄ intellectu-
 ter contradicunt. Ea est enim inimicis nostris in-
 tentio, vt per hoc nobis persuadeant se nostras
 quoque inutiles cogitationes agnoscere. Noli a-
 marus esse ac nimium seuerus iudex, quoties ali-
 quos videris docere magna, & operari negligentius:
 sæpē namq̄ suppleuit defectum operis vtili-
 tas vbi. Non oēs æqualiter omnia habemus. In
 quibusdam enim sermo vberior est opere, in alijs
 rursus secundum primo maius est. Malum quidē
 deus neque fecit neque creauit. Sed uisus sunt ergo
 qui aiunt, vitia quædam in anima esse naturalia,
 ignorantes quod constantes naturæ proprietates
 nos conuertimus in vitia. Puta semen inest nobis
 per naturā, ob liberorum procreationē, nos illud
 in fornicationis turpitudinē transtulimus. Inest
 nobis à natura furor, vt illo contra serpentem v-
 tamur, nos aduersus proximos illo vti sumus.

Inest

Inest nobis emulatio, vt virtutes emulemur, nos
 in malam partem æmulamur. Ad est animæ per
 naturam gloriam desiderare sed supernam. Ad est
 illi superbire, sed aduersus dæmones. Inest simili-
 ter & gaudium, sed vt in domino, & de proximā
 prosperitate lætemur. Accepimus & seruare me-
 moriā iniuriarum, sed contra inimicos animę. Ac-
 cepimus ab illa cibi appetitum, non luxurię. Ani-
 ma impigra & alacris, contra se dæmones prouo-
 cat, multiplicatis aduersus eam bellis coronę quo-
 que multiplicantur. Qui non pulsatur bellis, prorsus
 non coronabitur. Qui in his casibus qui cōtin-
 gunt non perturbatur, neq̄e animo lassescit, is vt
 fortissimus bellator ab angelis glorificabitur. Tres
 quidam noctes in terra cum fecisset penitens reuix-
 it, q̄ vero tres horas¹² vicerit non moritur. Si quā
 do ex disciplina diuina nobis dispensatione per-
 missa, sol ille iustitię (postquam in nobis ortus fu-
 erit) agnouit primum occasum suum, posuit om-
 nino tenebras, & facta est nox. In ipsa vero iam
 pertransibunt ad nos, hi qui prius recesserant feri-
 leonum catuli omnesque bestiæ spinarum passi-
 onum, rugientes vt rapiant eam quæ est in nobis
 spes, & quærentes sib à ideo vitiorum escam siue
 per intentionem & voluntatem, siue etiam per a-
 ctum. Ortus est iterum nobis sol per obscurā hu-
 militatem, & ad se ipsas bestiæ congregatæ sunt,
 atq̄e in cubilibus suis videlicet in cordibus volu-
 ptuosos collocabuntur, & non in nobis. Tunc di-
 cent inter dæmones: Magnificauit dominus face-
 re misericordiam cum eis. Quibus nos responde-
 bimus: Magnificauit dominus facere et nobiscum,
 facti sumus lætantes, vos autem persecutionem
 passi estis. Ecce dominus sedet super nubem leuem
 animam videlicet ab omni concupiscentia terre-
 na ex-

na exaltatam, & veniet in Aegyptum scilicet corporis obtenebratum, & mouebuntur manufacta simulachra, & sordida cogitationes mentis. Si Christus ab Herode corporaliter fugit & quidem omnipotens, addiscant improbi & temerarij non seipfos in medias tentationes immittere. Non dei *Psalm. 65* enim, inquit, in commutationem pedem tuum, & non dormitabit qui custodit te angelus. Connexus atque adiunctus est fortitudini fastus, veluti cypressus arbor. Cura sit nobis perpetua atque indefessa, ne tenuis quidem cogitatio ascendat in mentem nostram, quae bonum nos vllum vel minimum habere suggerat. Quod si hanc proprietatem diligenter obseruantes inuenerimus mentem nostram huiusmodi cogitatione pulsari, tunc reuera nos in defectu adhuc esse intelligamus. Inquire etiam infatigabiliter vitiorum argumenta, tuncque plura ex his tibi inesse cognosces. Quae dum in morbis adhuc sumus discernere (sive per infirmitatem, sive quod nos ante profundissime occipauerint & penitus sibi vindicauerunt) non possumus. Propositum iudicat Dominus, in his vero quae possibilia sunt nobis actionem quoque elementem inquirat. Magnus ille quidem qui nihil quod factum possibile fuerit facere omisit. Maior autem qui per humilitatem etiam quae ultra vires suas sunt agere conatur. Plerunque daemones eam quae leuiores sunt & magis vilia nos vetant. Quae vero difficiliore, laborisque pleniora sunt ea magis arripere hortantur. Inuenio Ioseph illum castissimum ideo beatum dici, quod peccatum caute declinauerit, non quod se impasibilem ostentaret. Quarendum vero nobis est, quot, quibusque modis peccati declinatio coronis donetur. Aliud enim est vmbra fugere, aliud ad solem iustitiae accurrere.

tere. Obtinebratio causa fit offensionis, offensus vero lapsus occasio est, lapsus vero mortis. Saepe hi qui per nimiam vini potationem obtenebrati sunt, aquam bibentes ad sobrietatem mentis reuertuntur, ira & qui obscurati vitij fuerant per lacrymas resipuerunt. Aliud est perturbatio, aliud effusio, aliud excecatio, Priorem illam sanauit continentia, sequentem quies solitaria, tertiam obedientia & Deus, qui propter nos obediens effectus. Nos ex duobus exemplis, eorum qui terrena, & infima purgare solent, duas conuenientissime purgationes eorum qui superna sapiunt colligimus. Et fullonum quidem officinam, exempli causa, dicimus coenobium secundum Deum, quod fordes & consuetudines atque turpitudinem animarum diluit ac refecat. Tingentium vero officina est anachoresis, his qui in coenobij exercitatione lasciuia & memoriam iniuriarum & iracundiam deposuerunt, iamque ex eo ad quietem solitudinis migrauerunt.

Alii quidam quod in eadem delicta denuo incidere, ex defectu contingat poenitentiae congruae, ex qua prioribus malis emendatio inferri solet. Quarendum vero num omnis quoque qui in eadem peccata non incidit, digne etiam poenitentiam egit. Inciderunt quidam in eadem delicta, sive prioribus profunda obliuione sepultis atque oblitis, sive quod ex voluptate nimium elementem Deum sibi suggesterunt, sive quod de salute sua desperauerunt. Si quis vero me non minus clementer accusare velit, id quoque addiderim quibusdam hoc ideo contingere, quod inimicum istum iam vincere non possunt, se per consuetudinis tyrannidem violenter subiugantem. Inquirendum quoque diligentius quomodo anima cum sit incorporea eiusdem substantiam

substantiæ spirituum ad se venientium naturam
videre solita non sit, num forte propter coniun-
ctionem, quam solus ille nouit qui coniunxit: In-
terrogabat aliquando me quidam scientia maxi-
mè illustris, his me verbis compellans: Dic oro, die
scire cupienti mihi qui nam spiritus humiliare
mentem, qui ve exaltare in peccatis soleant? Ego
cum ad huiusmodi consultationem hæsitarem,
meque id nescire iuramento firmarem, demū me
is qui discere venerat, instruxit ita paucis, dicens:
Cum tibi discretionis fermentum dederō, de reli-
quis tibi cum labore inquirendum relinquā. For-
nicationis & iracundiæ spiritus, gastrimargiæ, iteni-
acidiæ & somni mentis cornu extollere non fere
conſueuerunt. Porro auaritiæ & principatus appē-
tendi & loquacitatis spiritus, alijsque plurimi ma-
lum malo adducere solent, idcirco iudicandi quo-
que spiritus his proximè accedit. Si quis cum ad
seculares profectus fuerit, aut eos ipse susceperit, ex
illorum separatione tristitiæ iaculum & non ma-
gis lætitiæ susceperit, utpote impedimento & la-
queo expeditus, hic aut ab inani gloriā, aut à for-
nicationis spiritu illuditur. Ante omnia qua ex
parte venti flatus impellat inquiramus, ne vela in
aliam partem quā debuimus expandisse inue-
niamur. Exhortare ex charitate senes scientia &
actione claros, qui corpora sua in exercitatione cō-
triuērunt, modicum sibi quietis indulgerē. Iuue-
nes continenter viuere coge, qui animas suas in
peccatis contriuērunt, sempiternum illis crucia-
tum ad memoriam reuocans. Possibile non est,
quod & alibi diximus, statim in ipsis conuersatio-
nis initijs gulæ concupiscentiam atque inanē glo-
riam à nobis omnino superari. Non tamen erit
nobis tutum velle per delicias inani gloriæ resistē-

te, sit.

te, superata namq; inanis gloriā iterū inanē gloriā
gignit in eis potissime qui rudis adhuc sunt. Imo
vero per incediam aduersus illam confligamus :
veniet enim hora & nunc volentibus est, vt &
hanc subiciat dominus sub pedibus nostris. Non
eisdem oppugnantur vitijs qui iuuenes & qui se-
nes ad dei seruitium accedunt. Sæpe enim diuer-
sis & penitus contrarijs morbis laborant. Quocir-
ca beatā sane est & multum necessaria sancta hu-
militas, qua & in minoribus & senioribus certissi-
mā simul pœnitentiā efficitur. Non id perturbet,
quod dicturus aduenio. Raræ quidem sunt, sunt
tamen animæ rectæ & ab omni malitiā & nequi-
tiā & simulatione & assualienæ. Eis vero aduer-
setur maxime hominibus admixta conuersatio,
cum possint (si ducem noctæ fuerint) veluti ex
portu quodam quietis, in cœlum conscendere, at-
que vitæ communis tumultibus & scandalis libe-
ræ, sine vllō horum experimento persistere. Las-
cipientes quidem homines, iniquos autem angeli
curare solent, superbis vero solus Deus mederi
potest. Et hoc nonnunquam fortasse sit charitatis
species, proximo cum se ad nos contulerit permit-
tere in omnibus facere vt vult. Nobis tamen om-
nem hilaritatem ostendentibus, inquirendum
quomodo & quatenus & quādo & an pœnitentiā,
vt mala ita & bona soluere sit solita. Summa no-
bis discretionē vtendum erit vt nouerimus quan-
do stare & in quibus & quatenus aduersus vitio-
rum materias luctari debeamus, & quādo nos à
collustatione subducere. Præstat enim interdum
fugam potius ob imbecillitatem nostrarum viri-
tum eligere ne moriamur. Videamus atq; obser-
uemus cautius, quo in tempore & quomodo per
amāritudinem fel exinanire possimus, qui demō

R

HENI

nem extollant, & humiliant, qui obdulant & qui confoentur, qui tenbras nostris mentibus obdulant, & qui rursus illustrationem simulent, qui tardus & hebetes, & qui contra astutos, qui tristes & laetos nos efficiant. Non turbemur si initio statim nos ipsos procliues in vitia videamus, in studio nostrae in hoc mundo conuersationis. Oportet enim causas omnes prius moueri, atque ita deum castitatem nobis obuenire. Feræ enim vitiorum beluæ dum interim occulerentur non perspiciebantur. Quoties casu aliquo hi qui iam perfectioni propinquabant in aliquo tenui delicto operati à dæmonibus fuerint, omni arte vitantur hoc rursus centuplum diripiant. Sicuti venti aliquando per seueritatem summa crispant æquariterga, aliquando maris profundum turbare & vertere solent, ita & in tenebrosis malignitatis flatibus intellige. In his enim qui virtiosi hactenus sunt, ipsum sensum quoque cordis intimum fluctibus iactare solent, in his vero qui iam profecerunt, mentis tantum superficiem perturbant. Quocirca hi quoque citius tranquillitatem propriam incontaminatam perstitisse sentiunt. Perfectorum est agnoscere semper in animo quæ nam sit conscientie quæ dei, quæ etiam intentio existat dæmonum. Non enim contraria ab initio statim dæmones suggerunt, ac ideo tenebrosa est reuera atque ad inueniendum perditissimis.

Annotationes in Gradum. 26.

- 1 Verè ac propriè bonum vocat, non bonum philosophicum aut ethicum, sed theologicum, quasi dicatur in medijs hominibus vel proficientibus discretio est lumen intellectus, quo bonum gratiæ à bono nature, eiusque contrariis malo discernunt.
- 2 Vult dicere: qui trita hæc vitia gulam, auaritiæ &

vanam

- vanam gloriã, deuicit cetera quinq; (offo enim capitalia crimina numerant veteres) facile superabit.
- 3 Hoc est, si nõ doceant, sed sileant.
 - 4 Sicuti mens vel intellectus per baptismũ & spiritum s. nobis infusum regeneratus, totusq; spiritalis affectus est: ita & sensus interior noster per eundẽ spiritum est regeneratus, qui quidẽ semper in nobis est habitus, et etiã in nobis aliquando nõ est, s. actu. Locuste mulier est corrupta, hoc modo legendũ puto: Muta animãtia cũ alterius orbatur solatio, &c. Notand. quod Caritas, fides et spes non sumantur hic pro virtutibus theologicis, sed exhibet quorũ semina à natura nobis insunt, licet eadẽ postea per infusionem spiritus s. tanquam à hyluestri bus sterilibusq; plantis in fructiferas transmuentur.
 - 5 Alij transferunt: Non repetere in iudicio reuocabaram, opus est perfectorum.
 - 6 Per Anticipationes intelligẽdas puto suggestiones dæabolicas, seu cogitationes practicas de reb. illicitis quæ fiunt per subreptiones, priusquam iudiciũ vel ratio aduertat. Scholastici motus primò primos vocant.
 - 7 Vitium & peccatũ, desidia & ociositas vt habitus & actus differunt.
 - 8 Cautè legatur hic locus propter articulum fidei nostre de purgatorio.
 - 9 B. Euphucium qui Thaidem meretricem Aegyptiam accessit conuertit quæ, intelligit.
 - 10 Varia ponit illustrationum genera: Quædam fit per lachrymas corporis, in penitentiã scilicet & contritione. Quædam per lachrymas anime in spiritu deuotionis, amoris & pietatis. Quædam per corporis oculos: inuisibilia enim Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta cõspiciuntur, Romanorum primo. Quædam per intellectuales oculos, Deo per spiritum suum intus hominẽ illuminante. Quædam per verbũ Dei, quod (Psal 118) lucernã

est pedibus nostris & paruulis dat intellectum. *Quaedam* quarta non dissimilis fit per exultationem animae sentientis aduentum spiritus. 8. De qua .i. Iohan. 1. Factio docebit vos omnia. *Quaedam* ex solitudine, quando solitariis remotis omnibus curis, sedens lenat se super se. Tren 3. *Quaedam* per obedientiam dante ei Domino tanquam premium humilitatis. *Quaedam* denique fit per raptum, quae est supernaturalis abstractio animae facta per diuinam potentiam.

12 Per tres istas horas diaboli suggestio, delectatio & consensus in peccato intelligi possunt. vel 3. vigiliae de quibus in euang. adolescentia, iuuentus & senium: vel denique tria illa genera visiorum apud Iohannem, concupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitae.

13 *Quae* Taxo & Cyparisso cognatio & societas fit apud nullos inuenio. *Quare* existimo interpretem nostrum hic errasse, qui quidam taxum vertit. Est quidem Smilacis species quaedam quam Latini teste Dioscoride Taxum vocant, sed cum haec abieci magnitudine referat, de ea non est hic intelligendus Climacus, alia vero species est Smilacis hederæ folijs, sed mollioribus, caulibus tenuibus, & capreis vicinis arboribus circumuolutis, Smilacem leuem vocant. & forte quia haec in Aegypto frequenter Cyparisso adhaeret, ab hac similitudine desumpsit.

¶ *Compendiosa supra dictorum recapitulatio.*

Fides firma abrenunciationis est mater, quid autem contrarium sit liquet. Spes indeclinabilis reiiciendae affectionis est ianua, Quid item contrarium sit manifestum est. Charitas Dei peregrinationis materia est. Quid contrarium sit item constat. Subiectionem genuit, suipsius reprehensio appetitusque sanitaris. Mortis meditatio, continentiae est mater, fixaque memoria aceti dominici & fellis. Pudicitiae adiutrix est, solitudinis quies, in centiuor

centiuorumque; contrafactio ieiuniorum, Cogitatio turpium aduerfatrix est contritio animae. Fides & peregrinatio, mors est auaritiae. Misericordia vero & charitas prodiderunt corpus. Oratio intentissima, & iugis acediam perdidit. Iudicij memoria, alacritatem praestitit. Medicina furoris, ignominiae dilectio, hymnorumque, cantus atque misericordia. Nuditas rerum omnium, tristitia suffocat. Nullisque, sensibilem rerum affici, intellectu aliam speculationem parit. Silentium, & solitudo inanis gloriae sunt hostes. Quod si fueris in medio, ignominiam arripe, nec pudeat te exhibere in honorem. Visibilem superbiam sanabunt incertus & abiectus habitus, inuisibilem vero solus qui est ante seculum curabit. Omnium ferarum venenatarum sensibilem interemptor est ceruus, Intellectualium vero humilitas interfectrix est. Possunt ex naturalibus rebus cuncta intellectualia addiscere, Sicut impossibile est ut serpens vetustatem suam exuat, nisi angustiam cauernam prius ingreditur: ita nos quoque, anticipationes veteres & vetustatem animae, veterisque hominis nisi per angustiam & arctam ieiunij & ignominiae transeamus viam. Sicut impossibile est, ut grauatæ nimis carnes volucres in caelum euolent, ita & qui carnem suam nutrit & fouet illuc ascendere non poterit. Exiecatum lutum iam non porcis vsui esse, ut ibi se voluent, potest: ita & caro per abstinentiam marcida effecta daemonibus ultra non praebet in se quiescendi locum. Sicut viridium lignorum multitudo, plerumque suffocat & extinguit flammam, fumumque ingentem excitat, ita saepe immodica tristitia fumo ac tenebris plenam animam efficit, laethymarumque exiecat aquas. Vt sagittarius caecus reprobus est, ita & discipulus contradicens per

detur. Sicut probatum ferrum improbum acuere potest, ita frater lætus & alacer negligentiorē sæpe seruauit. Sicut uolucrum oua si fouentur in stercore uiuificantur & in fortum erumpunt, ita & cogitationes nisi ex cordis abditis productæ manifestentur in opus prodeunt. Sicut currentes equi cursu inuicem certant, ita & optima quæque societas se inuicem excitat. Sicut nubes solem abscondit, ita cogitationes malæ obtenebrāt & perimunt mentem. Sicut is qui sententia contra se lata ad damnationem proficiscitur, nihil de spectaculis curat aut loquitur, ita ne ille quidem qui ueraciter luget ventrem fouebit aliquando. Sicut pauperes cum thesauros regios aspirant, suā paupertatem amplius agnoscunt: ita etiam magnificas patrum uirtutes relegens, mentem suam omnino amplius humiliat. Sicut ferum etiā si nolit ad magnetem perfugit, nature vi secretissima pertractum, ita & qui anticipationibus delictorum assueti, in earum habitum transierunt, uolenter ab eis opprimuntur. Ut oleum mare inuitum etiam tranquillum facit, ita & ieiunium uolentia quoque & reluctantia incentiua corporis extinguit. Sicut aqua angustijs conclusa in altitudinem tumens erigitur, ita sæpe anima angustiata periculis. Sicut is qui fert, aromata etiam si nolit ex odore proditur, ita & qui dei spiritum habet ex uerbis suis atque humilitate propria agnoscitur. Ut uenti perturbant abyssum, ita suor plusquam reliqua exagitat mentem. Sicut quæ oculus non uidit, ea ex auditu solo quis non nimium gustare appetit, ita & uirgines casti corpore ingens inde leuamen habent. Sicut fures cum arma regis aliquo in loco posita uiderint non illuc facile ascendant: ita & qui cordi orationem coniunxit, non

fortu

fortuito ab intellectualibus latronibus violari poterit. Sicut ignis niue ex se non gignit, ita & qui in hoc seculo honorem quærit, nunquam celesti ac perenni honore poterit. Sicut una sæpe fauilla ingentem syluam consumpsit, ita unum reperitur bonum quod magnorum scelerum ingentem multitudinem delere possit. Sicut sine armis ferae bestias perimere non possumus, ita nec sine humilitate inira sentiam acquirere. Sicut qui per naturam uiui absque cibo non potest, ita & ei qui saluari cupit, ad mortem usque uel ad breue momentum negligere non licet. Ut solis radius dum per foramen ingressus, cuncta quæ in ea sunt illuminat, ita & timor domini si fuerit in anima, cuncta ei peccata sua etiam minuti lima ostendit. Sicut hi qui dicuntur cancri capi facillime possunt, eo quod aliquando ante, aliquando retro gradiuntur: ita & anima nunc quidem ridens, nunc lugens, nunc uel de delictis aspergens, profluere uanquam non poterit. Sicut qui somno grauatur facile suribus patitur: ita & qui secus mundum uirtutes arripere gradiuntur, a prædonibus facile uiolabuntur. Sicut is qui aduersus leonem pugnat, si ab eo oculum aliorum delibet, confestim perijit: ita & qui contra carnem suam pugnat, si hæc per quietem nimium fouerit, sicut hi qui salam putrem & fragilem ascendunt uere periclitantur: ita honor omnis & potentia & gloria quæ humilitati aduersa sunt, omnem se habentem deiiciunt. Sicut impossibile est qui esurit non recorderetur panis, ita ferri non potest, ut qui saluare cupit exitus sui, extremis iudicij benificatur. Quæ admodum aqua deiecit litteras, ita & ad salutem abesse peccata solent. Sicut hi quibus non adhibetur, alij litteras delere solent: ita & anime quibus

lachrymæ per moerorem & gemitum summamq;
tristitiam peccata delent atque abscindunt. Sicut
stercoris copia multitudinem gignit vermiū, ita
multitudo laborum lapsuum & malorum cogita-
tionum atq; somniorū operatur multitudinem.
Sicut is qui compedit⁹ est ambulare non valet, ita
& qui pecunias sibi thesaurizant in cœlum ascen-
dere nō possunt. Sicut plaga recēs facile curari po-
test, ita & diuturna anime vulnera difficillima ad
sanandum sunt, etiam si sanari vnq̄ possint. Sicut
impossibile est mortuum incedere, ita possibile
non est eum qui desperauerit saluari. Qui fidem re-
ctam seruant, nec à peccatis desistunt, hi vultui si-
ne oculis assimilantur. Qui fidem non habet & bo-
na quedam forte operatur, is ei similis est, qui hau-
stram aquam in perforatum doliū immittit. Si-
cut nauis optimo gubernatore freta in portū tu-
ta deo auxiliante ingreditur: ita & anima quæ
pastori optimo innititur, facile in cœlum con-
scendit, etiam si mala plurima gesserit. Sicut qui
sine duce est, etiam si prudentissimus sit, facile in
via errabundus incedit: ita & qui suo arbitrio mo-
nasticam viam pergit, etiam si in omni mundana
sapientia fuerit instructus facillime perit. Cū quis
post graua scelera corporis mala valetudine im-
peditur, fuerit, viam sanctæ humilitatis, eiusq; p-
prietatem securus incedat. Aliā enim salutis viam
non inueniet. Sicut fieri nō potest, vt is q̄ longis-
sima valetudine laborauit, vno momēto sanitate
ægrarita ne vitia quidē, imo vitiiū aliquod, pro-
tinus supari potest. Cuiusq; virtutis ac vitij signū
quāritatis tibi denota, atq; ita poteris nosse profe-
ctū tuū. Sicut hi qui luto aurū commutant, detri-
mentū omnino patiuntur, ita & q̄ pro corporalib.
spiritualia sua in publicū effertentes enunciat, sum-
mis

mis afficiuntur incommodis. Remissione qui-
dem cito plurimi potiti sunt, beatam vero tran-
quillitatem, nemo repente possedit. Hęc enim vt
acquirere possim⁹ tempore lōgo ac dei adiutorio
et singulari gratia nobis opus est. Solicite quæra-
mus, atq; obseruemus quæ nobis in semente, q̄ in
herba, quæ in melle fere volucres insidiētur, vt la-
queos illi, & pedicas cōuenientes parare ac tēdere
possimus. Sicut iniustum simul est & indignissi-
mum vt is qui febrem patitur seipsam necet, ita
minime conuenit, vt quis ante extremum spiri-
tum aliquando desperet. Sicut turpe est atque in-
honestum, vt cum patrem suum sepelierit, mox
vt à funere surrexit, ad nuptias proficiscatur: ita
eis quoq; qui pro sceleribus lugent inconuenien-
tissimum est honorem atque gloriam in presentī
seculo ab hominibus quærere. Sicut alia est ciui-
um, alia rectorum habitatio, ita omnino immu-
tatus & varius esse debet pro culpis lugentium,
atque infortium status. Sicut eum militem, qui
in prælio durissima in faciem vulnera suscepit
imperator militia non abdicat, imo vero amplius
in ea illum prouehit atque maximis honoribus
cumulat: ita & monachum, qui pericula pluri-
ma à dæmonibus perpeffus fuerit cœlestis impe-
rator gloriosissime coronat. Sensus animæ p-
prietas illius, eius autem sensus peccatum est 4 col-
lapsus. Sensus vero mali vel sedationem vel im-
minutionem ex se gignit, ex qua rursus cōscientia
oritur. Conscientia vero est ratio atque reprehensio
custodis *Angeli* nostri, qui ex baptisimi tempore
assignat⁹ est. Atq; idcirco nō vsq; adeo inuenie-
mus eos qui adhuc in animo illuminari nō sunt,
pro malis operibus percuti. Sed multo leuius atq;
cellementius quā q̄ lumine accepto peccauerūt. Et

quidē mali, mali abstinentiā parit. Mali vero abstinentia, initium est poenitentiae. Porro poenitentia initium, initium salutis est. Initium autem salutis, propositum est bonum. Ex bono autem proposito gignitur laborum tolleratio, cuius item initium virtutes sunt. Porro virtutum initium flos. Flos autem virtutis, initium bonae actionis. Ex virtute & assiduitas nascitur. Assidue vero meditationis germen ac fructus est habitus. Ex eo item ea qualificatio eritur, quae timoris est genitrix. Timor autem gignit mandatum dei obseruantiam, mandatorum custodia, charitatis argumentum est, charitatis vero initium humilitatis est copia, copia autem humilitatis tranquillitatem parit. Eius vero possessio penitudo charitatis est, siue DEI perfecta habitatio in his qui beatam tranquillitatem habentes, mundi sunt corde. Ipsi enim deum videbunt, ipsi gloria in secula, Amen.

Annotaciones in precedentē recapitulationem.

- 1 De ceruis scribit Plinius lib 8 cap. 32. quod cum serpentibus bella gerant. nustrigant earum caernas narumque spiritu atrahunt venientes. Quae & communium ceruorum accensorum odor, remedium singulare est abigendis serpentibus. Spita igitur est similitudo.
- 2 Seipsum addendum est: consentit antiqua translatio.
- 3 Pro p. o. i. u. e. e. j. l. i. s. p. r. o. f. i. c. e. e. j. l. e. g. u. n. t.
- 4 Alij hoc modo verunt. Sensus est proprietatis animae, quem sensum peccatum reuincat. i. peccati conscientia arguit.
- 5 Illud percuti non de pena aliqua exteriori intelligendum est, sed de stimulo conscientiae in mente.
- 6 Verum translatio aliter legi hoc modo. Pululatio virtutis est cōtinuatio operis, fractus autem cōtinuationis est habitus. Filia habitus est quae. i. i. f. i. catio boni, & quae timoris est genitrix: quae i. r. a. s. h. a. n. s. u. s. c. o. n. t. i. n. u. a. t. i. o. n. i. s. e. s. t. & a. c. c. o. r. d. i. n. a. t. i. o. n. e. m. d. a. t. u. r. De

De sacra corporis & animae quiete, I Gradus

XXVII.

Nos quidem, cum simus veluti emptitij quidam serui, atque immundissimis vitijs obnoxij, ex hoc ipso dolores quoque & mores & imperia etiam astutias eorum, qui infelici animae nostrae diu dominati sunt, spirituum vel tantisper nouimus. Alij vero sunt, qui per operationem sancti spiritus, & quod his iam liberati sint, artes omnes illo. um pio be callent. Alij enim est, qui ex dolore infirmitatis conijcit. Et talis qui ex sanitatis gaudio, & requie morbi in errorem coniectura comprehendit. Itaque ut iracundissimis trepidamus admodum de tranquillitate quietis per tu in hoc opere philosophari, non ignorantes eam quendam sancti conuentus mentis semper assistere: panemque ex ea videlicet animam diripere conari, quem cum sui appouerit iam inde iursum discedere atque illi. m. fecerit eum comedere. Quocirca ne caniluiusmodi locum de nos, per nostrum sermone, utque occasione in putamus querentibus occasionem, ne plus est ab immanibus, his qui in ardore praelij sumunt animi virtute & constantia constituti sunt, imperatoris nostri bellatoribus, modo de pace & discipulis sciam dicimus quod hi qui fortiter pugnant, tranquillitatis etiam & pacis colonis donandi sunt. Ceterum ne quem fortasse entissemus, si tunc de hoc indifferens relinquamus, pauca si peract veluti sub discretionis forma nunc legantur. Est quidem corporis quiete in oratione ac sententia quietio ac moderatio, quiete autem animae illa cognationum scientia, atque sensibus in quiete labio in quiete.

Quietis amicus est fortis quidam & pertinax vlgique sensus, semper in cordis ianuis excubans, cogitationesque accedentes aut necans aut remouens. Qui sensu cordis intimo quiescit, quod diximus intelligit & recognoscit. Qui verò adhuc infans est, hoc quia non gustauit, ignorat. Quietis sectator prudens verbis non indigebit, verba enim illustrantur operibus. Initium quietis est strepitus omnes, ut qui fundum animæ perturbant, amouere. Finis verò tumultus non metuere, sed inter eos sine vilo eorum sensu durare. Quietis amicus, qui progrediens non verbo progrediens est. Mansuetus est totius charitatis domicilium. Is difficile ad verba moueri & immobilis esse ad iram undiam solet. Quid autem huic cōtrarium sit satis constat. Quietis est amicus is qui incorporee substantiæ proprietatem in fragilli corporis domicilio (quod est omnino mirabile) concludere nititur. Obseruat quidem murem, quæ hunc venatur bestiola. Intellectualem verò dæmonem, quietis solitarij intentio. Non sit tibi vile vel reijciendum hoc documentum. Sin verò alias, nondum quid sit quietes agnouisti. Verus monachus profecto non sic erit, ut monacho alteri monacho adiūctus. Monachus enim summa opus habet vigilantia, & mēte omni elatione vacua. Priori quod sæpe alter optulit, secundo verò cooperatur angelus. Intellectuales virtutes spiritualiter quietis sectatori simul assistant atque vna ministrant & in eo veluti in iucundo diuersorio libentius inhabitant: Quid huic sit cōtrarium tacebo. Dogmatum ingens est & alta profunditas: mens autē solitarij non absque periculo insiliet in ea. Tutum non est cum veste neque cum passione aliqua theologiam attingere. **Cella solitarij conclusio corporis est, inuisq;**

habet

habet domicilium scientiæ. Is qui anima morbo laborans quietem solitudinis arripere nititur, ei similis est qui ex nauis in pelagus exiliens per tabulam ad terram peruenire querit. Quicumque aduersus carnem luctantur his suo tempore quies erit, si tamē ducem nacti fuerint. Ei enim qui solus hanc persequitur angelica virtute opus est. Est autem mihi sermo de his qui reuera quietem & corpore & spiritu sectantur. Solitarius negligens mandacia loquetur, & per ænigmata se à quiete destitisse hominibus, persuadere quæret. Cum reliquerit cellam dæmones cupit, latetque se ipsum miser quod dæmon effectus sit. Vidi ego quietis studiosos flagrantissimos suum in Deum desiderium inexplēbiliter per huiusmodi quietem implēuisse, & ignem igne, desideriumque desiderio genuisse. Solitarius est forma terrestris angeli, qui orationem suam carta desiderij & sollicitudinis literis desidia & torpore libe auit. Solitarius est qui reuera clamare potest: Paratū cor meum Deus. Solitarius quietus ille est, qui ait: Ego dormio, & cor meum vigilar. Claude ianuam cellule corpori & linguæ ianuā locutioni, interiorēq; animi fenestram spiritibus immundis. Serenitas quidem ac meridiana sol nautæ patientiam arguit, necessariorū verò indigentia quietis solitarij tolerantiam ostendit. Ille quidem indignans innatat undis, hic autem acedia pressus miscetur multitudini. Ne timeas sonituū ludibrii luctu quippe for midinem nescit, neque illa agitur. Quorum mors veraciter orare didicit, hi Deo facie ad facie tanquam regi ad aurem loquuntur. Hi autem quorum os orat, ei similes sunt qui regi coram omni senatu procidunt. Qui autem in seculo morantur, hi in medio totius multitudinis plebis regē obsecrant.

erant. Si artem orandi didicisti, quod diximus non ignorabis. In sublimi quodam loco residens, te ipsum obserua, si tamen id facere nosti, & tunc perspicies quomodo, quando, qua ex parte, quot, & qui fures irrupere ac furari botros veniant. Cum fatigata fuerit intentio, surgens orabit & iterum residens vtiliter priorem operationem tolerabit. Volebat quidam haec expertus de his subtiliter diligenterque differere, sed timuit ne quando pietatis operatio negligentior es faceret, verborumque, strepitu currentes atque alacres terreret. Qui de quiete subtiliter & diligenter & summa cum scientia differit, aduersum se demones excitat. Nemo quippe alius horum turpitudines immisericordiasque, ac nocendi artes ita in apertum producere potest. Qui solitariam arripit quietem profundum mysteriorum nouit. Non autem in illud prius descendit, quam fluctuum ventorumque, tumultus vel audierit, vel viderit, vel eis etiam fortasse fuerit respersus. Confirmat autem hoc quod diximus, magnus Apostolus Paulus, qui nisi in paradysum velut in quandam secretissimam quietem raptus fuisset, nunquam profecto arcana verba audire potuisset. Quies a auris accipiet a Deo grandia. Idecirco & in Iob, quies haec sapientissima dicebat: Putas ne suscipiet auris mea ab eo ingentia? Solitarius quietus est, qui ita omnes absque odio fugit, nolens intermissione diuinam dulcedinem pati, sicut alius propterea & festinans accurreret. Perge bonaque tua celerius disperge (venere enim moram temporis habet) & da pauperibus monachis, ut tibi per orationum suffragia ad quietem solitariam concurrant, & tolle crucem tuam, eam per obedientiam baiulans, onusque amputationis tuae voluntatis fortiter tolerans, & tum veni sequere me ad conjunctionem beatissimae & placidissimae.

quidissimae quietis, & docebo te virtutum intellectualium [Angelorum] visibilem actionem, peraramque, conuersationem. Nunquam illi satiabuntur in secula seculorum laudare conditorum, neque is qui caelum quietis fuerit ingressus unquam fatigabitur creatorum collaudare. Non erunt de materia solliciti, quibus est natura agilis, & omni materia libera, neque de alimentis. Hi enim cum ex materia per naturam sunt, materiam tamen omnem exesseunt. Non alentur priores vili cibo, neque indigentur secundae possessione. Non erunt solliciti illi de pecuniis vel possessionibus, neque illi de vexatione spirituum nequa. Non est caelestibus visibilis vilius creaturae desiderium, neque in terrenis inest concupiscentia vilius aspectus, quem sensus attingat. Nunquam desistent illi in charitate proficere, nec isti quidem quotidie cum illis profectu isto contendere. Non sunt illis ignorantia profectuum diuitiarum neque istis assensionis amor incognitus. Non desistent, quousque ad ipsam Seraphim pertingant, neque unquam fatigabuntur, quoad angeli fiant. Beatus qui sperat: ter totidem Beatus, qui id futurus est quod sperat: Angelus, cuius id consecutus fuerit quod sperat.

Comparatio anachoritarum et Angelorum,

De differentia quietis.

Sunt in omnibus discipularum statibus, quod etiam in omnibus manifestum est, sententiarum voluntarumque differentiae. Neque enim sunt omnia perfecta ob defectum studii virtutisque indigentiam. Sunt igitur qui per partem istum primo vere palagus, siue magis fortasse profundum ingrediuntur, quod ad continentendum os atque ad frenandas anticipationes corporis imbecilliores sint: alij quidem primum nimium ad inacundiam, cum tales sunt, ut hanc cum multitudine degentes miserii super-

ri superare non possint: alij rursus ideo, quod nutu magis proprio atque consilio, quam aliorum dictu ex nimia elatione nauigare decreuerunt: alij quod in medio materiae constituti, materia abstinere non possint: nonnulli quidem vt ex secreto solitudinis studiosiores fiant, alij vt secretius & liberius pro culpis seipfos conterentes verberent, quidam vt per hoc sibi gloriam acquirant: sunt item alij (si tamen cum venerit filius hominis huiusmodi inueniet super terram) qui ob delicias ac sitim diuinæ charitatis & dulcedinis sanctæ huic solitariae quieti coniuncti sunt, qui tamen hoc non prius fecerunt, quam omni acediae libellum daret repudij. Eius enim coniunctio, priori illi comparata fornicatio existimatur. Secundum eam, quæ mihi data est, admodum tenuem scientiam, vt architectus parum sapiens scalam ascensionis fabricatus sum: videat autem vnusquisque quoniam gradu consistat, an vt nutu suo viuat, an vt hominum gloriam capteret, an propter imbecillitatem lingue suæ ob iracundiæ incontinentiã, siue ne cui rei vitiose afficiatur, dum opportunitas sit: siue vt penas reatus à se exigat, siue vt studiosus fiat, siue vt diuinæ charitatis ignem suauissimum acquirat. Erunt nouissimoprimi, & primi nouissimi. Septem quippe sunt hebdomadæ præsentis sæculi operationes, quarum alia acceptabiles alia reprobandæ sũt. Octaua vero futurum potius seculum significat. Cautius obseruat solitarius monachus ferarum beluarum horas, alioquin convenientes laqueos tendere non poterit. Si iam perfectè discessit cui repudium dem [acedia] labor iam necessarius non erit, sin vero adhuc procatius incumbit, nescio quo pacto quietere possim. Cur quæso non tanta apud Tabelionitas & quanta apud Scythicam heremum fueret luminaria?

Qui intelligit intelligat, ego enim id dicere nequeo, imò verò nolo. Degunt in hoc profundo qui vitia imminuant. Item qui psallendo plurimum in oratione perseuerent: & qui contemplationi intentius vacent. Secundum propositum scalam modum problema istud inquiratur. Qui capit in Domino capiat. Sunt animæ quædam negligentès immorates in cœnobijs, quarum desidia cum materia facile suppeteret, in perditionem præfèctè percipitatur sunt. Sunt item qui negligentiam suam per alioquin contubernium & societatem repulerunt. Quod non solum in negligentioribus, verum studiosis quoque ac solitis sæpè factum est. Eadem regula etiam in solitudinis vtamur quiete dicentes, plurimos probabiles suscipiens reprobauit, ideo quod nutu suo malent viuere, voluptatis eos esse studiosos deprehensens atque arguens: Alios item suscipiens ex metu & perpetua cura iudicij ac damnationis suæ sollicitos ac feruents fecit. Nullus qui vel fuore vel elatione vel simulatione vel iniuriarum memoria perturbatur, solitariae quietis vestigium inquam vel videre audeat, ne forte stuporem animi inde luereur. Qui verò his perturbationibus mundus est, ipse iam quod expedit agnoscat, imò ne ipse quidem vt reor, totum. Qui ratione solitariam arripit quietem signa & studia & argumenta ista sunt, mens tranquilla, nullisque agitata perurbationum fluctibus, castissima intentio, raptus ad Deum, præsens semper cruciatuum memoria, mortis præparatio, infatigabilis ac infatigabilis oratio, custodia inuiolabilis nullisque prædonibus patens, fornicationis mortificationis, totius affectionis mortalis ignoratio, mundus mors, gastrimargiæ fastidium, Theologiæ materialis,

teria, discretiois fons, promptæ lachrymæ semper atq; in potestate: loquacitatis exterminatio & si quid huiusmodi est, quo sibi cōtraria atq; infesta solet esse multitudo. Porrò eorum qui sine ratione hanc subeunt, ista sunt: diuitiarū inopia, incrementum ira eundem memoria illatæ contumeliæ, charitatis imminutio, fastus ac superbia assumptio. Sciens ac prudens tacebo reliqua. Quoniã verò ad id sermo noster processit, nec esse est vt de his quoque qui sub obedientia & subiectione viuunt hic loquamur: de ijs enim mihi nunc maximè sermo est. Eorum qui legitime & castè atq; incōtaminatè ornatissimæ huic & pulcherrimæ virtuti coniunguntur, ista esse argumenta à sanctis patribus diffinitū est, quæ suo quidè tempore perficiuntur, quotidie tamè extenduntur & adiectione profectūq; suscipiūt. P. imitaciō humili tatis incrementū, furoris imminutio: exinanito enim felle qd aliud fieri potest/charitatis assumptio, vitiorum alienatio, odij liberatio, quod ex reprehensione fit, imminutio lasciuia: ignoratio acedie, studij accumulatio, misericordiæ dilectio, superbia peregrinatio. Virtus sanè omnibus optanda paucisq; proueniens. Cū fontis aqua deest, iã non proprie dicitur fons. Quid sequatur intelligit qui mentem habet. A dolescētula q non seruauit thorum corpus inquinauit, animã verò quæ non seruauit pactū contaminauit spiritū: illam quidem sequitur vituperatio, odiū, verbera & quod omnibus miserabilius est seperatio atq; diuortij: hanc verò sequuntur, inquisitiones, obliuio mortis, inexplēbilis ventris, oculorū incontinentia, inanis gloriæ operatio, somni insatiabilitas, cordis duricia, in sensibilitas, cogitationū horreū, captiuitas cordis, turbationis operatio, in obedientia

contra

cōtradictio, infidelitatis cor, nulla certa salutis fiducia, securum multiloquiū, vitiosa affectio, & q̄ omnibus grauior est confidentia, quoq; omnibus miserabili⁹ est cor absq; vllā cōpunctionis gratia: cui succedit in eos potissimū, qui non aduertunt, indolentia spiritum, ac mater lapsuum. Solitarij quietis æmulos, quinque ex octo spiritibus, subiectos verò tres præcipuè oppugnant. Solitarij aduersus acediam pugnās sæpè iacturā facit: tempus enim orationis atque cōtemplationis, aduersus hanc excogitando ac luctuando consumit. cum aliquando in cella sedens desidiã, tōrporē, cellulamq; ipsam sepe cogitare deserere, aduenientes viri quidam, vt solitariū summis attolebant laudibus, ac Beatum prædicabant, citusque n. gloriæ spiritus ab inani gloria fugatus absceit. Admiratusque sum quomodo spiritibus omnibus tribulus iste aduerserit. A specie horis singulis iugis & cōturbationalis tui motus atq; obreptiones, momentaq; & cōuersationes quomodo & quorsum vergāt. Qui per spiritum sanctum tranquillitatem acquisiuit, solus nō ignorat hanc speculationem. Principale solitariæ quietis opus est, omnia negotia ei⁹ sine rationabilia sine, siue irrationabilia negligere (nā qui aperuerit prioribus in sequentiã etiam incidet) impigra oratio secunda, & tertiã operatio cordis furibus inuiolabilis. Possibile non est, vt qui literas non didicit, in libris se naturaliter exerceat, longè est impossibilis, vt qui prius illud adeptus nō est, duo sequentiã rationabiliter arripiet. Cum mediū illud arripuisse inter mediõs effect⁹ sum, ac sitiētē me illuminabat. Et ecce rursus erat in illis. Quid quidè in eo erat ante visibilē carnē princeps docere nō poterat neq; n. permittebatur. Quomodo aut nunc est, vt diceret, ora-

bam. In proprijs quidem, inquit, sed nunc in istis.
 Et ego quæ nam inquam est dextra statio, atq; in
 autore sedes. Impossibile est hæc aure perdiscere.
 Ego autem quo me trahebat affectus, adduc me
 inquam ad tempus illud. Nondum ait venit ho-
 ra, ob defectum ignis incorruptionis. Ista siue cū
 luto hoc nescio, siue absq; eo dicere non possum.
 Difficile ac durū est cæstius maxime tempore execu-
 tere meridianum somnum. Tunc enim & solū for-
 rasse nequaquam reiiciendum est corpus manuum.
 Noui accediæ spiritū præparare ac præire fornicationis
 spiritum solere, vt valide corpus resoluens
 atq; in somnum præcipitans, velut per somnium
 iniquationes quiescentibus inducat: Si illis om-
 nino resistas fortissimè, oppugnant te omnino
 acriter, vt quasi nihil proficientem à certaminib.
 reuocent. Nullum certius argumentum est quod
 dæmones à nobis victi sint, quam si nos acerrime
 oppugnent. Cum procedis congregata custodi. So-
 lent enim aperta ianua inclusæ aues auolare, tunc
 vero nullum quietis inueniemus molumentum.
 Modicus pilus perturbat oculum, & modica cura
 demolitur quietem. Quies etiam est depositio sen-
 suum curarumq; rationabilium abnegatio. Is qui
 reuera quietem apprehendit, ne ipsius quidem ca-
 nis geret curam vllam. Neq; enim mentitur qui
 ait. Qui mentem puram deo cupit sistere curisq;
 agitur, is ei similis est, qui pedes suos fortiter
 vinciens celeriter incedere nititur. Rari quidem
 sunt qui in seculari philosophia ad summum e-
 ruditi sunt, ego vero pauciores esse dico, qui verā
 quietis sapientiam secundū deum nouerunt. Qui
 deum nondū nouit, quieti idoneus non est. pluri-
 maq; pericula sustinet. Quies imperito suffocat,
 nam cum dulcedinem dei non gustauerūt in cap-
 tuatio.

tuationibus & furtis, & mœroribus, & fagati-
 onibus animi tempus consumunt. Qui pulchritu-
 dinem orōnis attigerit, fugiet turbas vt onager.
 Quis enim nisi hic dimisit enagium liberum ab
 omni consortio hominum? Is qui passionibus eb-
 fessus moratur in heremo, horū exercitationi to-
 tus incubit. Sicut & senex sanctus Ansilaites Geor-
 gius quem & charitas tua non ignorat, cum ali-
 quando formaret, atq; instrueret inutilem animā
 meā, & erudiret ad solitudinis quietem, me de hu-
 iusmodi lequēs edocuit. Notauit, inquit, mane vt
 plurimū inanis gloriæ atq; concupiscentiæ spūm
 solere aduenire meridie vero accediæ & iracundiæ
 & tristitiæ, vespere autē infelicis ventris stercoreū ty-
 rannos. Melior est subditus pauper, q̄ solitarius q̄
 hinc inde distrahitur. Qui secundū rōnem quietē
 arripit, neq; ipsius lucra quotidie cōsiderat, is autē
 nō rōne, & secundū q̄ cōuenit quiescit aut elatiōe
 subripitur. Quies est perpetuo atq; intēstissimo cul-
 tu deo iugitur assistere: Iesu memoria fac vt spūi
 tuo vniatur, tuncq; agnosces q̄ sit quietis utilitas.
 Lapsus quidem subdito voluntas est propria, qui-
 eti vero solitarij o. ationis intermissio. Si aduentu
 fratru ad cellam tuā gaudeas, scito teipsum accediæ
 vacare soli non dec. Exemplar orōnis tibi sit
 vidua illa euangelica ab aduersario suo diutius af-
 flicta, quietis vero forma, magnus ille parq; ange-
 lis solitarius Arsenius. Memento qui in solitudi-
 ne degis angeli huius solitarij institutum, 10 atq;
 intuere quomodo ad se aduenientes (ne id quod
 erat maius ommitteret) insalutatos plarumq; re-
 miserit. Certum est dæmones persuadere his qui
 irrationabiliter circuire sunt soliti, vt ad eos sa-
 pius proficiat qui studioissime sectatur quie-
 scem, vt horum causa operatio dei vel parum im-

Lucæ 18.

pedire possint. Nota eos qui sunt huiusmodi dicitur: me neque vires religiose & pie contristare negligentes. Fortassis ex hac salubri contristatione cogitare desinent. Cane enim ne prædictæ intentionis occasione frustra, & sine causa animam contristes, quæ forte præ sitis ardore haurire abs te aquam venit. In omnibus vero lucerna tibi opus est. Vita quiescentium, imo vero monachorum secundum conscientiam ex iustimo cordis sensu fiat. In qui rationabiliter currit, studia sua ac locutiones cogitationes & incelsus & motus, omnia secundum deum facit studiosissime, atque ex affectu cordis coram domino operatur. Quod si adhuc subripitur, nondum secundum virtutem operatur. Aperiã ait quidam in palterio propositionem meam & consilium ob defectum hactenus discretionis: Ego vero per orationem aperiã voluntatẽ meam, atq; inde certum aliquid auditionis iudicium accipiam; Fides est orationis penna, quam nisi habeat, rursus in sinum meũ reuertetur. Fides est anime nihil hæsitans status, adeo fixus, vt nulla aduersitate motus agitetur, fidelis est non qui deum omnia posse arbitrat, sed qui credit omnibusq; potestur. Fides est in speratam rerum indultrix, atq; hoc latro ille felix ostendit. Fidem genuit labor & rectum cor, ex quibus ille quidem nihil hæsitantem efficit, hoc autẽ eiusdẽ est author. Quiescentiũ mater est firma fides, nisi enim crediderit quis, quomodo quiescere poterit? Qui cõpeditus in carcere est, rorquentis deterretur metu. Qui vero in cellula quiescit timorẽ peperit domini. Nã ita prior ille questionem, vt secundus æternũ iudicium metuit. Sũmo tibi metu opus est charissime in solitudine. Nihil. n. persequi & fugere accediam vt timor potest. Inspecabit assidue reus

quando

quando iudex adueniet in carcerem, verus autẽ operarius quando vt exire virgeat, venturus sit. Alligatum est priori tristitiæ pondus, sequenti vero lachrymarum fons. Si patientiã quæsieris baculum, cito desistent canes impudicẽ agere. Patientia est infractus animi labor, nullis vel proximis rationabilibus fragoribus agitur. Patientia est vexationis quotidie expectata diffinitio. Patientia est occasionum amputatio: suaque sibi cuiusq; sollicita vacatio. Non ita suo alimento vt patientia operarius indiget. Si enim illa ad sit coronam accipiet, sin vero hæc non ad sit pernitentem refert. Patientia ante monumentum mortuus est, sepulchrũ enim cellulam suam fecit. Patientiam spes & luctus peperit, nam qui absq; his duobus est accediã seruus efficitur. Scire debet palestrites Christi, quos hostes animus persequi & quibus cominus congredi expediat. Luctatio qui pœ aliquando coronas ministravit aliquãdo vero luctus declinatio improbos fecit. Sed hoc verbis edocere possibile non est. Neq; enim eiusdẽ omnes neq; eodẽ modo afficimur, neq; qualitas vna omnium est. Vnũ spirituum obserua vigilantius, nam ille & te infatigabiliter oppugnat, in statu, in transitu, in sessione, in motu, in accubitu, in oratione, in somno. Plurimũ ex his qui in sanctæ quietis cursu assident eã semper in se ipsis operationem continent, quam psalmista signauit. Prouidebam dominũ in aspectu meo semper. Neque enim omnes panes ex celestis tritico spiritualis alimentum eiusdem speciei sunt. Alij in eo se exercent quod dominus ait: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Alij in eo quod rursum ait: Vigilate & orate. Alij iterum in eo quod scriptum est: Præpara in exitum tuum opera tua. Alij in eo quod dicitur:

S 4 Humiliatus

Fals. 15.

Luce 21. Humiliatus sum & saluauit me. Pleriq; id semper
Matt. 26. inspiciunt. Nō sunt condignæ passionēs huius tē-
Prou. 24. poris ad futurā gloriā, quæ in nobis reuelanda
Psal. 114. est. Quidem uero illud. Ne quādo rapiat ut leo
Roma. 8. animā meā, & nō sit, qui eripiat, intentissime
Psalmo. 7. cogitant. Omnes quidem isti currunt, sed vnus ac-
cepit brauium. Ex his sine labore, non solum uigi-
lans, uerum etiam dormiens is qui iam profecit o-
peratur: Vnde nonnulli in ipsis quoq; somnis ac-
cedentes ad se dæmones ignominij, & contume-
lijs castigant impudicasque mulierculas de castita-
te admonent. Ne sis in expectatione aduenientū
solicitus, neque te ad id antea p. apares, simplex
enim totus ac omni nexu liber est quietis status.
Nullus qui turri uel cellam quietis ædificare ue-
lit, id ante conatur quā sedens per orationem cō-
puler an habeat proprietates perfectioni necessari-
as, ne forte postquā fundamenta iecerit, risum in-
iurijis faciat operarijs reliquis impedimentū. In-
spice diligentius aduenientem in te suauitatē: ne
forte ab auaris medicis, imo uero insidiatoribus,
subdole tibi preparata sit. Noctū quidem pluri-
mum orōni insiste, psalmodicæ parū: die uero rur-
sus pro tuis uiribus te parare satage. Solet lectio nō
mediocriter illuminare atq; colligere mentē, uer-
ba enim sunt sancti spiritus, accedentesq; ad se o-
mnino dirigunt & moderantur. Sit tibi operanti
lectio que informet actionē, nam si adsit operatio
superflua iam erit lectio. Laboribus potius quam
libris salubritatis uerba intelligere satage. Noli an-
requam uirtute spiritali perditus sis, eos libros
legere qui menti nocere possint. Nam cum uerba
reuera tenebrosa sunt, imbecillioribus tenebras ob-
ducunt. Vnus saepe calix, uini gustū dedit, vnus-
que sermo solitarij, his qui gustare possunt, om-

nem illius interiorem actionē statim patefecit: in
motū animæ oculum aduersus elationem constā-
ter tene, nihil quippe aduersus spiritualia furta, hac
perniciosus inuenies. Cū processeris paruo lin-
guæ, plurimos enim labores hæc subito spargere
& dissipare nouit. In eo te statu exerce, q. curiosi-
tatem nesciat. Nihil enim ita quietem inquinare
potest, ut curiositas. His qui ad te ueniūt necessa-
ria, atq; uilia proponere, corpori. sc. atque spiritui.
Et si quidem illi sapientiores sint, silentio philoso-
phiam nostram indicemus, sin autem fratres fue-
rint eiusdemque nobiscum status, moderate ianu-
am aperiamus. Præstat tamen omnes superiores
nobis existimare. Cum uellem his qui iuniores ad
huc erant corporis opus in collectis omnino in-
terdicere, continuit me, qui arenam in pallio to-
ta nocte ferebat. Sicut rationi dogmata san-
ctæ & increatæ, & adorandæ trinitatis opponun-
tur, quæ de dispensatione carnis vnus sex tribus
personis eiusdem laudatissimæ trinitatis lesimus,
illa enim qui ibi pluralia, in hoc sint singularia, &
quæ illis singularia, hic pluralia sunt: ita & alia soli-
tudinis quieti, alia obedientiæ, alia subiectioni
studia conueniunt. Quis agnouit sensum domini?
ait diuinus apostolus. Ego autē dico, quis agnouit
sensum hominis & corpore & spiritu quieti soli-
tudinis dedit?

Annotaciones in Gradum .27

- 1 Sacram corporis & anima quietem anachoresin, seu
- 2 uitam solitariam appellat. Ad hanc plerique mon-
nachorum tunc temporis aspirabant, quidam obedi-
entiæ laborumque monasterij pertasi, quidam inani glo-
ria, quam hic canem appellat, insati: praesumes
se ad eam nunc perfectionem uenisse, qua huc uitæ
angelicæ sufficiens esse posset. Ob hanc causam San-
ctissimi

sa Sanctiſſi Abbas noſter viitur hac inſinuatione vel potius exultatione, cur non iuſto tractatu hanc quietem ſit proſecutus: ne forte ſc. cani huic inani gloriæ locū det, monachosq; eſanctæ obedientiæ in eremiū pelliceat.

3 Scientiam cogitationum vocat artem moderandi regēdiq; ſuas cogitationes.

4 Quasi diceret: Is ſolitarius eſt, qui licet de cella ſua progrediatur, de ſilentio tamen ſuo non progreditur.

5 Per portuum pelaguſ & profundum nihil aliud quam ſolitariam vitam intelligit.

6 Quædā exemplaria Tabefonitas quædā Tubefonitas legunt, utraq; malè, cū Tabenſiotas legendū ſit. Erāt aut Tabenſiotas monachi numero 5000, ſub vno Abate, in vno cænobio in Thebaidis Aeg. iuxta Lybicos montes deſerti habitantes. De quorū disciplina vide Caſſianū li. 4. inſtit. ca. 1. & ſeq. Scythia verò, de qua hoc loco mentio ſit, non eſt ea quæ iuxta Imaum montem eſt, ſed quæ in Aegypto inter Meridem lacū & oppidum Memphim iacet, quæque à Prolameo libro. 4. Geog. cap. 5. Scythiaca regio appellatur. Erat autē hæc tempore Climaci Chriſtiana & heremiū religioſis oppleat, ibiq; monachorum probatiſſimi. patres & omniū ſanctorū morabatur perfectio ut ait Caſſian. Col. 1. c. 1.

7 Alij apertius interpretantur, hoc modo: Ex octo maliciæ ſpiritibus quinq; impugnant principali- ter ſolitarios, videlicet acedia, triſtitia, ira, ceno- doxia & ſuperbia: tres vero obedientes (.i. qui in monaſterijs degunt) ſc: gula, luxuria & auaritia oppugnant

8 Acediam: notat nam gradu 13. fol. 144. dicit acediā ſolitatio indiuiduā comitē eſſe: pro quo vetus interpres perpetuam vxorem poſuit.

9 Panis reuelationem ſibi à deo exhibitam: ſed tam obſcure vi vix intelligi poſſit. Fuit autem eatalū Per medium illud, i. orationem raptus eſt inter medi-

92.

os. ſangelos vbi illuminat⁹ eſt: Erat enim princeps quidam inter illos, hunc rogauit quid in Chriſto erat ante aſſumptā viſibile ca. nē: ſed princeps ille angelorum cum nec docere potu- it, nec permittebatur. Orabat ſecundo vt quomodo nūc eſſet Verbū vel Chriſt⁹ diceret: reſ- pondit princeps: in proprijs & nō in iſtis. Terrio rogat quis ſtaret & ſederet ad dexterā, audiuit: Impoſſibile eſt inſinuari hoc per aures. Vltimo allec⁹ deſiderio rogauit vt ad eā prouheretur perfectionem, in qua videret Verbum diuinū ſicuti eſt, & reſponſū eſt ei; non eſſe illud homi- nis, priusquā corpus mortale abſorberetur à vi- ta, & imperfectio corruptionis fieret perfecta p- ignē Spiritus. S. qui conſumit omnē miſeriam. An autem hic raptus in corpore factus ſit vel extra corp⁹ dicit ſe nescire.

10 De ſolitudine fugaq; hominū B. Arſenij vide in vitis Patrum parte 2. §. 180 & 181.

De oratione virtutum matre, Gradus XXVIII.

Ratio in qualitate quidem ſua coniunctio atq; vnitas eſt, hominis videlicet & dei, ſe- cundum actionem vero cōſtantia mundi ornatus collectio, reconciliatio dei, lachrymarum mater, earūq; item filia, peccatorum propitiatio tentationum pons, tribulationum interpoſitus pa- rir, bellorū conſtractio, angelorū opus, in corpore arū omnium virtutū cibus, futura lætitia, infinita operatio, virtutum fons gratiarū miſtra, profe- ctus inuiſibilis, nutrimentum animæ, mentis il- luminatio, deſperationis amputatio; ſpei demon- ſtratio, triſtitia ſolutio, monachorū diuitiæ, ſoli- tiorū theſaurus, iræ minuto, ſpeculum profect⁹, menſurarum iudicium, ſtatus inſinatio, futuro- rum reuelatio, clementiæ ſignificatio. Oratio eis qui recte orant, curia & iudicium & tribunal do-

92.

mini ante futurum tribunal est. Exurgentes audi-
amus sacram hanc virtutum reginam excelsa ad
nos voce clamantem ac dicentem: Venite ad me
omnes qui laboratis & onerati estis & ego vos re-
ficiam. Tollite iugum meum super vos, & inueni-
etis requiem animabus vestris, plagisq; vestris
medicinam. Iugum enim meum suauis est, & pec-
cata sanat maxima. Quicumq; regi nostro assistere
& colloqui proficiscimur, non imparati cursum
hunc faciamus, ne forte nos absque armis & stola
regio digna conspectui à longe nos conspicias,
ministris & famulis iubeat, vt vinctos nos longè à
facie sua in exilium mittant, negligentesq; & in-
terruptas orationes nostras in facie nobis expo-
brent. Cum vultui domino astare proficisceris, sit
tibi tunica animæ sive omniu' gratiarum 2. i. obliuionis
iniuriarum omnino consuta. Aljoquin nihil exo-
ratione ipsa lucraberis. Sit tibi totus orationis te-
xtus vnus, neque vlla varietate maculatus, vno e-
nim verbo & publicanus ille in euangelio, & pro-
digus filius deum sibi reconciliauerunt. Vnus qui-
dem est orationum status, sed is ingentem sane va-
rietatem ac differentiam possidet. Alij namque
vt amico & domino illi familiaris assistunt pro
aliorum iam, non pro suo adiutorio vel preces illi
vel laudes offerentes, alij diuitias & gloriam &
confidentiam ampliozem sibi dari quaerunt, alij
ab aduersario suo omnino liberari exposcunt,
nonnulli vt dignitatem aliquam accipiant pre-
cantur, quidam vero perfectam debiti securita-
tem, alij custodiæ liberationem, alij criminum
solutionem consequi exoptant. Ante omnia, in
orationis nostræ chirographo gratiarum actione
sinceram statuamus, in secundo autem versu cõ-
fessionem & contritione animi ex intimo affectu

prodeun-

prodeuntem, atque ita demum regi nostro postula-
tionem indicemus nostram. Optimus hic quem
prædixi orationis modus est, sicut cuidam ex fra-
tribus ab angelis dei demonstratum est. Si vnquam
visibili iudici obnoxius fuisti, non tibi alia forma
iam opus erit, quam imitari debeas dum orationi
insistis. Quod si neq; ipse reus extitisti, neque alios
examinari perspexisti, vel ex infirmorum precibus
quas medicis dum secandi vel vradi sunt fundit,
huiusmodi aliquid addisce. Noli verbis excultio-
ribus in oratione tua uti. Sæpe enim infantium sim-
plicia & pura & balbutientia verba patrem suum
qui est in caelis placauerunt. Noli conari multum
loqui, ne mens tua ad inquisitionem verborum di-
stendatur. Vnius publicani sermo placuit deum,
vnumque fidele verbum saluauit latronem. Mul-
tum in oratione loqui, mentem sæpe imaginibus il-
lustrat, intentionem dissoluit. Parum autem aut v-
num etiam verbum in oratione loqui, colligere
mentem consuevit. Cum in orationis verbo vel dul-
cedine perfundi vel compungi te sentis, in ipso per-
siste. Tunc quippe custos noster nobiscum orat. No-
li confidere quantum libet munditia polleas, sed
summa potius humilitate ad orationem attende,
tuncque ampliozem confidentiam accipies, si to-
tam virtutum scalam ascendisti, tamen propter
remissionem peccatorum ora, audiens de peccatori-
bus clamantem Paulum Quorum primus sum ego.
Condire obsonia oleum sicut & sal, orationem vero
in sublime leuare pudicitia & lacrymarum. Si omnem
mansuetudinem & iræ vacuitatem indueris, nihil
tu laborabis vt eruas de captiuitate mentem tuam.
Quousque orationem fixam certamque non posside-
mus: his qui infantes ad incendendum initio exer-
cet, similes sumus. Contende vt ad superna feras.

imo

imo vero vt recludas intelligentiam in orationis
 verbis. Quod si debilitata per infantiam ceciderit
 rursus illam reducere cura, est quippe proprium men-
 tis instabilitas, dei vero proprium sistere omnia
 posse. Si instigabiliter certes, adueniet in te peni-
 tus, qui mentis mari terminum per gyrum posuit,
 dicit illi: huc usque venies & non transgredieris.
 Possibile non est spiritum ligare, sed vbi conditor
 spiritum est, omnino obtemperat. Si sole usque sicut
 oportet contempseris, poteris illi quoque decenter col-
 loqui, si autem eum quem non vidisti, veraciter inter-
 pelare poteris. Orationis quidem initium est, luctus in
 animo adueniens solo & tacito mentis imperio ex
 ipsis initijs fugare, nedum vero cum in his quae dicun-
 tur vel cogitantur mens tora est, finis autem raptus
 ad deum. Alia laetitia est, quae in oratione contingit
 in congregatione degentibus, & alia quae in solitu-
 dine orantibus. prouenit. Illa namque fortasse modicis
 fantasij luditur, haec autem in humilitate tora
 plena est. Si te semper exerceas vt mens tua nunquam
 longius euagetur, etiam in ipsa mensurae appositio-
 ne, prope te erit: sin autem effraenè liberè vagari pati-
 eris, nunquam tecum permanere poterit. Magnus quidam
 & magnae & perfectae orationis operari, volo autem magis
 uerba menti meae dicere, & reliqua. Sed haec à
 pueris & iunioribus alienum est. Idcirco & nos
 cum qualitate & quantitate multitudinis, vt imper-
 fecti obsecramus, per hoc enim postremum ad
 primum illud peruenitur. Qui dat inquit oratio-
 nem mundam impigre oranti, & libere, & cum
 labore. Aliud est orationis sordes, aliud exterminatio,
 aliud furtum, & aliud macula. Sordes est
 deo assistere & iniquas cogitationes in animo
 versare. Exterminatio est ad curas inutiles capti-
 uum pertrahi. Furtum est dum latenter & sine
 nostro

nostro sensu mens aliquo strepitu agitur in-
 trinsecus. Macula est qualiscunque impetus, tunc
 nobis appropians. Quoties soli eo tempore non
 sumus quo ad orationem assitimus formemus
 intrinsecus orationis impetum: sin vero non ad-
 sunt laudum ministri, etiam exteriorem habitum
 ad preces componamus. Nam in his qui haecenus
 sunt imperfecti mens corpori saepe configuratur.
 Omnes quidem, sed hi longe amplius qui debiti
 remissionem accipere à rege cupiunt, ingenti con-
 tritione indigent. Si in carcere sumus adhuc, au-
 diamus dicentem Petro: Accingere obedientiae
 linteo & excaecia te voluntates tuas, atque his nu-
 dus & liber accede ad dominum in oratione tua,
 solius eius voluntatem implorans, tunc suscipies
 dominum animae tuae tenentem gubernacula eaque
 tuto regentem. Surgens ab amore seculi & vo-
 luptatum labe proijce curas, exue intelligentias,
 abnega corpus. Nihil enim est aliud oratio nisi
 mundi visibilis, & inuisibilis alienatio. Quid est
 mihi in caelo? Nihil nisi semper tibi in oratione
 absque ulla distractione adherere. Nonnullis qui-
 dem opes in desiderio sunt, alijs gloria, quibusdam
 mortalium quarumlibet rerum acquisitio, mihi
 ad haerere Deo bonum est, atque desiderabile &
 penere in eo spem tranquillitatis meae. Fides
 orationis est penna, qua sine in caelum euolare non
 potest. Quicumque perturbationibus varijs ob-
 noxijs sumus, oremus instanter dominum. Om-
 nes enim qui eiusmodi fuerunt ex perturbationum
 tempestate in beatam tranquillitatem prefece-
 runt. Et si non deum vt deum metuit iudex, tamen
 quia sibi molesta sit anima, quae peccatorum &
 ruinam viduata fuerat, faciet ultionem eius ex ad-
 uersario illius corpore, suisque inimicis spiritibus.
 Gratos

Act. 18

Psalm:

Luc. 15

Gratos quidem clemens negotiator noster per celerem postulationis effectum ad dilectionem suam pertrahit, ingratus verò canum animas per esuriam petitionisque sitim, sibi asidere, per orationis studium hortatur. Ingratus enim canis cum panem tulerit, ab eo qui statim dedit abscedit. Noli cum in oratione perduras dicere. Nihil profeci. Iam enim satis profecisti. Quid, nisi sublimius esse possit quam adherere Domino, atque in hac cum illo iugiter perseverare? Non sic is qui condemnatus est poenae suae sententiam metuit, ut qui orationis curam solertius habet cum ad illam assisit, trepidat. Quocirca qui sapiens & acutus est, ex hac memoria maledictum omne & iracundiam & curam & occupationem & vexationem & saturitatem & tentationem, & cogitationem auersari potest & fugere. Praepara te ante per sempiternam animae orationem ad assistendum precibus tuis, & cito proficies. Vidi quosdam obedientiae virtute fulgentes, deique memoriam pro viribus non negligentes, promptè ad orationis studium occurrere, mentemque suam cito colligere, lachrymasque fontium in morem profundere. Erant enim praeparati per sanctam obedientiam. Psalmidiam quidem cum multitudine, captiuationes & mentis cogitationes sequuntur, solitariam vero non ita, sed hanc quidem aedia oppugnat illam verò aiacritas adiuvat. Charitatem quidem militis ad imperatorem suum iudicat bellum: monachi verò charitas ad Deum maximè quo tempore astat orationi deprehenditur. Statum tuum oratio tua manifestat tibi. Hanc enim monachi esse speculum, tradunt Theologi rectissime. Qui quodlibet opus incipit, & orationis tempore adueniente adhuc in illo moratur, à

dæmonibus

dæmonibus illudirur. Intentio namque furibus est horam per horam à nobis furari. Cui ut pro anima aliqua ores postularis, noli diuitiare, & si virtutè orationis non possideas. Fides enim petentis etiam cum contritione oranti saepe causa salutis fuit. Noli extolli cum pro alio oras, si exaudiaris. Illius namque fides operata est atque praeualuit. Solent pueri id quod à magistro didicerunt, ab eodem diebus singulis exigi, ita & mens omnis eam quam à Deo accepit virtutem in omni oratione iuste exigitur. Quocirca attendendum sollicitè est, cum vigilantius orare coeperis, citius in iracundiam oppugnaberis. Hoc enim subtrahere vel suggerere moriuntur inimici nostri ut priuemur orationis fructu. Ad omnem quidem virtutè precipue tamen orationem, summo cordis sensu & affectu semper exerceri debemus. Tunc verò anima sibi orat cum iracundia superior euaserit. Ea quae plurimis temporibus precibus ac lachrymis acquiruntur, solida sunt atque durabilia. Qui Deum possedit non iam sibi ipsi in oratione intentionem dictabit. Tunc enim spiritus pro eo interpellat gemitibus ineffabilibus. Omnem sensibilem phantasiam noli in oratione suscipere, ne forte stuporem atque amentiam incurras. Omnis petitio nostra quod suscepta fuerit, certum iudicium maximè in oratione percipimus. Porro ad indium ambiguitatis liberatio est incertaeque rei dignissima certissimaque atque immobilis informatio. Misericors esto vehementer, si oratio reuera tibi cordi est. In ipsa enim centuplum accipient monachi, & quod sequitur in futuro. Ignis quidem adueniens in cor orationem excitauit, ea verò excitata atque in caelum assumpta, ignis in cornaculum animae descendit. A iunt quida me-

T

lorum

liorē esse orōnem quam memoriā mortis : est
 vnius substantiæ duas essentias collaudo Equo
 batus q̄to vltra p̄greditur feruere magis & cursu
 adijcere solet. Cursum, hymnorū cantū intelligo,
 equū vero virilē animū, huiusmodi vero de longē
 odoratur bellum & p̄paratus iā ad omnia insupe-
 rabilis permanet. Dirū est aquam ex sitientis ore
 diripere, sed lōgē est dirius animā summo affectu
 compunctionis orantem, priusq̄ perfectē cōsum-
 merur oratio, seipsum priuare iucundissimo isto
 nimiumq̄; desiderabili statu. Noli ab oratione de-
 silire quo ad vid eas ignem & aquā diuina dispen-
 satione cessauisse, neq; enim huiusmodi tempus re-
 missioni peccatorum fortassis vltra in omni vita
 tua inuenies. Qui orōnis gustum cœpit, vno sepe
 verbo incautus emissio, inquinavit inuadam, atq;
 in oratione assistens, quem cupiebat nequaquam
 vt solebat inueniet. Aliud est crebrius corde spe-
 culari, aliud ipsū cor inspectare, mētis officio prin-
 cipis in morem rationabiles hostias Christo offe-
 rentis. Non nullos quidem, vt ait appellatus à the-
 ologiæ cognomine, sanctus atq; cœlestis ignis ad-
 ueniens cōburit, eo quod adhuc satis purgati non
 sunt, alios rursus per mensuram perfectionis illu-
 minat. Idem enim & ignis cōsumens & lux illu-
 minās dicitur. Vnde & quidam ab orōne exeun-
 tes veluti ex fornace ignis egrediuntur, sordis cu-
 iusdam ac materiæ leuamen sentientes, alij vero
 veluti à luce illustrati atque duplici humilitatis &
 exultationis amicti veste inde procedunt. Qui ve-
 rō absq; his duobus effectibus ab orōne exeunt, cor-
 pore non spū, iudaicē dixerim orant, Si corpus per-
 tactum appropinquans corpori immutatur actio-
 ne, quō nō immutabitur qui Dei corpori manib.
 innocentib. propinquatur: Possū ad terreni re-

gi

gis similitudinem nostrum quoq; cœlestē & ele-
 mentiissimū regem aliquando per nos ipsos inspi-
 cere, aliquando per amicos, aliquando per seruos,
 nonnunquā etiam incognito modo militibus suis
 donatiua largientē: iam verō etiam qualitate tuni-
 cæ eius, quæ in nobis fuerit, humilitatis. Quemad-
 modum terreno regi execrabilis est is qui illi astat
 & domini sui inimicos alloquitur: ita eū quoque
 dominus abominatur, qui in oratione existēs im-
 mundas cogitationes recipit. Accedentem canena
 armis insequere, & si impudentius latret non ei cō-
 das. Pete per luctum & per obedientiā quære, pul-
 sa per longanimitatem. Nam qui sic quærit inue-
 nit, & sic p̄santi aperietur. Obserua cautius vt nō
 temere ac indifferenter pro scemina in orōne tua
 ores, ne a dextris fortasse te predator inuadam. No-
 li corporis act⁹, vt sunt, distinctē ac per partes in o-
 ratione deo cōfiteri, ne tibi ipsi insidiator fias. Noli
 illud orationi tēpus deputare, dum tibi cuius neces-
 sarijs sine spiritualibus negotijs instandum est. A-
 lioquin id quod p̄stantius est tibi fur ille versutus
 eripuit. Qui baculū orationis iu iter tenet, nō of-
 fendet, sed si offendere eū contigerit nō penitus cā-
 det. Quippe oratio piē deo vim infert. Eius vtili-
 tatem ex his quæ synaxis tempore contingunt de-
 monū impedimentis, colligere possumus. Eius &
 fructum ex inimici profligationē cognoscimus.
 In hoc enim cognoui, quoniam voluisti me, quon-
 iam non gaudebit inimicus meus super me. Bel-
 li tempore clamauit inquit Psalmus. In toto corde
 meo videlicet corde & animo & spiritu. Vbi
 enim sunt duo postremi congregati, illic Deus
 est in medio eorum. Neque corporalia neque spi-
 ritualia omnia omnibus eodē modo insunt. Qui-
 busdā enim celerius, quibusdā vero morosius

T 2

psallerē

psallere profuit: Dum hi aduersus captiuationem emittunt. Illi aduersus imperitiã pugnare se dicunt. Si contra inimicos tuos regem iugiter interpellaueris, cum ad te accedunt, confide, non laborabis. Ipsi sua sponte abs te discedent. Neque enim impuri & contaminati spiritus patiuntur inspicere, dũ coronam ex illorum impugnatione per oratione susceperis. Præterea velut ab orõnis igne verberati diffugient. Fortissimo semper sis animo, deumq; magistrum habebis orationis tuæ. Non possumus verbis discere, aspicere. Naturam enim id sequitur. Neq; orationis pulchritudinem per alterius doctrinam addiscere poterimus. Ipsa enim in seipsa Deum habet magistrum, qui docet hominẽ scientiam, datq; orõnem oranti & benedicit iustorum animas. Amen.

Annotaciones in Gradum. 28.

- 1 *Vetus interpres hoc modo vertit.* Oratio secundum suam qualitatem est coniunctio animæ eũ Deo. Secundum autem suam operationem fructus qui procedunt ex ea sunt: status munditiæ, collectio ornatus quia in oratione anima colligit seu sumit sua ornamenta.
- 2 *Omnificatiã quid significet ignoro.* Puto omnino hanc dictionem incuria typographi corruptam esse, & ævũstias græcæ, vel amissitiam latinẽ (quomodo Popiscus in Aureliano viuit) legendum esse. Estq; amissitia iniuriarum, vltro citroq; illatarum acceptarumq; oblitio. olim apud Athenienses legis seu decreti loco habita.
- 3 *Respicit ad illud Pauli. 1. Cor. 14. Sed in Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam: quam decem millia verborum in lingua.*
- 4 *Locus hic deprauatus ita restituitur.* Omnis petitionis nostre, quod suscepta fuerit certum indicium maxime in oratione percipimus. Porro indicium

diciũ, hoc ambiguitatis liberatio est, incertæq; rei dignissima certissima atq; inuiolabilis informatio. *Alij sic verterunt:* Consumatio cuiuslibet petitionis est manifesta certificatio in oratione: Certificatio est liberatio à dubietate, & incommutabilis assertio illius quod erat incertũ.

Sensu est: Sicut non possumus rã videre, vel visũ verbis addiscere: est enim illud opus nature: sic p̃chricudo orationis non potest doceri ab homine &c.

De beata tranquillitate anima, Gradus XXIIX.

Ecce nos queque in profundissimo ignorantiæ lacu tenebrosisque perturbationibus & vmbra mortis huius corporis constituti sumus; summa improbitate & audacia de terrestri cælo philosophari incipimus. Habet firmamentum, habet stellarum pulchritudinem, beata vero tranquillitas virtutum ornamentũ. Nihil enim aliud huiusmodi tranquillitatem esse ego reor, nisi mentis intimum cælum, versutias dæmonum ludibria iam æstimans. Ille igitur propriè tranquillus est & intelligitur, qui carnem quidem omnino corrupticulis labe purgauit. Mentem vero supra creaturam carnem eleuans omnes illi subijit sensus, atque vultui domini animam sistens supra vitam suarum modum in illum se semper extendit. Quidã rursus beatam hanc tranquillitatem esse distinguunt, animæ resurrectionem ante resurrectionem corporis. Alij perfectam cognitionem dei, ab angelis secundum esse aiunt. Hæc itaque perfectorum perfecta & infinita perfectio, sicut mihi quidam qui illius gustum ceperat aperuit, ita sanctificat atque à terrenis omnibus rapit, vt plurimum iam carnalis vite partem, postquam hunc cælestẽ portũ occurauerit, veluti in cælo per excessum mentis ad speculationem attollat. De quo is qui bene

fuerat exper^o quodā in loco ait. Quoniā Dij fortes terrę vehemēter eleuatis ūt. Huiusmodi fuisse Aegyptium illum nouimus, qui quoties cum aliquibus orabat, manus suas diutius in oratione extensas nō dimittebat. Est inter huiusmodi beatos alius aīo tranquillior. Alius ē. fortiter aduersa: ut atq; odit iniquitatem, alius in explebilitate vitibus ditatur. Et triā & castitas trāquillitas dicitur, & merito sanē. Principium est enim cōmunis resurrectionis atq; corruptibiliū incorruptionis.

Corin. 2. Tranquillitatem ostendit qui ait: Sensum domini possideo: Hanc itidem insinuauit Aegyptius 1. qui se ait non timere dominum. Nam ite m ille ostendit, qui vt ad se perturbationes & tentamenta redirent orauit. Quis ante futuram claritatem ita, vt Sy. us iste 2. sacra hac tranquillitate dignus habit^o est: Nempe celeberrimus inter prophetas David: Remitte mihi, inquit ad dominū vt refrigerer, hic autem dei athleta, remitte ait fluent gratiæ tuę. Tranquillitatem habet anima, quæ ita in virtutum qualitatem atq; habitum, sicut vitiosi in voluptatum, traducta est. Si hic finis est gastrimargiæ se ipsum etiā non appetentē auidē ad cibum impellente hic profecto finis erit continentię etiam esurientē se continere, natura iā libera atq; nulli rei penit^o obnoxia. Si hic finis ex libidinis, in ipsa muta animalia resq; in anima insanire, iste profecto castitatis finis erit, in omnibus veluti ea sunt sine anima, sensus innocuos seruare. Si finis iste auaritię est nunquam congregare desinere vel fatiari, hic profecto finis nuditatis erit, neq; proprio corpori parere. Si inacediæ finis est 3. quantalibet requie carere in patientia agitari, hic erit patientię finis, vt quamuis in tribulatione quis sit, requiem tamen se habere

bere arbitretur. Si hoc est inanis glorię culmen. etiam cum nullus adsit qui laudare possit, tingere 4. simulationis opera, hæc profecto contrarię rei species erit, si nunquam, etiam in conspectu laudantium, nostra intentio ab inani gloria surripiatur. Si est iracundię pelagus nemine præsentari atque efferari, sane istud erit longanimitatis profundum, siue sit præsens, siue absens, qui maledictis insequitur eadē animi tranquillitate durare. Si hæc species perditionis vel superbię est, in vili atq; humili habitu extolli, istud certe saluberrimę humilitatis argumētū est, in excelsis conatib. & rellæ factis humilem tenere mentē. Si hoc perfectę viciositatis argumētū est, omnibus quæ demones inferunt protinus cedere: hoc reor beatissimę trāquillitatis indicium, posse efficaciter dicere: Declinantem à me malignū non cognoscebam, neq; quo modo aduenit, neq; cui^o rei gratia neq; quō abscessit, sed omnino ad huiusmodi insensibilis sum. Qui totus hoc statu dignus habitus fuerit adhuc in carne degens, ipsum in se habitantē Deū in omnibus verbis & operibus. & cogitationibus ducē & gubernatorē habet, vnde & quasi diuinę voluntatis vocē quendā per illuminationē interius percipit: atq; humana omni doctrina celsior fact^o, dicit: Quādo veniā & apparebo ante faciē domini? Neq;. etiā fero desiderij vim atq; efficacitā, sed quæro quā dedisti mihi ante carnis huius lutū immortalē pulchritudinē. Qui eiusmodi est (ne multa dicā) viuut quidem iam non ipse viuut autem in eo Christus, vt ait, qui bonū certamen certauerat cursumq; cōsummauerat & fidē seruauerat. Nō cōstat ex vno precioso lapide diadema regni, neq; cōsumatur ista beatā trāquillitas si vel vnā aliq; virtutē negligamus Trāquillitas

religiosus tu quidem cœlestis regis in cœlis regiam, multas verò mansiones eas quæ sunt intra ciuitatem iustam habitationes. Porro cœlestis huius ierusalem inuicem peccatorum remissionem intellige. Curramus fratres, curramus rogo quatenus ingressu thalami regis aulæ potius mereamur. Quod si ex aliquo vel onere vel anticipatione vel tempore ob calamitatem non ferendam præoccupati fuerimus, vel mansionem aliquam circa thalamum ipsum occupare studeamus. Sin verò adhuc repescimus & remissi sumus, vel intra mœnia ipsa modis omnibus inueniri curemus. Nam qui ante finem vitæ in ea non fuerit ingressus: imò verò illa etiam transcenderit, in solitudine dæmonum & vitiorum commorabitur. Idcirco etiam quidam orabat dicens: In Deo meo transgrediar murum. Et alius quasi ex persona Dei ait. Nonne peccata vestra sunt quæ separant inter me & vos? Perfigamus o amici medium sepis parietem, quem male per inobedientiã ædificauimus. Accipiamus hinc debiti solutionem, eo quod in inferno desit qui sanare vel debita dimittit: e possit. Videam⁹ ergo fratres & festinem⁹, ad hoc, n. in militia cœlestis imperatoris ascripti sumus, quicumq; enim per regenerationis lauacrum Dominum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, dicens: Vacate & videte & agnoscite, quoniã ego sum Deus, trãquillitasq; & a vitijs redemptio. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Suscitatur quidẽ à terra mentem inopẽ, atq; à sercore vitiorum erigit pauperẽ Beata tranquillitas: quæ videlicet liberatio à vitijs cordisq; munditia est: laudatissima vero semperq; veneranda charitas collocat eum principibus populi domini, & sedere facit cum spiritibus angelicis.

Amo-

Annotationes in Gradum, 29.

- 1 B. Antoni⁹ dicere solebat se nō timere Deū, sed amare.
2 Per Syrum hunc, Beatum Effrem Diaconum Edesenum intelligi: est enim Edessa vrbs in consubim Syria & Mesopotamiz sita.

Locus corruptus est, sic legatur: Si impatientiz finis est, quatalibet in requie agitari, & carere patientia, &c.

Pro tingere, fingere legatur: vel iungere, profucare sumatur.

De vinculo fidei, spei, & charitatis, Gradus XXX.

N Vincitque post prædicta omnia manent. Fides, Spes, Charitas, tria hæc quibus reliqua omnia coniunguntur atq; ætissimè colligata continentur, maior autem ex his, charitas est. Deus enim rite appellatur. Equidem harum virtutum primam radium, secundam lucem, tertiam circumlunam intelligo. Ex quibus omnibus vnus splendor atq; vna claritas efficitur. Deniq; prima facere omnia & condere potest, sequens dei misericordiam circuit & 2 confusam facit, tertia vero nunquam excidit, neq; vnquam currere desistit, neque cum qui a beatâ infamia vulneratus fuerit, vitra quiete non sinit. Qui de charitate loqui instituit de perfecto loquitur. Enimvero de deo verba facere & anceps simul & periculosum est, his qui parum caute quid moliantur aduertunt. Sermo de charitate fidei angelis notus est, atque illis ipsis per efficaciam illuminationis est cognitus. Charitas Deus est, eius vero finem qui loqui instituit, cæcus cum sit, in abyssu metiri harenam cupit. Charitas quidem secundum qualitatem similitudo Dei est, quantum in hominibus fieri potest, secundum effectum autem ebrietas est animæ: secundum proprietatem vero, fons est fidei, longanimitatis ab-

T 5

yllus

ysus, altissimumque humilitatis pelagus. Charitas enim non cogitat malū Charitas & tranquilla & filiorum adoptio solis omnibus distincta sunt. Sicut enim lumen ignis, & flamma in vnam actionem conueniunt, ita de his quodq; intelligendum est. Pro defectus illustrationisq; mensura timor inest animæ. Nā qui sine timore est, aut Charitate plenus, aut in anima mortu⁹ est. Ex perfecta tamē Charitate verus & sanctus timor Domini nascitur, ex quo rursus Dei amor proficiscitur. Nihil absurdum vel iniquum facere videbimur si ab humanis rebus, desiderij & timoris & studij & zeli seruitutisq; & amoris Dei exempla cœperim⁹. Beatus qui tali in Deum seruet amore, quali turpis atque velanus amator in eam mulierem quam diligit, flagrat. Beati qui sic Dominum timent, sicut rei & morte mustandi iudicem ac tortorem metuūt. Beatus qui ita vera sollicitudine sollicitus erga Deum est, vt prudentes serui erga Dominū suū. Beatus qui eo zelo virtutibus inuigilat, quo zelotypi ergo vxores suas. Beatus qui sic in oratione Domino assisit, quemadmodum ministri qui regi astant. Beatus qui ita Dominum vt homines iugiter placare atque obsequio tuēri contendit. Non ita mater lactenti puero, vt Charitatis filius Domino, adhærere semper consuevit. Is qui veraciter amat, eius quem amat semper sibi proponit faciem, eamq; inrus summa cū voluptate cōplectitur. Nepeque ieiunij modi est, nō iā vel in somnis potest gesticere, sed tunc quoque eū quē desiderat videt, atq; cum illo vnā cōmoratur. Sicut in corporalib⁹ sic in incorporeis reb⁹ fieri solet. Hoc iaculo quidā vulnerat⁹ dicebat de seipso, id quod admiror equidem. Ego dormio propter necessitatem & cor me vigilat per amoris magnitudinem. Id in signum

1. 5.

tibi erit, o virorum optimē, quod cum interie in inferæ beluæ à ceruo anima, tunc maximē concupiscit & deficit ad Dominum Charitatis igne veluti quodam spiculo percussa. Famis quidem efficacia & causa incerta simul & obscura est, sitis vero aperta atq; manifesta, ardoremq; solis omnibus manifestat. Quo circa & is qui Deum cupiebat aiebat. sitiuit anima mea ad Deum fontē viuū. Si facies eius quē diligimus verissime nos totos immutat, serenosq; & lætos ac sine mœrore efficit, quid actura est Domini facies inuisibiliter in animam ab omni labe mundatam adueniētis? Timor quidem quoties ex intimo cordis prodierit affectu liquefacere atque consumere sordes consuevit. Cōfuge enim inquit, à timore tuo carnes meas. Sed & charitas nonnullos quidem vastare solita est & cōsumere, secundum eum qui dixit: Vulnerasti cor meum. Quosdam vero etiam exultare facit ac totos irradiat. In ipso enim ait, sperauit cor meum & adiutus sum, & resioruit caro mea: & gessiente corpore virescit facies. Cum vero iam totus homo diuinæ charitati fuerit vnitus, atque ferē, vt ita dixerim, commixtus: tunc etiam exterius in corpore veluti per speculum quoddam claritatem serenitatemque animæ ostendet: Eam gloriam consecutus est Moyses ille Dei speculator. Atque hi, qui huiusmodi æqualem angelis gradum adepti sunt, sæpē cibi corporalis obliuiscuntur; imo vero illum rarius appetunt. Nec sanē mirum, nam si sæpē etiam contraria affectio cibi memoriam excludit, reor eum qui hæc incorruptibilia gustauerit, cum supra naturam factus sit, nulla iam corporis imbecillitate detineri. Id enim veluti iam incorruptibile effectum per charitatis flammam expiatum est, qua scilicet omnis reliqua flamma per-

Psal. 46

Psal. 118,

Psal. 27.

supra

309 IOANNIS CLIMACI DE

rupta atq; extincta est, imo vero ne ipsum quoq;
oblatum sibi cibum cum voluptate vlla suscipere
omnino posse arbitror, Aqua quidem subterra-
nea virgulti radicem irrigat, horum vero animas
eccelestis ignis nutrire consuevit, Incremētum ti-
moris initium est charitatis, finis vero castitatis
theologiae argumentum est. Cuius deo perfecte
sensu vniti sunt, hic ab eo verbis eius in secreto
instruitur. Nisi enim illi deo copulati fuerint, gra-
ue ac periculosum est de Deo loqui. Substantiale
quidem Verbum ⁊ castitatem perficit praesentia
sua mortificans mortē, hęc autē cum mortificata
fuit, protinus theologiae discipulus illuminatur
verbū Dei quod ex Deo est castum est, permanens
in seculum seculi. Qui enim deū non cognouit,
seolastice loquitur. Castitas discipulū theologum
facit, per seipsum asserentē trinitatis dogma. Qui
diligit dominum fratrem suū dilexit, prioris enim
demonstratio secundum est. Qui diligit proximū
nunquam aduersus illum obloquentes tolerabit,
Qui se Deum dicit diligere, patrique suo irascitur:
similis est ei, qui in somnis currit. Fortitudo
charitatis est spes: Per hanc mercedem charitatis
expectamus. Spes est in certarum diuitiarum op-
ulentia. Spes est indubitatus ante thesaurum,
thesaurus. Hęc laborum requies. Hęc charitatis
ianua est. Hęc desperationis iugulatio. Hęc ab-
sentium imago est. Spei defectus, exterminato est cha-
ritatis. Simul atq; i'luxit spes, charitas apparuit.
Hęc annexi sunt labores, ex hac pendunt fatiga-
tiones, hac misericordia circundatur. Spe subnixus
monachus accidia iugulator est, ex huius gladio
de illa triumphans. Spem parit diuinorum mune-
rum experimētū. Nā qui hęc expertus non est, nō
hęc hęsitacione perstat. Spem soluit iracundia.

Hęc

Hęc enim iliam confundit. Vir autem iracundus
nunquam erit honestus. Charitas prophetiæ in-
dultrix est, charitas prodigia fieri prestat, charitas
illustrationis abyssus est, charitas fons igneus est,
qui quanto magis mundat, tanto magis sitientem
amplius exurendo consumit. Charitas angelorū
status est perfectusq; seculorum. Annūtia nobis
decora inter virtutes, vbi pascis oues tuas, vbi mo-
raris in meridie, illumina nos, irriga nos, deduc,
nos oramus. Iā enim ascendere cupimus ad te, tu
quippe dominaris omnium. Nunc autem in inti-
mis penetralibus vulnerasti animam meam, nec
possum continere flammam tuam, vnde cum te
laudauero quo proficiscar: Tu dominaris potesta-
ri maris, motum autem fluctuū eius tu mirigas
atq; mortificas. Tu humilias, vt vulneratum super-
bam cogitationem. In brachio virtutis tuę disper-
sisti inimicos tuos, in expugnabilesq; facis amato-
res tuos. Quo nam vero modo iacob te scala in ni-
xam viderit addiscere festino. Quęso quę nam sit
ascensus istius species auide sciscitanti eloquere,
qui modus, quod compendium illius, quot veluti
ascensiones compositionis gradus in corde suo
disposuit amator tuus. Quis praterca sit horum
numerus scire sitiebam, quantumq; cursus istius
tempus sit. Ductores enim annuntiavit qui luctā
tuā visionemq; didicerat. Ceterū clarius aliud no-
luit (imo vero nō valuit ædicere) illa vero veluti
ē cœlo mihi visa regina in aurib. animę meę col-
loquēs ait: Nisi soluaris ista crassitudine o seruens
amator, speciem meā cuiusmodi sit addicere nō
potes. S. ala vero virtutum spiritualem cōpositio-
nē te doceat. In ipsius ergo vertice formata sum,
sicut de me magn⁹ ille arcanorū cognitor aiebat.
Nūc vero manēt Fides, Spes, Charitas tria hęc ma-
ior autē omnib. est charitas.

Cant. I.

Ecl. 11.

Gen. 21

Anno-

Amoraciones in vltimum gradum.

- 1 Pro circulo veteri translatio habet, Claritas.
- 2 Locus mendosus esse videtur pro [&] legendum esse pa
to [nec] pro confusam, confusum : vel vt [ani
mā] subintelligamus. Respicit enim ad illud Pauli Rō.
3. Spes autem non confundit.
- 3 Tale quid legitur de B. Catharina Senensi. quæ ad ci-
bum, quasi ad supplicium pergebat : ad communionem
altaris, quasi ad celestes nuptias inuitata esset, summa
rum alacritate proficiscebatur. Inuenta est aliquando
à die Cinerum vsq; ad Pentecostem ieiunia produxis-
se, sola Eucharistia sumptione contenta. Testes sunt
Stephanus Senensis & Aeneas Syluius, qui & Piu-
2. Pontifex max.
- 4 Substantiale Verbum appellat secundam in S. Trinita-
te personam, quæ & Verbum est, & eiusdem cum Pa-
tre substantiæ sine illius gratia nullus castus esse po-
test, Et sciuit, ait Sapiens, quoniam aliter continens es-
se non possem, nisi Deus det : & hoc ipsum erat sapien-
tia scire cuius hoc donum esset, Sap 8. Hoc Verbum de
Virgine Virgineâ carnem & sanguinē assumpsit, qui sub
specie vini propinatus Virgines germinat Zach. 9. Hu-
ic Verbo sit laus & gloria in secula seculorum A-
men.

Intenta Conclusio.

His qui in libro vitæ nomina sua ascribi vo-
lunt, optimam cursus viam liber iste aper-
tius ostendit. Hunc enim perlegentes inue-
niemus absque errore sequi se volentes ducere,
atque ab omni lapidis offensione serua e illæ-
sos, scalamque nobis à terrenis adusque sancta
sanctorum

sanctorum erectam præferentem, Deumque dile-
ctionis ipsius culmini innixum indicantem. Quæ
scalam vt reor supplantator ille vitiorum Iacob
in cubili exercitationis quiescens vidit. Ceterum
ascendamus quælo promptè atque fideliter in-
tellectualem hunc atque celestem ascensum, cu-
ius quidem initium est terrenorum omnium ab-
renuntiatio, finis vero charitatis Deus.

Exhortatio ad ascensum Scala.

ASCENDITE, fratres ascendite, ascensi-
ones in corde promptè disponentes, eiusq;
memores qui ait : Venite ascendamus in
montem domini & in domum Dei nostri : qui
perfecti pedes nostros sicut cerui & super excelsa
statuit, vt viuamus in via sua. Currite obsecro cū
illo, qui ait festinemus donec occurramus omnes
in vnitatem fidei, & agnitionis Dei, in virum
perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Chri-
sti, qui per visibilem ætatem. xxx. annorum bap-
tizatus trigessimum gradum in spiritali scala
fortitus est. Quippe charitas Deus est. Illi laus, illi
imperium, illi fortitudo, illi omnium bo-
norum causa inest, fuitq; & erit in
infinita secula A-
men.

MICHA-

313
MICHAEL IS.
SELTIVS CANDIDO
LECTORI.

HABES, candide lector, Sanctiss. Abbatis Ioannis Climaci scalam paradisi, ex corruptiss. prima nunc multo emendatior. Quod si vero in quibusdam locis (id quod aliquando futurum non dubitamus) hærere te, mentemque auctoris, vel propter translationis obscuritatem, vel loci corruptelam, non satis assequi contingat: veniam precamur. Non enim in vno loco, non in vocibus aut literis, sed toto corpore, integrisque sententiis æditio prior erat corruptissima: quod facile deprehendes, si antiqua exemplaria Camaldulensis translationis, cum hac postrema æditione conferantur. Porro nec ea quam optabamus variorum exemplarium nobis erat copia: plurimas enim bibliotecas perstrutari vix quatuor aut quinque diuersas æditiones, manu scriptos vero codices nullos, potuimus inuenire. Huc accedebat temporis angustia quæ diurnas consultationes non admittebat, aduentatibus nundinis Francofordiensibus, in quas Typographus libellum hunc absolutum cupiebat. Ne quis autem hanc viuendi rationem à Climaco præscriptam impossibilem, & humanis viribus superiorem esse arbitraretur, Pratum Sophronij peccatissimis et Climaci formulæ respondentibus vitæ exemplis plenum, adiecimus: ut theoriæ suæ praxis responderet.

Vale.

ALOY

314
ALOYSIVS LI.
POMANVS EPISCO-
PVS VERONEN-
SIS.

SYNCERO LECTORI.

LIBER hic, amice lector, quem tibi legendum exhibemus, Pratum spirituale nominatur, ex Græco Latinus per doctum virum Ambrosium Camaldulensem monachum redditus, quem adhuc typis excusum non nisi vernacula, atque ea Italica lingua habuimus. Tanta autem spiritualium flosculorum amœnitate refertus est, ut in Paradisi delicijs ortus esse videatur. In eo siquidem antiquorum monachorum, & aliorum patrum Deo ex intimis precoribus seruientium redolet vita splendor, regularis disciplina observantia, pudicitia, et continentia norma, victus & vestitus parsimonia, contra hereticos inuicta constantia, in ieiunijs, vigilijs & orationibus assidua perseverantia, & erga Dominum Iesum Christum eximius & inestimabilis amor: quin etiam admirabilia quadam, ac Spiritu sancto plena responsa, quæ legentium mentes spirituali quadam dulcedine perfundunt: sanctarum denique mulierum inuicta fides, castitas incomparabilis, & felix eorum in Deo consummatio. O si tales modò inueniremur

V milites

milites Christo seruientes, quam illustris, quam splendida, quam decora esset Ecclesia nostra, facies quam aded deiectam, & obsoletam, ac supra pelles Salomonis, atque Moyfi Aethiopissam (proh dolor) demigratam conspicimus. Quod autem libro huius integra fides praestari possit, nec inter apocrypha censeatur, facit duorum amplissimorum Patrum Graecorum testimonium, quorum alter est Photius Patriarcha Constantinopolitanus, alter Ioannes Damascenus, qui in fine primi libri, quae pro imaginibus scripsit, quoddam mirabile factum, quod in hoc libro describit, narrat hac nota praemissa, ἐκ τῆς λειμωριῆς ἔ τῆ ἀγίης π α τ ρ ῆς ἡ μ ῶ ν ῆς Σ ω φ ρ ο ν ῆ ς ἀ ρ χ ι ε π ι σ κ ο π ο υ Ἱ ε ρ ο σ ο λ ὴ μ ω ν, hoc est, Ex praenotato sancti Patris nostri Sophronij Archiepiscopi Hierosolymorum.

Ioannes praeterea Diaconus, postea Romanus Pontifex, in quarto libro, quem de beati Gregorij vit a scripsit, cap. 63 huius voluminis mentionem fecit, dum mirabile illius sancti Pontificis factum recenset, sic inquit: Sed ne solis verbis tanti praesulis humilitas inculcari credatur, superest, ut ex Graecorum relationibus à me nuper interpretatis eadem patris humilitas viuis operibus demonstretur, in quibus videlicet ita refertur: Enarravit nobis Abbas Ioannes Persa, sanctus, & venerandus vir existens & cetera, quae sequuntur, prout in Praetor hoc spiritali capite 151 habentur.

Sed quod his omnibus maiusest, in secunda Nicae Synodo, quae pro cultu venerabilium imaginum contra Iconoclastas

Iconoclastas celebrata est, Actione quarta ita legitur: Eustachius venerabilis monachus, presbyter, & Tranes mansionis Maximi dixit: Et ego, patres sancti Sophronij patris libri afferro continentem multorum sanctorum vitas; & si placet, adducatur. Sancta synodus dixit, legatur. Stephanus itaque monachus acceptum librum legit. Eiusdem patris nostri Sophronij è Limonario. Dixit Theodorus Abbas Aeliotus, quod erat quidam inclusus, & cetera. Vbi totum ca. 45, quod in hoc libro habetur, ad verbum redditur. Nihil est ergo, quod de fide libri ambigere possis.

Verum, scio, statim moueberis, & dices. Quae adduxisti pro libri commendatione, magnum scrupulum menti injiciunt; namque tam Damascenus, quam synodus libri Sophronio Patriarchae Hierosolymitano inscribunt, tu verò sub nomine Ioannis cuiusdam Euirati ad Sophronium Sophistam illum scribentis euulgas. Quomodo ergo haec conuenire possunt inter se? Dubium sane haud contemnendum & quod me ipsum quoque prima facie valde commouit. Sed profundius postea cogitanti omnis dubitationis caligo persacile dimota est. Scriptori libri prorsus Ioannes Anachoretæ fuit. Id tibi ex capite 77 voluminis ipsius liquido constare poterit. Photius quoque hunc ipsum auctorem libri Ioannem Moschum (natione fortasse) fuisse asserit, cuius cognomen Interpres Latinus forsitan Euiratus reddidit. Verum Sophronio his de causis attribuitur, vel quia ad ipsum per charissimum socium inscribitur, quae admodum & Rethor. Ciceronis ad Heren. &

eiusdem ad Atticum epistola, ad Herennium, & ad Atticum libri nuncupantur, sic Sophronij liber hic dicatur, quia ad Sophronium dirigitur, atq; ex eo maxime quod ad vsum illius imprimis conscriptus est. Nanque auctor ipse in epistola, quam libro praemittit, fatetur se ex hoc prato coronam Sophronio contexuisse, ac per eum alij deinceps obtulisse. Seu quia in hoc libro dicta, & gesta ipsius Sophronij pro maiori parte continentur. Nam is totius itineris libri huius auctoris fuit indiuiduus comes; & quacunque ambobus ambulantiibus occurrerunt, vel quaerentibus responderi contigit, diligentissime descripta sunt. Quare etiam hac verba sapissime iterata a vobis: Venimus ego, & Dominus meus Sophronius Sophista ad Abbatem talem: & cetera. Et ideo semper etiam plurali locutione utitur dicens: Perreximus, accessimus, vidimus, narrauit nobis senex monasterij dux. Per qua omnia conspici datur, scriptorem nunquam solum fuisse in his, qua narrat, perquirendis. Sicut ergo Platonis Phaedrus, Timaeus, Gorgias, & Parmenides, & Tullij liber de senectute, Cato maior inscribuntur, a personis, qua ibi colloquentes, & disputantes indacuntur, quid obstabit huic libro, quin Sophronij dicatur, cum in eo is ambulans, visita, operans, interrogans, & respondens, vbique ferè aferatur. Aut de nunc ex illa causa Sophronio ascribitur, quoniam vna cum Ioanne praedicto conscriptor (vt ita dicam) fortè eiusdem libri fuit. Lege huius voluminis caput 77, & in eius prim-

us principio ita scriptum reperies: Ego, & Dominus meus Sophronius perreximus, ad Philosophi Stephani domum doctrinae gratia: & cetera. Deinde in fine eiusdem capituli hoc modo scriptum legitur: Ista cum audiuimus, innuit mihi dominus meus Sophronius, & recessimus; & dixit mihi: Vere, Abba Ioannes, hodie nihil ultra studeamus; satis enim edificati sumus. Hac ergo scripsimus, vt & vos pariter edificemini. Vna ergo ex his rationibus, seu potius omnibus simul accedentibus, iure meritoque liber iste Sophronij nomine inscriptus videtur.

Nec te moueat, quod in hoc libro Sophronius hic non appellatur Hierosolymorum Patriarcha, sed Sophista. Nam vocabulum hoc non in malam olim partem, sicut fit modo passim, sed in bonam accipiebatur, nec aliud designabat, quam sapientem, & prudentem hominem; qualis fuit & Libanius ille, ad quem multa Magni Basilij epistola directae fuerunt, ipsum maximis praeconeis efferentes. Porro ut ergo vir iste prius & monachus esse, & Sophista nuncupari, inde verò ad sanctam Hierosolymorum sedem assumi, ex qua, tanquam digniori loco, postea denominationem acceperit.

Quo autem tempore viri hi, qui librum conscripserunt, claruerint, pro certo non habetur. Verum cum magni Gregorij Romani Pontificis huius nominis primi factum narrent, & synchronorum Caesarum, videlicet Anastasij, Iulij, Mauritij, & Zenonis mentionem faciant, & in sexta Syno-

do hic liber adducatur, coniectura assequi possimus, circa annum Domini sexcentissimum, illum fuisse conscriptum.

Lege ergo lubenti animo, & fide certa opus istud, c. andide lector, cuius exemplum ex Apostolica Bibliotheca accepimus, & ita mores, & vitam ad eius lectionem compone, ut talium, tantorumque virorum, quos hic descriptos inuenies, dignus amulator existas. postmodum vero eorum consortio in aeterna beatitudine feliciter adiungere. Quod tibi, & mihi Dominus prestare dignetur, & omnibus, qui Dominum

Iesum diligunt in sinceritate. Vale.

(:.)

IOAN.

IOANNES EVI.

RATVS DILECTO SVO
IN CHRISTO SOPHRO-
NIO SOPHISTAE.

RRATORVM faciem verno maxime tempore esse iucundissimam, fili charissime, perspicuum omnibus est, quam scilicet omnigenum florum grata varietas efficit, intuentium in se prouocans aspectum, ac praetercentes detinens, ipsosque, varie pascentes. Nanque arridet oculis, ac mulcet olfactum. Huius vero prati pars rosarum rubore vernat, pars item albescens lilij, ab aspectu roseo intuentes ad se facile aduocat. Alia item ex parte violae rutilant, coloreque suo purpuram Regis imitantur. Profususque varius, ac differens florum innumerabilium aspectus, atque fragrantia, vndique gratiam pullulat. Huiusmodi praesens quoque opus arbitrare, sancte, ac fidelissime fili Sophroni. Quippe reperies in eo virtutes sanctorum virorum, qui temporibus nostris claruere, ac iuxta Psalmistae sententiam, Secus decursus aquarum plantati sunt. Qui cum omnes Deo accepti maxime gratique fuerint, alius tamen alio virtutis genere magis decoratur; atque ex hac suauitate virtutum, grata venustas, amoenaque facies surgit. Ex his ego flores pulcherrimos decerpens, coramam tibi ex immarcesibili, ac perenni prato contexui, fidelissime fili, eamque, tibi, ac per te omnibus offero. Quam obrem praesens quoque opus Pratum appellare placuit, propter oblectationem,

suauolentiam, & vtilitatem, quā ex eo legenter capient. Virtus enim, vitę, morumq; honestas est, ad quam non sola diuinarum rerum meditatio, fidesq; recta ducit, verum & aliorum cōuersatio, vitaq; virtutibus plena in scriptis tradita. Quo circa hoc mihi negocium assumpsi confidens in Domino, fili charissime, idq; vestrę charitati persuasum esse cupiens, quia apud in morem, vilia quęq; ac vera persecutus, sanctorum patrum re-
fere facta pro animarum lucro descripsi.

Vita sancti senis Ioannis, Et de spelunca Sapsas.

C A P V T I.

ERAT Senex quidam habitās in monasterio Abbatis Eustoigij, Ioannes nomine, quem sanctus Elias Archiepiscopus Hierosolymorum voluit Ducem monasterij constituere. Ille verō non acquiescebat dicens: In montem Sina orationis causa pergere volo. Archiepiscopus autem cogebat eum, vt prius Abbas fieret, & postea pergeret, quod vellet. Cum verō senex nō acquiesceret, dimisit eum spondentem, se, postquam reuersus esset, suscepturum regiminis curam. Et ita, salutato Archiepiscopo, iter arripuit, vt ad Sina montem proficisceretur, assumpto secum & discipulo suo. Transuadatoq; Iordane fluuio, cum vix vno lapide processissent, cępit senior rigore detineri, ac post paululum inuasit eū febris. Cū verō in tantū excreceret ardor febris, vt ambulare nō posset, inuenerunt spelicam paruulam, in quam ingressi sunt vt requiescerēt. Cū verō febris ita inualesceret, vt se vix mouere posset, in ipsa spelunca tres dies commemorati sunt. Tum senex in
mnis

mnis aspexit quendam astantem sibi, & dicentē Dic senex, Quō ire vis? Respondit: In montem Sina. Dicit ei: Ne, quęso ne recedas hinc. Cum verō seni id persuadere non posset, abscēsit. Febris verō seni acrius infesta erat, Rursus nocte sequenti idem seni astitit eodem habitu, & ait: Quid, senior, affligi vis? Audi me, & nusquam hinc proficiscaris. Ait illi senex; Tu quis nam es? Respondit is qui apparuerat: Ego sum Ioannes Baptista; & ideo tibi inbeo, vt nusquam recedas. Nam spelunca ista breuis, maior est monte Sina. Quippe in hanc sæpius Dominus noster Iesus, cum me vilitaret, ingressus est. Pollicere ergō mihi, quōd hic habitabis, & ego mox tibi sanitatem restituo. Quod senex audiens, libenter spondit, se in eadem spelunca permanfurum. Et continuo sanus effectus, perseuerauit ibidem toto vitę suę tempore. Speluncam verō illam fecit Ecclesiam, congregauitq; fratres. Appellatur autem locus ille Sapsas.

- 1 Si Sancti apparent hominibus, non sunt mortui, vt quidam dicunt, sed maxime coram Deo viuunt.
- 2 Et ego mox tibi sanitatem restituo. Fides, quod Sancti in virtute Dei miracula faciunt, & sanitates cōserūt.

De senē, Qui in propria spelunca pascebat Leones.

C A P V T II.

VIT in eodem loco Sapsa, commorās in speleo senex alius tantę virtutis, vt leones secū in eadem spelunca susciperet, atq; cibum eis in suo sinu præberet.

Vita Cononis presbyteri Monasterij Penthucula.

C A P V T III.

CVM in monasterium sancti patris nostri Sabę profecti fuisset, us ad Abbatem Athanasium

naſum, narrauit nobis ſenex dicens: Cùm eſſem in monaſterio Penthuſcula, preſbyter quidam erat ad baptiſmi miniſterium, Conon nomine, Alexandrinus genere, quem pro vitæ merito Patres iuſſerant, vt baptizaret accedentes. Ipſe igitur i ſancto Chriſmate vngebatur, & baptizabat eos, qui ad hoc veniebant. Quoties ergo mulierem inungeret, ſcandalizabatur, atq; ideo ex monaſterio abſcedere volebat. Cùm autem ea cogitatione pulſabatur, aſiſtebat ei ſanctus Ioannes Baptiſta dicens: Tolera, & perſeuera, & ego te ab hoc bello liberabo. Quadam verò die venit puella ex Perſide, vt baptizaretur, quæ ita ſpecioſa erat, ac tantæ pulchritudinis, vt non poſſet Preſbyter nudam eam ſancto oleo inungere. Cùm ſic verò puella illic manſiſſet duos dies, audiens hoc Archiepiſcopus Petrus obſtupuit de ſene vehementer, voluitque ad hoc opus delegare Diaconiſſam mulierem, ſed id non fecit, ne contra 2 Canones feciſſe videretur. Conon verò preſbyter, ſumpto melote ſuo, receſſit dicens: Iam non amplius in hoc loco manebo. Cùm ergo exiſſet ad colles, ecce ſanctus Ioannes Baptiſta obuius illi factus eſt, & tranquilla voce 3 aſſatus eſt illum dicens: Reuertere ad monaſterium tuum, & hoc te bello leuabo. Abbas verò Conon ait illi cum indignatione: Verè non reuertar. Ecce enim iam toties pollicitus es mihi iſtud, nec feciſti. Tunc ſanctus Ioannes eum ſedere fecit, a motisque veſtimentiſus eius ſignauit eum ter ſigno Crucis ſub vmbilico, dixitque ei: Crede mihi, preſbyter Conon; volebam te pro hac pugna mercede donari: ſed quia non vis ecce abſtuli à te hoc bellum: mercede autem huius operis carebis. Reuerſus Preſbyter in cœnobium, vbi baptizare conſueuerat, in craſtinum vnctam puellam

ellam baptazauit, neque penitus animaduertit, eam eſſe mulierem. Impleuit autem & alios annos duodecim in baptizandi miniſterio tanta tranquillitate animi, & corporis, vt nullum vltra ſentiret carnis motum, cùm inſpiceret, ac tangeret mulieres. Atque ita in pace conſummatuſ eſt.

- 1 Quòd Preſbyter ſancto Chriſmate baptizatos inungeret, intellige de vnctione in vertice, non autem in fronte. Nā hoc ſolis comperit Episcopis. Ex quo etiā habes, ritus qui ex Eccleſia conſuetudine in baptiſmo adhiberi ſolent eſſe ſeruandos, cuiuſmodi eſt hæc ſacra vnctio.
- 2 Vide in quanta obſervatione eſſent Canonẽ eccleſiaſtici, etiam apud antiquos illos Patres.
- 3 Ecce quomodo viuens, eſt etiam poſt mortem ſanctus Ioannes Baptiſta. Habes etiam quomodo ſancti miracula faciunt in virtute Dei. Denique quòd Crucis ſignum magnas virtutes operatur.

Viſio Abbatis Leontij.

C A P V T. IIII.

NARRAVIT nobis Abbas Leontius, cœnobij ſancti parris noſtri Theodoſij Dux, dicens: Poſt quam fugati ſunt ab inſidelibus perſecutionem paſſi Monachi propter nouum monaſterium, quod dicitur Laura. Quodam verò die Dominico deſcendi in Eccleſiam, vt acciperẽ ſacra myſteria. Ingreſſuſque vidi Angelum ſtantem ad dextrum altaris cornu, & magno pauore correptuſ, reuerſuſ ſum in cellulam meam. Et venit mihi vox de cœlo, dicens: Ex quo 1 ſanctificatum eſt altare iſtud, ego iugiter illi altari iuſuſ ſum.

Vide

1 *Vide rem miram pro Altarium consecratione, & quo modo ea antiquis quoque Patribus fuit in vsu.*

Relatio Abbatis Polichronij de tribus monachis.

C A P V T. V.

ABBAS Polichronius eiusdē nouæ Lauræ præbyter, narrauit mihi, dicens: Cūm sederē alij quando in monasterio Turrium iordanis, ynum illic ex fratribus animaduerti sui ipsius negligentem, & nunquam sanctæ diei Dominicę Canonem implentem; post modicum verò temporis eundem aspexi cum omni studio, & alacritate se exercentem. Tunc ego dixi ei: Nunc optimè facis, curam tui gerens, frater. Qui ait mihi: Domine pater, modo moriturus sum. Et post dies tres mortuus est.

VRSV Sidem Abbas Polichronius narrauit mihi dicens: Cūm in eodem monasterio defunctus esset quispiam fratrum, dixit mihi dispensator: Fac charitatem, & veni, vt fratris vasa in locum dispensationis deferamus. Cūm ergo ferre cœpissēmus, aspicio dispensatorem flentem cui dixi Quid, quæso, ita ploras, Abba? Quia, inquit, ille, hodie fratris vasa fero, & post duos dies alij portabant mea. Tertiæque die requieuit frater ille, sicut prædixerat.

1 *Ecce diem Dominicum sanctum, qui etiam apud antiquos Patres obseruabatur.*

C A P V T. VI.

IDEM etiam Abbas hoc narrauit, quòd cū esset in monasterio Abbatis Constantini Ducis Monasterij sanctæ Mariæ Dei genetricis, quæ Noua dicitur, audiuit quendam fratrum in Xenodochio Hiericuntino requieuisse, quē cūm accepissent fratres, vt ferrent ad monasteriū Turrium, & sepelirent, ex quo iter agere cū corpore cœperunt,

stella

stella supra defuncti caput quasi 2 comes itineris apparere nō destitit, donec ipsū sepulture traderēt
2 *Hæc miracula, quæ post Sanctorum obitum coningunt, sancti uati vitæ eorum testimonium ferunt.*

Vita & mors cuiusdam senis, qui recusauit Abbas fieri in monasterio Turrium,

C A P V T. VII.

ALIVS quidam senex sedebat in eodem monasterio Turrium. Patres igitur eiusdē monasterij ipsum, vt magnū, & virtutib⁹ clarum, voluerunt sibi constituere Abbatem. Senex verò orabat dicens: Ignoscite mihi, Patres, & permittite me flere peccata mea. Ego enim talis meriti non sum, vt possim animarum curam gerere. Negocium istud magnorum, & excellentium patrum est, Antonij, Pachomij, sanctique Theodori. Cūm verò fratres illi non acquiescerent, ipsumq; diebus singulis orarent, vidēs se ab eis nimium vrgeri, dixit eis: Permittite me tribus diebus orare, & quicquid me Deus facere iusserit, faciam. Erat autem Parasæue dies. Dominica verò die manē requieuit.

Vita abbatis Myrogenis hydropici.

C A P V T. VIII.

SENEX quidam erat in eodem monasterio Turriū, Myrogenes nomine, qui ob inimiam saueritatem vitæ hydropicus effectus fuerat. Dicebat autem iugiter his senibus, qui ad eum conueniebant visitandi gratia: Oratē pro me, Patres, ne interior homo hydropicus fiat. Ego enim, vt in hac infirmitate diutius durem, Deum oro.

De

DE hoc Abbate Myrogene cum audiisset Hierosolymitanus Archiepiscopus Eustochius, voluit ad eum mittere quæcumque erant necessaria, sed ille nunquam ab eo quicquam cõsensit accipere. Hoc autem solum illi significabat: Ora pro me, Pater, vt liberer, ab æterno cruciatu.

*De Mira cuiusdam Sancti Patris
Charitate.*

C A P V T. IX.

IN ipso monasterio Turrium senex quidam erat sanctæ nuditatis, & elemosynæ valde studiosus amator. Quadam ergo die venit pauper ad eius cellulam elemosynam petens, Senex verò cum non nisi vnum panem haberet, proferens ipsum, dedit pauperi. Tunc dicit ei pauper: Nolo panem, sed indumentum. Volens autem senior curare illum, apprehensa manu eius, introduxit in cellulam suam. Pauper autem cum illic nihil omnino inuenisset, nisi solum quod ille inducbar, tanta senis virtute compunctus, soluit sacculum suum, & in medio cellulæ quæcumque habebat euacuans, dixit: Sume ista, senior optime, & ego alibi quæram, quæ mihi sunt necessaria.

1 Per vditatem intelligebant veteres omnium rerum mundanarum contemptum & derelictionem. Prisci monachi huius nuditatis & paupertatis seruantes semper amatores extiterunt. Priusquam enim ad monasteria veniebant, omnia vendentes pauperibus dabant.

Vita Barnaba Anachoretæ.

C A P.

C A P V T. X.

ANACHORETA quidam erat in spelunca Iordanis, Barnabas nomine. Hic die quadam cum descenderet bibere aquam de Iordane, infixæ est pedi eius ex arundine festuca. Permansitq; stimulum pedi infixum tenens iugiter, neque passus est, vt eum medicus videret. Itaq; computruit pes eius. Coactus verò est ascendere ad monasterium Turrium, sibiq; vnam cellulam accipere. Porro pes eius indies putrescebat magis. Dicebat autem his, qui ad eum veniebant, quod quanto magis homo exterior patitur, tanto amplius interior virescitur.

POSTQVAM verò ascendit Abbas Barnabas ex spelunca sua ad Turres, cum fuisset ibi aliquantulum temporis, Anachoreta quidam alius abiit ad speluncam ipsius, ingressusq; vidit Angelum Dei stantem super altare, quod fecerat senior, atque sacrauerat. Atq; ad Angelum Anachoreta: Quid hic agis? Cui Angelus ille. Ex quo sanctificata sunt ista, à Deo ipso mihi credita sunt.

1 Habes quoque Altaris consecrationem & mirabilem eius effectum.

Vita Abbatis Agiodulo.

C A P V T XI.

AB B A S Petrus presbyter monasterij sancti Patris nostri Sabæ, narrauit nobis de Abbate Agiodulo, dicens: Cum is esset Dux monasterij beati Gerasimi contigit fratrem quendam de illic residentibus mori. Quod cum senex ignoraret, pulsaretq; Prefectus Canonis signum, quod fratres conuenientes mortuum efferrent, vt vidit senex cadaver in Ecclesiæ medio iaceret contristatus

est val-

est valde, quod non illum salutasset, priusquam migraret à seculo. Perfectusq; secus lectulum, vbi iacebat, ait defuncto: Surge, frater, & da mihi osculum. Qui protinus surgens, osculatus est fenem. Tum dixit fenex: Dormi iam, quousq; veniat Christus filius Dei, & resuscitet te.

IDEM Abbas Agiodulus cū transiret iuxta Iordanis ripas, secum animo & cogitatione voluebat, quid actum fuisset de lapidibus iectis à Iesu Naue pro his, quos inde sustulerat. Cūque ista cogitaret, confestim hinc, & hinc diuisæ sunt aquæ. Tunc vidit illos duodecim lapides, prostratusque¹ humi Deo gratias egit, & recessit.

¹ *Prostratus humi gratias egit Deo. Habes orationem cum corporis prostratione.*

Dictum Abbatis Olympij.

C A P V T XII.

FRATER interrogavit Abbatem Olympium presbyterū monasterij sancti Gerasimi, dicens: Dic mihi verbum. Qui dixit ei: Ne sedes cum hæreticis; & contine linguam & ventrem: ac vbiunque sederis, dic assidue: Peregrinus sum.

¹ *Semper sancti Patres auersati sunt hæreticos, itaq; nō est cum eis in aliquo communicandum.*

Vita Abbatis Marci anachoreta.

C A P V T XIII.

Dicebant de Abbate Marco Anachoreta, qui morabatur prope monasterium Penthucula

hucula per annos sexaginta tres quod hanc haberet virtutem, hebdomadas integras ieiunandi, ita vt putarent quidam, eum sine carne esse. Operabatur autem die ac nocte, & distribuebat pauperibus omnia; neque ab aliquo quiippiā accipiebat. De hoc audientes fideles viri, venerunt, vt darent ei agapem². & ait ad eos, non accipio, quia manus meæ nutriunt me, & eos, qui propter Deū ad me veniunt.

¹ *Operabantur manibus antiqui monachi, & ex labore ipsi vivebant, & pauperibus eleemosynas distribuebant.*

² *Agape est eleemof. vel prandium ex charitate datum. De Fratre, Qui à spiritu fornicationis impugnabatur, & leprosus effectus est.*

C A P V T. XIII.

ABBAS Polichronius rursū nobis narrauit, quod in cenobio Penthucula frater quidā erat sibi ipsi valdè intentus, & continens. Cū autem aliquando impugnaretur à spiritu fornicationis, non valens hanc pugnam sustinere, egressus de monasterio, profectus est Hierico, vt cōcupiscentiæ suæ satisfaceret. Moxq; vt meretricis cellam ingressus est, leprosus factus est totus. Videns autem lepram; continuò redijt ad monasterium, Deo gratias referens, & dicens: Idcirco Deus hac me castigatione percussit, vt anima mea salua sit, & magnificè glorificabatur Deum.

¹ *Viles ex hoc loco non debere Monachum à religione deficere, & institutum suum deserere*

Factum mirabile Abbatis Cononis.

C A P V T XV.

DICEBANT de Abbate Conone Duce monasterij Penthucula, quod die quadam cūm

iret Betamarim, obuios habuit Hebræos. Qui eum occidere vellent, districtis gladijs cucurrerunt contra senem. Cùmque appropinquaissent, vibrarentque in eum gladios, manus eorum in sublime suspensæ perstitērunt immobiles. Facta verò ratione, soluit eos senex, & dimisit. Et abierunt gratias agentes Deo.

1 Ecce quomodo Sancti orâtes, in virtute Dei miracula faciunt.

Relatio Abbatis Nicolai de seipso, & Socijs.

CAPVT. XVI.

Senex quidam sedebat in monasterio Abbatis Petri iuxta sanctum Iordanem, Nicolaus nomine, qui nobis narrauit, dicens: Cum essem aliquando in Rhaythu, missi sumus tres fratres in ministerium in Thebaidem. Cùm ergo per desertum iter facerem, errauimus de via, ferebamurque per eremum latam vastitatem. Deficiente verò nobis aqua per aliquot dies, siti arescere cœpimus. Cùmque iam & siti & æstu deficientes, progredi vltimus non valeremus, inuentis per desertum myricis, iactauimus nos siguli sub umbra arborum, expectantes mori præ siti. Prostratus verò in vmbra ego factus sum in extasi, vidi que piscinam aqua plenam, & circumfluentem, duos autem supra piscinæ labium assistere, vasque vnum ligneum. Tunc cœpi vnum ex illis rogare, dicens: Fac mecum charitatem domine, & da mihi pusillum aquæ, quoniam deficio. Ille verò nolēbat. Tunc dicit ad eum alter: Da illi modicum. Qui respondit ei, dicens: Non demus ei, valdè enim desidiosus est, & negligens sui. At alter: Vtiq; sanè negligens est, ac desidiosus, propter hospitalitatē tamen demus ei. Atq; ita præbuerūt mihi, & his, qui mecum erant.

erant. Mox autem vt bibim, confortati sumus, & iter agentes tribus diebus alijs sine potu, peruenimus ad loca habitabilia.

Vita Machmi senis.

CAPVT. XVII.

DICEBANT de quodam magno senē, qui in eodem monasterio Abbatis Petri morabatur, quòd quinquaginta annos egisset in spelunca sua, neque vinum bibens, nec panē comedens, nisi tantum turfureum. Tertio autem singulis hebdomadibus communicabāt.

1 Vino non vivebatur, & panem fursureum comedebat.

Vita alterius senis Dionysij Lauræ, qui cum Leonibus dormiebat.

CAPVT. XVIII.

NARRAVIT nobis Abbas Polichronius presbyter de alio senē, qui sedebat in eadem Lauræ Abbatis Petri, quòd pter unquē abiens, in ripa Iordanis commanebat, & vbi cubile leonis inuenisset, illic dormiebat. Die verò quadam tulit duos leonis catulos intra pallium suum in Ecclesiam, & dicebat fratribus: Si mandata Domini nostri Iesu Christi custodiremus, ista animalia profectò nos timerent, sed propter peccatum serui effecti, nos illos timere comprobamur. Quare magnificè ædificati fratres, ad mansiones suas recesserunt.

1 Vide Sanctos etiam immanissimos bestijs in virtute Dei imperare.

Relatio Abbatis Elia de seipso.

X *

CAP.

NARRAVIT nobis Abbas Elias, dicens: Cùm aliquando morarer in partibus sancti Iordanis in spelæo iuxta Eunuchorum monasterium, ideo quòd non communicarem Machario Archiepiscopo Hierosolymitano, die quadam circa horam sextam, æstu vehementissimo coquente desuper (erat enim Augustus mensis) pulsavit quidam ostium speluncæ meæ: Egressus verò vidi mulierem, & dixi ad illam. Quid tu hîc facis? Et respondens dixit mihi: Et ego, mi pater, eiusdem, quo tu, instituti sum, & quasi vno lapide distat à te spelunca mea. Ostendebat autem & locum quasi ad Austrum. Et ait: Lustravi hanc eremum, & præ æstu nimio siti fatigata sum, fac ergo charitatem, Pater, & da mihi pusillum aquæ. Itaque protuli vrcum, & dedi ei. Quæ cùm sumens bibisset, dimisi illam. Cùm autem abisset, cœpit diabolus impugnare me, immittens cogitationes fordidas in eam. Superatus igitur, neque ferens libidinis ardorem, sumpta virga mea, cellam egressus sum in fervore æstus, cùm lapides ignescerent, profectusque sum ad illam, ut implerem turpè concupiscentiam. Cùm verò fermè vno stadio ab eâ ad huc spelæo distarem, viente ne grauiter æstu libidinis, repente factus in extasi, vidi apertam terram, & me hiatu terræ absorptum. Aspicioque illic cadavera putrida iacentia, & resoluta, & incredibili foetore plena, quendamque reuerendi habitû virum ea mihi demonstrantem, ac dicentem: Ecce istud mulieris est, istud viri, istud pueri, frueriam ut vis, & quantumlibet concupiscentia tua: Huius tamen voluptatis gratia vide quot labores amittere voluisti. Vide propter quod peccatum

vos

vos ipsos priuare vultis Regno cœlorum. Væ humanæ miseræ. Propter vnius horæ voluptatem tanti laboris mercede frustramini. Ego autè primum foetore in terrâ corruî. Tunc accedens vir ille venerabilis, qui mihi apparuerat, exerxit me. Et gratias agens Deo reuersus sum in locum meum.

1 *Ecce quàm mirabili visione voluit Deus sanctum virum à peccato seruare, omnesque monachos, edocere, nõ debere eos institutum suum deserere, carnis concupiscentias & tatos.*

Conuersio cuiusdam militis ad miraculû Dei in se, factum, cuius etiam vita cõpendiosè describitur.

C A P V T. XX.

NARRAVIT nobis quidam Patrum, accepisse se à quodam milite, quòd cùm bellum in Africa gereret Romani cum Mauritania, victique fugarentur à Barbaris, ac plurimi illorum partim cæderentur, ipsum quoque vnus ex Barbaris nactus, hastam, ut illum feriret, vibrare cœpit. Quod ille cùm cerneret, orare Deum cœpit, ac dicere: Domine Deus, qui apparuisti ancillæ tuæ Theclæ, & eripuisti eam de iniquorum manibus, libera & me de hac necessitate, & salua ex hac æge, hâ morte, mox i bo in eremum, & agam vitam solitariam. Conuersus autem neminem ex Barbaris vidit. Itaque continuò venit ad hanc Lauram Cupatha. Manseratque iam in spelunca, Dei se protegente gratia, annos trigintaquingue.

1 *Vide vota cû adiecta cõditione fuisse in vsu etiã apud priores patres, & post emissionè, adiectæque conditionis euentum ab illis fuisse implera.*

Mors anachoretæ, & eius Intersectoris.

X 3

C A P.

Albas Gerontius Præpositus mōasterij sancti Patris nostri Euthymij, narravit mihi, & Sophista Sophoronio dicens, tres simul eramus trans mare mortuum, ambulantesque nobis in montem, Anachoreta quidam alius circa maris ripam deambulabat. Contigit autem Sarracenos transire per loca illa, & occurrere ipsi. Cū ergo præterissent illum, eversus vnus ex eis Anachoretę caput abscidit, nobis de longinquo spectantibus, iam enim conscenderamus montem. Cum vero lachrymaremur tūctes propter Anachoretę calum, repente cernimus ¹ quem supernè venientem, raptum Sarracenum in sublime tulisse, atque in deiterra illum dimisisse, ex eoq; lapsu Sarracenum interisisse.

¹ *Dijce ex hoc loco Sanctis non inferre nocumenta.*

Vita alii erius senis cononia.

C A P V T. XXII.

SENEX quidam erat in Cenobio sancti patris nostri Theodosij, nomine Conon, Cilix genere, hanc vitę normam per triginta annos ¹ custodiens. Semel comedebat in hebdomada panem, & aquam, & sine intermissione operans, nusquam de Ecclesia egrediebatur.

¹ *Tria hic habes, Miram abstinentiam, & quę potius, Opus manuum.*

Vita Theoduli monachi.

C A P V T. XXIII.

ALIVM vidimus senem in eodem monasterio, Theodulum nomine, qui miles antea fuerat.

ciat.

erat. Is dies ¹ omnes ieiunans, nunquam in latius dormiebat.

¹ *Ecce longa antiquorum Monachorum ieiunia.*

Vita senis cuiusdam habitantis in cellis

Cuziba.

C A P V T. XXIIII.

ERAT Senex quidam habitans in cellis Cuziba, de quo narrabant nobis loci eius seniores, quod dum in vico suo esset, hanc habebat consuetudinem, vti si quem vidisset in vico præ inopia non valentem agrum suum seminare, noctu ibat, ignorante agri domino, semenq; secum ferens, pauperis illius scribat agrum. Cū autem venisset in eremum, & moraretur in cellis Cuziba, eadem miserationis faciebat opera. Ibat ¹ enim per viam, quę ducit à Iordane ad sanctam civitatem, ferens panes, & aquam. Et si quando videret aliquem lassescentem, portabat onus eius, & ascendebat vsque ad sanctum montem Oliueti, rursumque per eandem cum cæteris redibat viam, ferens illorum onera vsque Hierico. Vidisses senem aliquando ferentem onus ingens, sudantemq; sub fasce, aliquando portantem in humeris puerulum, sæpè etiam duos. Nonnunquam sedebat, viri, siue mulieris disupta calceamēta refarciēs. Ferebat quippe secum quęcunque ad hoc erant necessaria. Alios portabat ea, quę ferebat aqua: alijs præbebat panes. Siquē verò inuenisset nudū, palliū, quod ferebat, dabat ei. Eratque dulcè videre senem singulis diebus laborantem. Et si quando mortuum in via

X 4 reperisſe

reperijsset, expletis super eum ² psalmis consuetis,
& orationibus, sepeliēbat eum.

- 1 *Vide quanta charitate in proximū ferebatur sanctus pater, nam antiqui monachi in legis, & præceptorū Dei obseruatione, huius vitæ beatitudinem constituēbant.*
2 *Ecce Christianum morē sepeliendū mortuos, cū psalmis videlicet, & orationibus super eos dictū*

De fratre monasterij Cuziba, & sancta oblationū verbis, necnon de abbate Ioanne.

C A P V T. XXV.

FRATER quidam erat in cœnobio Cuziba, vt nobis Abbas Gregorius scholasticus retulit qui sanctæ oblationis verba, ritumq; didicerat. **D**ic ergo quadam missus vt benedictiones ferret, cū iam rediret ad monasteriū, verba sanctæ oblationis, quasi versus aliquos caneret, dixit. Easde vero benedictiones imposuerunt Diaconi sancto altari. Quas cū Abbas Ioannes presbyter offerret qui postea Cæsareę Palestinę Episcopus fuit nō vidit, vt solitus erat S. Spiritus aduentum. **C**ontristatusq; valde & cogitans nequid forte peccasset in mente, atq; ideo se Spiritus sanctus auertisset ingressus est sacrarium plorans, corruitq; in facie suam. Apparuit autem ei Angelus Domini dicens **Q**uoniam frater ille, qui oblationes attulit, verba sanctæ oblationis in via dixit sanctificatæ ² iam, ac perfectæ sunt. Ex tunc igitur statuit senior, vt nullus deinceps addisceret sanctæ oblationis verba, nisi qui ordinatus ad hoc esset, neque passim ea quispiam diceret.

- 1 *Sancti Patres soliti erāt in sacrorum oblatione mysteriorum Spiritus sancti aduentum aliquo signo cognoscere.*
2 *Aduerte quod nō nisi ex peculiari diuino privilegio hoc accidit, cū ille non esset sacerdos.* Vna

Vita Fratris Theophanis, eiusque mirabilis visio et de communicatione cum hæreticis.

C A P V T. XXVI.

SENEX quidam sedebat in Laura Calamonis iuxta Iordanem fluiuium, Cyriacus nomine, magni apud Deum ¹ meriti. Ad hunc profectus est frater peregrinus ex regione Dora, Theophanes nomine, vt interrogaret senem de cogitationibus fornicationis. Quem senior hortari cœpit, atq; vrgere verbis de pudicitia, & castitate. Frater itaq; magnificè edificatus ait seni. Verè, mi pater, ego nisi in regione mea Nestorianis communicarem, tecum permansissem. Cum verò audisset senex Nestorij nomen, afflictus de perditione fratris, corripiebat eum, & orabat, vt recederet ab hac pessima. & perniciofa hæresi, accederetq; ad ² sanctam Catholicam, & Apostolicam, dicens non ³ esse aliam salutis spem nisi rectè sentiamus, & credamus (vt reuera est) sanctam Mariā Deigenitricem esse. Dixit autem frater ille seni: **P**rofecto, domine pater, omnes hæreses sic dicunt, Nisi nobiscum communicates, saluus esse non poteris. Quid ergo faciam, infelix, neicio. **D**eprecare igitur Dominum vt reipsa me certum faciat, quænam sit vera fides. Senex autem cum gaudio statim verba suscepit, dixitq; illi: **S**ede in spelunca mecum, & omnino spem in Deo habeto, quia reuelabit tibi ipsi⁹ benignitas, quæ sit vera fides. **D**imissiq; fratre in spelunca sua egressus est senior prope mare mortuū, orans Deū p̄ fratre. Circa autē horā nonam diei sequentis, aspexit, frater quendā astantē sibi aspectu terribilē, ac dicentē: **V**eni, & vide veritatem. Assumensque eum, duxit in locū tenebrososum, ac foetidū, ignes euaporantem. **A**tq; in

ipsis ignibus vidit Nestorium, Eurychen, Appollinarem, Dioscorum, Severum, Arium, Origenem, & alios quosdam. Dixitque illi is, qui apparuerat: Locus iste preparatus est hereticis, & blasphemantibus, & his, qui illorum dogmata sequuntur. Si ergo placet tibi locus, persiste in tuo dogmate. Si autem supplicium istud experiri non vis, accede ad sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, quam te senex docet. Dico enim tibi, quia si omnes virtutes homo operetur, nec recte credat, in hoc loco cruciabitur. Atque in hoc verbo venit frater in semetipsum, & redeundi seni narravit omnia, quae viderat, accessitque ad communionem sanctae Catholicae Ecclesiae. Remansit autem cum senex, impletisque quatuor cum illo annis, dormiuit in pace.

- 1 *Vides, quod sancti viri, qui Dei mandata custodiunt, meritum habent apud Deum.*
- 2 *Nota quod haeretici omnes sunt extra gremium sanctae Catholicae, atque Apostolicae Ecclesiae.*
- 3 *Mira sententia, & vera, non esse aliam salutis speciem, nisi recte sentiamus, & credamus, sanctam Mariam Dei genitricem esse.*
- 4 *Sicut non sufficit sola fides ad salutem absque bonis operibus, sic nec omnia bona opera sine recta fide.*

Vita presbyteri villae Mardandos.

C A P V T. XXVII.

DE C E M fere millibus passuum ab vrbe Ciliciae Aegina, villa quaedam est, nomine Mardandos, in qua templum est sancti Ioannis Baptistae. In hac senex quidam presbyter sedebat, summi apud Deum meriti, magnarumque virtutum. Quadam vero die villae ipsius habitatorum accesserunt ad Episcopum accusantes senem, ac

dicens.

dicens: Tolle a nobis senem hunc, nam molestus nobis est. Dicit eis Episcopus: Quid vobis facit. Dicitur ei: Accedit missam celebrare die Dominico, nunc hora tertia, nunc autem hora nona, ut sibi visum fuerit, neque se servat solennem, ac legitimum ordinem² sanctae oblationis. His compertis, Episcopus adiuvens senem seorsum ait illi: Quid ita facis, senex? An ignoras sanctae Ecclesiae statuta. Ait senex: Vera profecto prosequeris, & recte dicis. Verum quid agam, ignoro. Die enim Dominico post nocturnos hymnos, prope sanctum altare sedeo, & quousque videam³ Spiritum sanctum altare obumbrantem, sancta missam, in solennia non incipio. Cum autem aduenisse Spiritum sanctum aspicio, tunc ego sacrificia consummo. His auditis, Episcopus admiratus virum tene senis, convocat habitatores villae, satisfaciensque illis, dimisit eos in pace.

HV. C. seni misit Abbas Iulianus Stylites salutationem, mittens ei etiam pannum involutum, habentem intus tres⁴ carbones ignis. Senex vero suscipiens salutationem, & carbones ardentes, remisit eide Abbati ipsum pannum involutum aqua plenum. Disabant autem ab invicem fere viginti millibus passuum.

- 1 *Senex summi apud Deum meriti.*
- 2 *Vide Missam vocari sanctam oblationem.*
- 3 *Ecce quomodo & hic esse dicitur Spiritus sanctus olim visibiliter apparuisse, circa missarum celebrationem.*
- 4 *Adverte quod sancti viri etiam irrationalibus creaturis dominantur.*

Factum mirabile Abbatis Iuliani Stylite.

C A P V T. XXVIII.

NARRABAT Abbas Cyriacus discipulus praedicti Abbatis Iuliani Stylitae, dicens: Venimus ego, & pater

pater meus, & frater à regione nostra ad Abbati Iulianum, audita eius fama. Ego enim habebam passionem insanabilem, quam nullus hominum curare potuerat. Venientem igitur senex protinus me oratione¹ curauit. Mansimus autem omnes apud eum, & abrenunciauimus seculo. Constituitque senior patrem meum super frumentū. Quodam verò die venit pater meus, & ait Abbati Iuliano: Frumentum non habemus. Senex autem de columna respondens ait: Vade, frater, & ipsū, quod inueneris, collige hodie, & mole, & de crastino Deus nostri curam habebit. Ille verò in hoc verbo turbatus (sciebat enim se nihil dimississe), abiit ad cellam suam. Necessitate autem urgente misit ad eum senex dicens: Accede huc. Ille cum vix venire acquieuisset, dicit ei senior: Frater Conon, vade, & quod inueneris, fac in cibū fratrum. Ille præiracundia sumptis horrei clauibus abiit, volens terræ puluerem ferre. Cum autem amoris claustris ostia vellet aperire, non poterat. Erat enim totum horreum frumento plenum. Quo ille viso perterritus, seni veniam prostratus petijt.

¹ *Oratione sancti viri protinus curatus est infirmus. Magna ergo res, Oratio.*

Miraculum sanctissimæ Eucharistiæ.

C A P V T. XXIX.

QUAS triginta milliaribus ab Aegina ciuitate Ciliciæ Styliæ, i duo erant seperati ab inuicem sex millibus passuum. Ex his alter sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ communicabat, alter autem, qui etiam plus temporis in columna egerat, Seuerianæ impietatis erat. Varijsque modis hæreticus Catholicum criminabatur. Ille verò diuinitus inspiratus, petijt ab

co,

eo, vt partem sibi mitteret cõmunionis suæ. Qui gaudio elatus, quod quasi illum seduxisset, protinus misit nihil hæsitans. Suscipiens itaque Catholicus missam sibi ab hæretico Seueriani sectatore particulam, in feruentem, ollā iniexit, moxque resoluta est. Sumptam quoque Catholicæ Ecclesiæ sanctam² communionem in eam coniecit. Statimque feruens olla refrigerata est, & sancta communitio permansit integra, neque madefacta est. Quam & diligenter seruauit, & ostendit nobis cum ad illum venissemus.

¹ *Stylia. i in columnis stantes vel habitantes*

² *Hæc miracula arguunt præsentiam corporis in Eucharistiæ Vita Isidori monachi Melitensis, alterumque miraculum circa sanctissimā Eucharistiā.*

C A P V T. XXX.

DADE Cyprii cõporium est. In eo monasteriū est, quod dicitur Philoxeme. Ad id cum venissemus, inuenim⁹ ibi monachū genere Melitensem, Isidorum nomine. Hunc vidimus sine vlla intermissione cum eiulatu flētē. Cum autē rogaretur ab omnib⁹, vt aliquantulū quiesceret, & à flctu tēperaret, nulli penitus acquiescebat, dicēs omnib⁹: Nimiū peccator sū vltra oēs, qui ab initio seculi fuerunt. Cum autē illi diceremus: Nullus certē sine peccato est, nisi vnus Deus: respondēbat dicēs: Veraciter fratres, nullū inueni inter homines similem mihi peccatorem, nullumque maius delictum, quàm meum. Et vt cognoscatis, me vera prosequi, audite peccatum meum, vt & vos oretis pro me. Ego cū essem in seculo, vxorem habui. Eramus autem ambo Seueriani dogmatis. Cum ergo die quadam venissem domum, non inueni vxorem meam. Audiui autem, quod

quod abisset ad vicinam mulierem, vt illi communicaret (erat autem illa catholice religioni, & fidei) cucurritq; protinus volens prohibere. Profectus autem domum, inueni illam iam communicasse. Quare indignatione concitatus, apprehenditur eius, ferique illam euomere facia communionem. Sumptam deinde particulam sanctam huc, illucq; iactabam, donec in lutum cecidit. Mox autem vidi conuersionem in eodem loco sanctam assumpsisse communionem. Post biduum vero aspicio virum quatuor Ethiopem, semicinctum vestitum, dicentemque mihi; Ego, & tu simul in vnum supplicium condemnati sumus. Etego ad eum; Tu, inquam, quis es? Respondit; Ego sum, qui conditorem omnium Dominum Iesum Christum in maxilla percussis passionis tempore, atque hac de causa à metu temperare non possum.

1 *Et hic in sacra Eucharistia demonstratur, quomodo recte agant hereticorum communionem fugientes, Ecclesieque catholice communicantes.*

Conuersio, & vita Maria meretricis,

C A P V T. XXXI.

DVO senes abierunt ab Aegis in Tharsum, venientesq; in stabulum, vt requiescerent (erat enim astus) per dispensationem Dei inueniunt in stabulo tres adolescentes habentes secum vnam meretricem. Senes ergo seorsum sederunt. vnusque ex eis accipiens sanctum Euangelium legebat. Meretrix vero, quæ erat cum adolescentibus, vt vidit legentem senem, relictis illis, accessit ad senem, seditque iuxta illum. Senex autem illam reiciens dixit; Multum, ô infelix, impudens es, quæ verita non fuisti accedere ad nos, ac sedere. At illa; Ne, quæso, parer, ne abomineris me, neq; abicias. Etsi enim omni peccato plena sum, non tamen repulit venientem

tem ad se meretricem Dominus, & saluator omnium Christus Deus noster. Respondit ei senex; Sed meretrix illa non permanfit meretrix. Tum ipsa; Spero in filium Dei viuui, quia ab hodierno dieneq; ego permãebo in peccato hoc. Relinquit igitur adolescentes, & sua omnia, secuta est senes illos. Miserunt autem illam in monasterium prope Aegium ciuitatem. Hanc & ego iam arum vidi magnæ prudentiæ fœminam, & ista ex eius ore didici. Erat autem illi nomen Maria.

Conuersio, & vita Babylæ Mimi, necnon Cometa,

& Nicosa concubinarum eius.

C A P V T. XXXII.

Mimus quidam erat in Tharso Ciliciæ, nomine Babylas. Erant autem illi duæ concubinae. Nomen vni Cometa, nomen alteri Nicosa. Viuebat autem luxuriosè, agens omnia, quæ illi dæmon suggestisset. Die vero quadam ingressus Ecclesiam, audiuit per dispensationem Dei sanctum Euangelium legi. Erat autem ista lectior; Pœnitentiam agite appropinquauit enim Regnum cœlorum. Compunctusque cepit cum lachrymis horrere, ac se miserum dicere pro his, quæ peccauerat. Confestim igitur egressus extra Ecclesiam, vocauit duas amicas suas, dixitq; illis; Scitis quomodo vobiscum luxuriosè vixerim, vtq; nunquam alteram plus quam alteram dilexerim. Itaq; vestra sunt omnia, quæcumq; ego acquisiui. Accipite ea & diuidite inter vos. Ego enim exnunc abrenuncio seculo, & efficior monachus. Illæ autem ex vno ore responderunt ei cum lachrymis Ad luxuriam, & animarum nostrarum interitum communicauimus tibi, nunc vero quando hoc Deo placitum opus facere vis, dimittis nos, & id solus facis? Profectum non ita erit, sed etiam in bono comunicabimus tibi.

Atque

Atq; ita Mimus quidem inclusit se in vna turriū ciuitatis. Illæ verò, venditis omnibus suis, erogatis que pauperibus, accipientes & ipsæ a religiosū habitum, fecerunt sibi prope turrem cellulam, & se ipsas pariter incluserunt. Hunc & ego vidi, & ab eo valde ædificatus sum. Est enim vir valde humilis, & clemens, atq; misericors. Scripsi autem & hoc pro vtilitate legentium.

- 1 *Habes in hac conuersione vere pœnitentiæ formam, que est dolor de peccatis commissis & firmum propositum, de non committendis in futurum, vna cum assumptione nouæ vitæ.*
- 2 *Ecce quomodo etiam olim qui Monachi, vel Sanctimonialiales siebant, nouum Religionis habitum induebant.*

Vita Sancti Episcopi Theodoti.

C A P V T XXXIII.

Narrauit nobis quidam patrum quòd fuerit in sancta ciuitate Episcopus quidam, nomine Theodotus, tantæ benignitatis, vt cum in vna solennitate inuitallet quosdam de clericis suis ad conuiuium, vnusq; ex eis venire nolisset, neq; inuitationi acquiescisset, tunc quidē Patriarcha siluerit, aliàs verò ipse ad eum profectus sit rogans, vt veniret, mensæq; communis particeps fieret.

Dicebat autem rursus de ipso Episcopo Theodoro, quòd ita fuerit mitis, atque humilis vt cum semel iter ageret cum vno clerico, & ipse quidem lectica veheretur, clericus verò equo insideret, dixerit clerico suo Patriarcha: Mutemus vehicula nostra, & tu quidem lectica vehere, ego autem eques ibo. Cum verò clericus id

facere

facere recusaret omnino, dicens id dedecus fore Patriarchæ, si quidem clericus lectica portaretur, & Episcopus equo insidens ingrederetur. Nō quieuit sanctus, & humilis Theodotus, donec ministro persuasit, non esse rem istam iniuriosam, cogitque illum ita facere.

Vita diui Alexandri patriarchæ Hierosolymitani.

C A P V T XXXIII.

ALIVM habuit ciuitas ipsa Dei Patriarchæ Alexandrum nomine, adeò pium, & misericordem, vt cum illi quidam ex notarijs suis furatus esset aurum, & metu perterritus fugiens in Thebaidem Aegypti incidisset vagus, & errans in latrones, ac ductus fuisset ab eis captiuus ad extremas Aegypti partes, hoc comperto, diuus Alexander redem erit eum vincum ac captiuum octogintaquinq; numismatibus. Quo reuerso ita piè, misericorditerq; vsus est, vt quidam ex vrbis habitatoribus dixerit aliquando, Nihil esse vtilius, quam in Alexandrum peccare.

ALIO quoque tempore vnus ex Diaconis eius, coram clericis omnibus iniurijs affectus diuum Alexandrum. Qui mox prostratus humi veniam petijt dicens: Ignosce mihi, Domine frater.

Vita Eliæ Hierosol; morū Archiepiscopi, & de Fauiano Antiochiæ Patriarcha:

C A P V T XXXV.

DICERAT Abbas Polichronius de sancto Eliæ Hierosolymorum Archiepiscopo, quòd sicut cum esset monachus, vinum non bibebat, ita nec Patriarcha quidem factus

Y

bibit,

bibit, sed eandem seruauit regulam.

1 Vino non est vsus sanctus Pater.

DICEBANT de eodem Archiepiscopo
Elia, & de Flauiano Antiochiæ Archiepis-
cupo, quod ab Anastasio Imperatore am-
bo fuerint exilio relegati propter sanctam Calce-
donensem Synodum, Elias quidem in Haila, Fla-
uianus verò apud Petram: Die verò quadam si-
gnificauerunt sibi ambo Patriarchæ mutuò di-
centes: Anastasius hodie mortuus est; eamus igi-
tur & nos, vt cum illo iudicemur. Et post duos
dies ambo migrauerunt ad Dominum.

*Vita Ephrem Antiocheni patriarchæ, & quomo-
do Styliten monachum à Seueriana Hæreseos im-
pietate conuerterit.*

CAPVT. XXXVI.

NARRAVIT nobis quidam Patrum de
sancto Ephrem Antiocheno Patriarcha,
quod valde zelans fuerit, & feruens circa
fidem. Cùm enim audisset de Stylite illo, qui e-
rat in partibus Hierapolis, quod Seuerianæ esset
hæreseos, abiit ad illum, vt impietatem dissuade-
ret illi. Cœpit ergo diuus Ephrem corripere Sty-
litem, & orare, vt accederet ad sanctum Aposto-
licum thronum, & communicaret sanctæ, & Apo-
stolicæ Ecclesiæ. Respondens verò Stylites ait:
Ego synodò prorsus non communico. Dicit ad
eum sanctus Ephrem. Et quomodo vis, vt curem
te, & satisfaciam pro gratia Domini nostri Iesu
Christi? Sancta Ecclesia libera est ab omni forde
prauitatis hæreticæ. Dicit ad eum Stylites: Accenda
mus ignem, domine Patriarcha, & ingrediamur si-
mul, & quæ flama non læserit, ille orthodoxus erit,
illumq; sequi debemus. Hoc autè dixit, vt terreret
Patriarcham. Respondit sanctus Ephrem Stylitæ: O-

porte-

portebat quidem te, fili mi, tanq̃ patri obtempe-
rare, nihilq; à nobis amplius querere. Quoniam
verò re postulasti excedentem quidem vires infe-
licitatis meæ, cōfido tamē in miserationibus filij
Dei, quia tuæ salutis causa & hoc faciā. Tunc ait
diuus Ephrem astantibus omnibus: Benedictus
Dominus, afferte huc ligna. Cū verò allata essent
ligna, succendit illa Patriarcha ante columnam,
dicitq; Stylitæ: Descende nunc, vt iuxta decretū
tuū ingrediamur ambo. Stupefactus ille ad Patri-
archæ constantiā, descendere noluit. Tunc dixit
ad eum Patriarcha: Nonne tu hoc fieri petisti? Et
quò id nunc facere non vis? Tunc exuens se qua
indutus erat stola Patriarcha, cū accessisset pro-
peignem, orauit dicens: Domine Iesu Christe De-
us noster, qui propter nos dignatus es de sancta Do-
mina nostra Dei genitrice, semperq; Virgine Ma-
ria incarnari, & nasci, ostende nobis veritatem.
Et completa 2 oratione, iactauit stolam suam in
medijs ignibus. Cū autè ignis quali per tres ho-
ras durasset, lignaque iā igne consumpta essent,
tulerunt inde stolā integrā, ita vt nulla ignis indi-
cia in ea deprehendi possent. Tunc Stylites vidēs,
quod factū fuerat, certior de veritate factus, ana-
thematizauit Seuerum, & ei⁹ hæresim; accessēq;
ad sanctā Catholicā Ecclesiam, de manib⁹ sancti
Ephrem communicauit & glorificauit Deum.

*1 Vides, quod qui est hæresi infectus, extra sanctā Catho-
licam, & apostolicā Ecclesiam reperitur.*

2 Mira orando Sancti peregerunt.

*Vita Episcopi, & cathedra relicta venit in .S. ciui-
tatem, & mutato habitu in iſtrabaz Architectū*

CAPVT. XXXVII.

QUIDAM Patrum enarravit nobis de quodā E-
piscopo, quod, relicto Episcopatu suo, & fact⁹

Y 2

fi 8

fit ad sanctam ciuitatem, ibique sumpto operarij habitu, ministrauerit Architectis. Eo vero tempore vir clemens, & misericordiae operibus deditus Ephremius Comes Orientis erat, ac per ipsum aedificia publica reparabantur. Ciuitas enim terre motu ceciderat. Die autem quadam vidit per visum Ephremius dormientem Episcopum, columnaque ignis super eum ad caelum usque pertingentem. Hoc autem cum non semel, nec bis, sed saepius cerneret, obstupuit Ephremius (Erat quippe visio ipsa terribilis, & plena stuporis) cogitabatque apud semetipsum quid nam hoc esset, neque agnoscebat, quis esset ille mercenarius, videns illum coma neglecta, veste sordida, vili & abiecto habitu, & nimia exercitatione, & continentia, iugisque laboris fatigatione affectum, & squalidum toto corporis cultu. Accersitum autem operarium eiusmodi Ephremius percontabatur, quisnam esset; coepitque seorsum agere cum illo, quo vocaretur nomine & cuius ciuitatis esset oriundus. Qui ait ad illum: Ego vnus pauperum istius ciuitatis sum, cumque non habeam, unde me ipsum sustentare valeam, operor, ut possum: & Deus de laboribus meis pascit me. Motus ergo diuinitus Ephremius, respondit illi, & ait: Crede mihi non te dimittam, donec mihi omnia de te veraciter profecutus fueris. Cum vero ita constringeretur, neque se ulterius posset abscondere, dixit illi: Pollicere, mihi quia quandiu fuero in vita hac, nemini dices, quae circa me sunt, & ego suppresso tantum nomine, vera tibi de me annuntiabo. Iurauitque illi Comes, nulli se ea dicturum, quandiu esset in vita. Tunc ait illi: Ego Episcopus sum, & propter Deum dimissi Episcopatum meum, veni huc quasi ad ignotum locum. Assiligens autem carnem meam & operans ex labore meo modicum panis mihi ac-

hi acquirere. Tu vero quantum potes, adijce ad eleemosynam. His enim diebus Deus promouebit te ad Apostolicum thronum huius ciuitatis, ut pascas populum suum, quem acquisiuit per propriam sanguinem Christus verus Deus noster. Vt igitur dixi, eleemosynis insiste & pro recta fide iugiter sta, & decerta. Talibus est sacrificijs maxime delectatur Deus. Ita ut predixerat, contigit. Diuusque Ephremius, his auditis glorificauit Deum, dicens, Quantos habet occultos famulos, & soli sibi cognitos. Deus.

Mors Anastasij imperatoris impij.

C A P V T. XXXVIII.

NArrauit nobis vir quidam fidelis, de Anastasio Imperatore, quod cum eiecisset Euphemium, & Macedonium Patriarchas Constantinopolitanae Ecclesiae, ac propter sanctam Chalcedonensem synodum illos Gaitan in Pontum exilio relegasset, vidit in somnis idem Imperator virum quandam insignem, vestitum amictu candido, contra se stare, codicem scriptum ferentem, ac legentem. Euoluens autem quinque folia codicis, legensque Imperatoris nomen, ait illi: Ecce propter perfidiam tuam deleo quatuordecim: & digito suo illos deleuit. Ac post duos dies factu fulgore magno atque tonitruo, pauore turbatus reddidit spiritum in summa angustia, pro eo quod impius fuit in S. Christi Dei nostri Ecclesiam, eiusque pastores exilio damnauit.

Vita Monachi monasterij Abbatis Seueriani, Et quomodo a puella rustica prudenter retractus fuerit, ne cum ea peccaret.

C A P V T. XXXIX.

CV M venissem Antiochiam, audiui quandam de presbyteris Ecclesiae ista narrantem. Dice-

bat, inquit, Patriarcha Anastasius: Cùm Monachus quidam monasterij Abbatis beueriani missus fuisset in partes Elutheropoliticos, & diuertisset ad rusticum quempiam fidelem, habentem filiam vnicam, defuncta iam matre illius, maneretque in domo eius dies aliquot, is, qui semper impugnat homines, diabolus immisit fratri sordidas cogitationes, impugnabaturque de puella, & querebat opportunitatem opprimendi eam. Igitur qui illum oppugnabat dæmon, opportunitatem quoque illi procurauit. Patre enim puellæ proficiente Afcalonem necessariæ utilitatis gratia, frater ille sciens neminem in domo esse, nisi se solū, & puellam, accessit, vt illā vi opprimeret. Illa verò vt vidit ipsum totum perturbatum ad nefarium actum properare, dixit ei: Noli turbari, neque foedum quid contra me moliaris. Pater meus neque hodie, neque cras veniet. Audi primum, quid dicā. Ego enim (nouit Deus) promptè quicquid volueris faciam. Coepit autem illum ita alloqui: *Quantum temporis habes, frater, in monasterio? Dicit ei frater: Decem, & septem annos. Dicit ei iterum: Habes experimentum mulieris? Ait illi: Non. Ergo tu, inquit puella, vis propter vnam horam amittere tot annorum labores? Quoties sudisti lacrimas, vt carnem tuam Christo Domino puram, immaculatamque seruares? Et nunc totum laborem illum breuissimæ voluptatis gratia tibi perire vis? Veruntamen si, vt vis, audiero te, peccetque mecum, habesne quod assumas, & enutrias me? Dicit ei frater: Non. Tūc illa: In veritate nō mentior, si humiliaueris me, multorum malorum causa eris. Dicit ei monachus: Quomodo? Puella respondens, Primum quidē, inquit, quia perdis animam tuā. Secūdo quoniam & anima mea abs te requiritur.*

quiretur. Hoc enim tibi iuramento protector percurum, qui dixit: Noli me mendacem facere: quia si humiliaueris me, continuò mihi ipsi laqueo vitam extorquebo, inuenierisque homicidij reus, atque in iudicio vt homicida iudicaberis. Igitur antequam tot malorum causa fias, reuertere in pacem ad monasteriū tuum, & ora pro me. Rediens igitur in semetipsum frater, ac respiciens, statim reuersus est ad monasteriū suum, prostratusque Abbatī, & veniā postulās, orauit, vt vitra iam de monasterio non egrederetur. Et cū in contritione cordis egisset tres menses, migravit ad Dominum.

Vides quæ etiā antiqui monachi seruabāt, perpetuū celibatū

Vita Abbatis Cosmæ Eunuchi.

C A P V T X L.

NARRAVIT nobis Abbas Basilus presbyter Bicanteriorū, dicens: Cū essem Theopolis apud Patriarcham Gregoriū, venit ab Hierosolymis Abbas Cosmas Eunuchus Lauræ Pharan, vir singularis religionis, & fidei, rectorumque dogmatum valdè tenax, & zelator, ac diuinarū scripturarum scientia nō mediocriter instructus. Cū ergo fuisset ibi senex dies paucos, defunctus est. Et iussit Patriarcha pretiosas illius reliquias in monasterio suo sepeliri, vbi & positus erat quidā Episcopus. Die igitur quadā profectus sum, vt salutare sepulchrū senis. Erat autē supra sepulchrū eius iacens homo quidā pauper, eleemosynā petēs ab ingreditibus, in templū cū me ergo cōspexisset me pauper prostratū, & seni orationem facientem, dixit mihi: Abba, magnus profectus erat senex ille, quem sepelivisti, hic ante hos duos menses. Tunc ego ad illū: Vnde hoc tu nosti? Qui respondit: Verè, Domine Abba, ego paralyticus fui annis duodecim, & pro ipso curavit me Deus, Et quoties in tribulatione sum, venit ad me cōsolationē afferēs, mihique refugium

rium præstat. Sed & aliud audi de illo miraculo. Ex qua die ipsum sepelivisti vsque ad diem hanc, audio illum singulis noctibus clamantem, ac dicentem ad Episcopum: Noli me tangere, hæretice; ne appropinques mihi, ³ inimice sanctæ Dei Catholicæ Ecclesiæ. Hæc ego audiens ab eo, qui sanatus fuerat, perrexi, & omnia ex ordine Patriarchæ retuli, & orabamq; ipsum sanctissimum Patriarcham, vt sumptum ex eo loco senis corpus, in sepulchro alio recondere mus. Tunc ait Abbas Gregorius Patriarcha: Mihi, filij, credite, nihil ab hæretico læditur Abbas Cosmas, sed hoc totum factum est, vt senis virtus, zelusq; fidei nobis innotesceret, qualis scilicet fuerit, qualisque sit etiam post carnis occubitum, vtque Episcopi nobis proderetur opinio, ne illum arbitraremur orthodoxum fuisse, atque catholicum.

D I C E B A T item de eodem sene Abbas Basilij, quia cum perrexisset ad eum, commorantem in Laura Pharan, ait illi senex: Venit mihi cogitatio aliquando, quid sit, quod ait Dominus Discipulis suis: Qui habet vestimentum vendat illud, & emat gladium; illisque dicitibus: Ecce gladij duo hic: responderit: Satis est. Hærebamque in verbo isto, neque quid sibi vellet, intelligebam. Itaq; sic cogitabundus exi de cellula mea, in ipso meridiano Solis æstu, vt irem ad Lauram Turrium, ad Abbatem Theophilum, & interrogarem eum. Cumque per desertam pergerem, esse meque propè Calamonem, aspicio draconem miræ magnitudinis de monte descēdere in Calamonem. Erat autem adeo ingens, vt cum se moueret, curuaretur in modum camerae, vestigiaeque terræ altius impressa relinqueret. Ego verò per vestigia illius ingressus sum; agnouique

que, quia diabolus studium meum impedire voluerit. Orationes autem senis iuuerunt me. Perueniens igitur ad Abbatē Theophilum, exposui illi hēsitationē meā. Qui dixit mihi: Duo gladij duas virtutes significant, actiuā, & contemplatiuā. Si quis ergo has duas virtutes habeat, hic perfectus erit.

A D hunc ipsum Abbatē Cosmā perrexi ego, dum esset in Laura Pharan. Mansi enim in illa annos decem. Cumque mihi loqueretur de salute animæ, & quoddam ex dictis sancti Athanasij Alexandriæ Archiepiscopi allegaret, ait ad me senex: Cū inueneris aliquid ex opusculis sancti Athanasij, nec habueris chartas ad scribendum, in vestimentis tuis + scribe illud. Tanto, talique studio flagrabat erga sanctos Patres nostros, & Doctores sanctus senior.

D I C E B A T autem & hoc Abbas Cosmas de seipso, quod nocte sanctæ Dominicæ à vespere vsq; mane, stare + psallens, & lectus. Orto autē sole, cū impleffet Canonē, sedebat legens in sanctis Euangelij vsq; ad collectam.

¹ Nota pretiosas Sancti reliquias.

² Si Sanctus in tribulatione venit ad pauperem, & illi consolatur, non est mortuus, vt dicunt quidā. Nō habes quod Sancti sciam, que circa nos aguntur.

³ Vide hæreticū inimicū esse sanctæ Catholicæ Ecclesiæ.

⁴ Ecce quanti faciendi Doctores sancti, & Patres antiqui, qui suis literis Ecclesiam exornarunt. Contrarium hodie faciunt hæretici.

⁵ Vide veterem obseruationem diei Dominicæ.

⁶ Ecce antiquorum monachorum exercitia, Vigilia, Psalmodie, Lectiones.

Vita Abbatis Pauli Nazarenensis.

C A P V T. XLI.

X 5

Vidimus

Vidimus & alium senem in eadē Laura, Abbatē. f. Pau. virū¹ sanctū ac Deo deditū, mitissimū, atq; abstinentissimū. Neminē verō memini me vnq; vidisse tanta cōsolationis, ac lachrimarū gratia ornatū. Stillabant enim ex oculis eius iugiter lachrymæ. Impleuit ergo, sanctus iste senior in vita solitaria annos ferē quinquaginta, contentus sola panis elemosyna, quam Ecclesia dabat, nulli que omnino colloquens. Erat autem ex Nazarbo, *Aduerte quam commendabiles erant antiqui Monachi.*

Vita Abbatis Anaxanontis serui Dei.

C A P V T X L I I.

Vidimus in eodem loco Abbatem Anaxanontem virum misericordem, & continentissimum, vitamq; solitariam in cellula sua agentem tanta diſtinctione, vt per quatuor dies vnā tantum oblationem manducaret minorum viginti. Sæpe verō & tota hebdomada eam¹ solam comedebat Circa extremum verō vitæ suæ, venerāndus hic vir dolorem incurrit ventris, & viscerum, Tulimus itaq; illum in sanctam Ciuitatem in domum infirmorū, quæ sub Patriarchæ erat cura. Die verō quadā cū propē illū essemus, misit ad illum Abbas Conon Dux Laureꝝ sancti patris nostri Sabæ fudarium, vnā habens benedictionē, & numismata sex ita illi significans: Ignosce mihi, quia nō permittit me ægritudo ascendere, & te salutare. Senex autē benedictionē quidē retinuit, nummos verō remisit dicens: Si quidē voluerit Deus, vt in hac vita durē, Pater, habeo nūmosdecem. Cū verō eos expendero, significabo vobis, & mittetis istos. Vt aut noueris, Pater post duos dies seculum istud derelinquo. Quod & factū est. Detulimus aut eum in eadē Lauram Pharā, & ibi eum sepeliuimus. Fuit aut beatus iste, & beati Eustochij contaberna

lis.

lis. Ambobusq; relictis, in eremo cōsummatuſ est. Erat autem ex Ancyra Galatiæ ciuitate.

Vide & huius Patris diſtinctissimam abstinentiam.

Detestabilis Mors impij Thallaelci Archiepiscopi Thessalonicensis.

C A P V T X L I I I.

Fuit quidā Thessaloniæ Archiepiscopus, Thallælus nomine, Hic neq; Deum timens, neq; paratā retributionē expauescensq; conculcāsq; Christianū dogma, ac sacerdotalem honorē & dignitatē spernens, inuent⁹ est pro pastore lupus. Abnegās quippe sanctam, & consubstantialē Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, idola infelix adorabat Quem ij, qui tunc Ecclesijs præerat cōmuni decreto damnarunt. ac de sede sua deturbarunt. Pauco post tempore nequā illi omni scelerē, & impietate plenus, voluit ad sacerdotalem dignitatem remeare. Quia ergo, iuxta sapientissimū Salomonem, oīa obediunt auro, reuocatus est in regionem suam; erat enim Constantinopoli. Sed omnipotens Deus S. Ecclesiā suā non desepxit. Cū enī quadā die ille processurus esset cū superbo ornatu, vt ad Imperatores pergeret, sacerdotiumq; decretis illorū iterum resumeret, pupugit illū venter vt pergeret ad necessaria naturę. Cū verō secretū locū ingressus esset exonerandi vētris causa, māsissetq; intus duas iā vel tres horas, neq; reuenteret ad suos, ingressi suntq; dā ex his, qui illi assistebant, vt illū iā debere progredi monerent, inuenerūtq; infelicē illū capite deorsū, vbi egerebātur stercora demersū, pedibusq; sursum erectis. Erigentes autē illū, inuenerūt extinctū horribili, & eterna morte.

Vita Senis Monachi prope ciui. Antinoum commorantis & de oratione pro Mortuis.

C A P.

SENEX quidam enarravit nobis cum Theobaidam venissemus, quod senex vnus morabatur extra ciuitatem Antinoum magnæ virtutis vir, qui in ¹ cella sua egerat annos L. X. X. Erant autem illi discipuli decem, ex quibus vnus erat valdè negligens sui. Senex ergo sæpius illum corripiebat, & hortabatur dicens: Frater, sollicitudinè gere pro anima tuas habes enim mori; & nisi te emendaueris, in supplicium tendes. Frater autem ille sæper seni inobediens erat, nec ea, quæ ab ipso dicebantur admittebat. Contigit autè post aliquântulum temporis, vt iste moreretur. Contristatus vero senior super illo valdè (Sciebat enim quòd in magna desidia, & negligentia de seculo exisset) cœpit orare, ac dicere: Domine Iesu Christe verax Deus noster, reuela mihi, quid sit circa fratris animam. Aspexit autem in excessu mentis effectus, fluuium ignis, ingentemque in ipso igne multitudinem, ac medium fratrem illum, ad collum vsque demersum. Tunc ait illi senior: Nõne te propter hanc pœnam orabam, vt curam animæ ageres, fili? Respondit frater, & ait Seni: Grattias ago Deo, pater, quòd vel caput meum requiem habet. Per ² orationes enim tuas supra caput Episcopi sto.

¹ Vide num antiqui monachi vterentur cella perpetua.

² Ecce defunctorum animas orationibus uidentium adiuuari.

Vita Monachi inclusi in monte oliuarum, & de adoratione imaginis Sanctissime Dei genitricis Mariae.

DICEBAT Abbas Theodorus Acliotæ, quòd fuerit quidam inclusus in monte Oliuarum

rum ceptator maximus. Impugnabat autè illum fornicationis spiritus. Die verò quadam cum intraret illi vehementer, cœpit eiulare senex, & dixerat dæmoni: *Quandiu nõ dimittis me? Recede a me, qui tecum consenuisti.* Apparuit autem ei dæmon visibiliter dicens: *Iura mihi, quia nemini dices, quod tibi dicturus sum, & te nõ amplius oppugno Iurauitque illi senex dicens: Per inhabitatè in altissimis nulli dicam, quæ mihi dixeris.* Tunc ait illi dæmon: *Noli adorare hanc imaginem, & ultra te non impugnabo.* Habebat autem hæc imago expressam figuram Domine nostræ S. Dei genitricis Mariæ, ferentem Dominum nostrum Iesum Christum. Ait inclusus dæmoni: *Dimitte me, vt deliberem.* In crastinum autem hoc significauit ipsi Abbati Theodoro Acliotæ tunc habitanti in Laura Pharan, narrauitque illi omnia: Senex autem ait recluso. Verè, Domine Abba, illusus es, quia iurasti dæmoni. Veruntamen benefecisti hoc reuelans. Expedit autem tibi nullum in illa vrbe lupanar ommittere, quod non ingrediaris, quàm vt neges te ² adorare Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum cum matre sua. Confirmatum igitur, & corroboratum pluribus verbis reliquit illum in loco suo. Apparuit ergo dæmon incluso rursus dicēs: *Quid hoc est, pessimè senex? Nõne tu iurasti mihi, quia id nemini diceris? Et quare dixisti ei, qui venit ad te? Dico tibi, quia vt perurus in die iudicij iudicaberis.* Respondit inclusus dicens: *Scio quidem, quia iurauit, veruntamen Dominum, & Creatorem meum adorabo, tibi autem non obediam.*

Nota hoc capitulum adductum fuisse in septima synodo,

& approbatum. Vnde vel ex hoc solo liber est auteticus.

¹ Fides vsu venerandi imaginis antiquissimi esse: Quod si iam

*si imagines colere abominale esset, demon non tasset
agresserret 2 Habes rectum modū venerādi imagines,
nempe vt illum colamus cuius sunt imagines, vnde se-
per mente recurrendum est ad prototypum.*

*Mirabilis visio Abbatis Cyriaci Lauræ Calamonis,
& de duobus impij Nestorij libris. C A. LXVI.*

Accelsimus ad Abbatem Cyriacum presbyte-
rum Lauræ Calamonis iuxta sanctum Iorda-
nem, narrauitque nobis dicens: Die qua dam vidi
per somnum mulierem honestā facie, purpura in-
duta, & cum ea viros duos, & ipsos venerando
habitu, & aspectu præclaro. Arbitratus autē sum
mulierem illam esse Dominā nostram sanctā Dei
genitricem, eosq; qui cum illa erant, duos viros,
sanctum Ioannem Baptistam, & sanctum Ioannē
Theologum, & Euangelistam. Egressusq; de cellu-
la orabam illam, vt ingrederetur. Quæ non con-
sensit. Permansit ergo diutius orans, & obsecrans
ac dicens: Ne quæso, auertatur humili factus con-
fusus: & alia plurima huiusmodi. Illa igitur ve-
me vidit instare precibus, eandemq; postulatio-
nem iterare, seuerius mihi respondit dicens: Habes
intra cellam tuam inimicum meū, & vis vt in-
grediar: Et his dictis, abscessit. Euigilans autē ego
affligi cœpi, & cogitabā, nū aliquid in mente pec-
catū contra illā admisissem; neq; enim erat alius
aliquis in cella mea, nisi ego solus. Diutius igitur
me ipsum discutens, nihil inueni, quod in illam
peccassem. Cū verò vidissem me nimio mœro-
re absorberi, surgens accepi librum, vt legerem,
quò per huiusmodi lectionē dolorē vnā, cogita-
tionesq; repellerem. Librum autem ipsum acce-
perā mutū à Beato Isychio presbytero Hieros.
Ecclesiæ, Euoluensq; librū inueni duos impij Nes-
torij libros in fine voluminis scriptos. Moxque ag-
nouit

nouit hunc esse sanctæ Dominæ nostræ Dei geni-
tricis, semperq; virginis Mariæ inimicum. Tunc
surgens abij, librumq; illi qui mihi eum accōmo-
dauerat, reddidi, dicens illi: Accipe librum tuum,
frater, neq; enim ex eo tantū vtilitatis cœpi, quan-
tū detrimenti. Cū verò ille detrimenti ipsius cau-
sam seiscitaretur, omnem illi rei ordinē reuli. Qui
zelo Dei succensus protinus duos illos Nestorij li-
brosex volumine præscidit, eosq; 2 igni tradidit
dicens: Non manebit in cella mea Dominæ nostræ
S. Dei genitricis, semperq; virginis Mariæ inimic⁹.

1 *Ecce quomodo etiam sanctissima Dei Genitrix hereti-
cum hominem auersatur.*

2 *Huius sancti viri exēplo edocemur, hæreticorum libros
comburi debere.*

*Miraculum S. Dei genitricis contra Gaianum Mi-
mum qui eam in theatro blasphemabat.*

C A P V T XLVII.

Heliopolis Phœnicis ciuitas est. In hac Mimus
quidam erat, Gaianus nomine. Qui in thea-
tro sanctā Dei genitricē blasphemans, populo spe-
taculum blasphemie præbebat, Apparuit autē illi
sancta Dei genitrix, dicens: Quid tibi mali feci, quā
corā tanta multitudine, mihi detrahis, & blasphe-
mas me? Ille verò surgens, nō solum nō se correxit
verū etiam pl⁹ blasphemabat. Rursus ergo apparu-
it illi sancta Dei genitrix corripies eū, ac dicens:
Noli quæso, noli, ita lædere animā tuam. Ille verò
rursū deterius illā blasphemabat. Vnde ipsa tertio
eidē apparēs, eadē repetebat. Cum autē se ille non
corrigeret, sed plus quoq; blasphemijs adijceret,
meridie dormienti sibi apparuit, nihilq; dicens, di-
gito solo signauit ei⁹ man⁹, & pedes. Euigilans au-
tē, inuenit se truncatū manib. & pedib. Atq; ita in-
infelix vt trūcus inutilis iacens, confitebatur omni-
cuius

cuius rei gratia, quomodo hoc passus esset, utque propter blasphemias suas clementer cruciatus fuisset.

1 Habes quomodo adest divina ultio blasphemanti sanctam Dei Genitricem. Habes quanta sit eius potestas. Habes quod, cum appareat, loquatur, & tangat, non potest dici moriua.

Miraculum item Sancta Dei Genitricis quo Cosmiana vxor Germani Patricij coacta est ex heresi Seueriana ad veram Christi fidem redire.

C A P V T. XLV.III.

NArrauit nobis Anastasius presbyter, & ornamentorum sanctae resurrectionis Dei, & Domini nostri Iesu Christi custos, quia adueniens illuc Cosmiana vxor Germani Patricij voluit nocte quadam sanctae Dominicae sola adorare sanctum Domini nostri Iesu Christi, viuificumque monumentum. Et cum appropinquaret ianuae sacrarij, apparuit illi visibiliter Domina nostra sancta Dei genitrix, cum alijs quoque mulieribus dicens: Quomodo cum nos a non sis, huc audes ingredi: Et prohibebat eam: Neque enim inqueibat) nostra es. Erat enim de haeresi Seueri acephali. Illa vero multum rogabat, ut mereretur ingredi. Ad quam sancta Dei genitrix respondens ait: Crede mihi, mulier, non ingredieris huc, nisi nobiscum communicaueris. Agnito autem quod quia esset haeretica, ingredi prohiberetur quodque nisi accederet ad S. Cathol. & Apostol. Ecclesiam Christi Domini, & Dei nostri, intera. e non permitteretur, continuo accersito diacono orauit sanctum calicem sibi afferri. Quo allato, sumpsit sacrum corpus,

corpus, & pretiosum sanguinem magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Atque ita absque ulla prohibitione digna habita est adorare sanctum, & venerabile sepulchrum Domini nostri Iesu Christi.

1 Vides quod sancta illa Ecclesia habebat ornamenta, quae custodiebantur: & noui heretici ea vilipendunt.
2 Ecce etiam apud antiquos in usu fuisse peregrinationes ad loca sancta, vltorumque adorationes
3 Magnum miraculum, ut notum fiat omnibus, quomodo haereses fugere debeamus.
4 Vides hereticum esse extra sanctam Ecclesiam Catholicam & Apostolicam Christi Domini & Dei nostri.
5 Ecce quomodo in iacratissima Eucharisitia est verum corpus, & sanguis Dei & saluatoris nostri Domini Iesu Christi.

6 Licet haec communicauerit sub vtraque specie, non induci nobis idem faciendi nec. Sitatem quia tunc temporis talis mos erat ibi.

Mirabilis visio Ducis Palaestina, quae & ipse coactus fuit praedicta haeresi abrenunciare, & Christi Ecclesiae communicare.

C A P V T. XLIX.

NArrauit autem nobis & hoc idem presbyter Anastasius, dicens, quod Palaestina Dux aliquando venerit adorare sanctam Christi Domini nostri resurrectionem. Et cum cepisset ingredi in sanctum monumentum, aspexit aie. tem cum a impetu super te venientem cornibusque illum impetente. Ille vero pauore correptus, retro redibat. Custos vero sanctae crucis Azarias, & ceteri, qui assistebant, eius timore permoti dicunt ei: Quid est, quid habes, domine? ut non ingredieris: Dicit eis. Vt qui intulistis animum istum? Qui respondit facti

facti inspexerunt sanctum monumentū, nihilq; videntes, aiunt ad illum: Ingrederere, nihil tale intus est. Rursum ille ingredi cœpit, sed iterum aspexit arietem contra se, venientem, & se introire prohibentem. Istud cū sepe factum esset, illeq; cæteris nihil videntibus, solus arietem cerneret, ait illi Crucis custos. Crede mihi, domine, aliquid habes in anima tua, quod te prohibet adorare sanctum, ac venerabile, & viuificum monumentum Saluatoris nostri. Itaq; monco, vt confitearis Domino peccata tua. Clemens enim, & misericordissimus cum sit, & tui misereri volens, huiusmodi tibi miraculum ostendit. Ille autem cum lacrymis dixit ei: Verè multis, magnisq; sceleribus obnoxius sum. Et se ipsum in faciem prosteruens, per multas horas permanens stans, & confitens Domino. Surrexit, deinde & rursus ingredi voluit, sed iterum ab ariete permixtus non est. Tunc ait illi sanctæ Crucis custos. Verè aliud est, quod te ingredi vetat. Dixit autem ille: Nū fortasse ideo, quia non sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, sed Securo romano communico, introire prohibeor? Tunc petijt à custode, vt sanctæ & viuificæ Christi Dei nostri mysteria sibi afferrentur. Et allato sancto calice comunicauit. Atq; ita ingressus est, & adorauit, nil ultra impedimenti passus, nihilq; vltterius cernens, quod se deterreret.

1 Et hic peregrinationem ad sanctum Domini sepulchrum

2 assumpsit. 2 Vide simile miraculum superiori, & ad eundem effectum.

3 Nota, adorare sanctum, ac venerabile, & viuificum monumentum Saluatoris nostri. 4 Ecce hereticum non communicare sanctæ Catholicæ Ecclesiæ.

5 Aduerte sacram Eucharistiam appellari sanctam, & viuificam Christi Dei nostri mysteria.

Visio

Visio, & dictum Abbatis Georgij inclusi,

C A P V T L.

SCYTHOPOLIS secunda est Palæstinæ metropolis. In ea conuenimus Abbatem Anastasium, narrauitq; nobis de Abbate Georgio incluso, dicens: Cū quadam nocte surrexissem, vt pulsarem signum (ea quippe cura mihi iniuncta fuerat, vt excitarem fratres ad collectam) audiui plorantem senem. Profectusq; ad illum rogare cœpi, dicens: Quid habes, pater, quia sic ploras. Ille verò nihil mihi respondit. Rursus cum rogarem illum, vt causam fletus mihi aperiret, ingemiscens ille, & ex intimo corde suspirans, ait: Quomodo mihi à fletu temperem, cū Dominus noster Christus reconciliari nobis nolit? Ego enim, fili, videbar mihi assidere cuidam super excelso throno residenti. Multa verò millia circa illum erant orantiū illū, atq; deprecantium de quadam re. Qui illorū precibus flexus non est. Posthæc accessit ad illum mulier quædā purpura induta, prociditq; illi, & ait: Vel et propter me placare, fili. Ille verò nihilominus inexorabilis mansit. Atq; idcirco ploro, & ciulo, verens quod futurum est. Hæc mihi dixit Abbas Georgius, quinta illucescente feria cœnæ Domini; sequenti verò, id est pasche, hora diei nona repentinò magnoque terræ motu, corruerunt vrbes maritimæ Phœnicis.

Dē Abbas Anastasius hoc item nobis de senecodem enarrauit, quod post aliquantum tempore, cū ad fenestram staret, plorare senecœ cœperit, & dixerit illi: Væ nobis frater, quia nullam habemus compunctionem, sed in negligentia viuimus, cum ira Dei comprehendat nos,

Z 2 & in

& in trutinis simus, vt iudicemur. Et sequenti die ignis apparuit in cœlo.

1 *Vi des consuetudinem horarum nocturnarū apud Monachos antiquissimam.*

2 *Ecce quomodo Sancti, & beata Virgo orant pro nobis.*

Vita Iuliani senis monasterij Aegyptiorum.

C A P V T L I.

A Nazarus metropolis est secundæ Cilicum prouinciæ. Ab hac ferè duodecim miliaribus distat monasterium, quod dicitur Aegyptiorum. Narrauerunt ergo nobis Patres eiusdè loci, quod illic ante annos quinque mortuus esset senex, Iulianus nomine, qui circiter annos LXX in quodam breui i speleo moratus esset, nihil omnino seculi istius possidens præter cilicium, & scagum, & vasculum ligneum, & librum.

D Icebant autem nobis & hoc de ipso, quod toto vitæ suæ tempore non accendit lucernæ lumen, sed per noctes & cœlitus illustrabat eum lux, ita vt clare legere posset.

1 *Vide num antiqui monachi virentur cella perpetua & altissimæ paupertatis essent diligentes obseruatores.*

2 *Si monachismus Deo non placeret, nequaquam nocte cœlitus illustratus esset sanctus pater.*

Dictum Abbatis Elia solitarij.

C A P V T L I I.

V Enit frater quidam ad Abbatem Eliam solitariū in cœnobiū antiqui patris Sabæ & dixit ei: Dic mihi verbū pater. Senex verò dixit fratri: Diebus patrum nostrorum tres istæ

istæ virtutes in amore, & studio apud monachos erant. Nuditas rerum omnium, mansuetudo, & continentia: nunc autem auaritia, gula, & audacia. Quod horum tibi placet arripe.

1 *Ecce quæ reddebant antiquos monachos commendabiles.*

Vita senis Cyriaci ex monasterio sancti Saba.

C A P V T L I I I.

N Arrauit nobis Abbas Stephanus de quodam senè morante in monasterio sancti patris nostri Sabæ, nomine Cyriaco, quod die quadam descenderit Tuthelam, parumque remoratus circa mare mortuum, rediit iterum ad cellam suam. Cum vero esset æstus vehementissimus, ita vt senex penè deficeret, extendens manus suas in cœlum ad Deum, orauit dicens: Domine, tu scis quia iam præstiti ambulare non possum. Statimq; nubes circa illum facta est, neq; recessit ab eo, quamdiu restitueretur relictæ suæ. distabat autem à cella miliaribus ferè duodecim.

I Dem Abbas Stephanus, & hoc nobis de eodè senè narrabat, quod venerint sui die quadam vt illum viderent. Cum ergo venissent ad locum, quærebant ipsius cellulam, quam dum quibusdam ostendentibus didicissent, ad euntes pulsauerunt ianuam. Quibus cognitis, senex Deum orauit, ne ab ipsis videretur. Et aperiens ianuam, exiit de cellula sua, & ab eis penitus & visus nō est. Abiensq; in desertum, redire tandiu noluit, donec illos recessisse cognouit.

1 *Nota orationem cum manuum extensione ad cœlum, & illius exauditionem.*

2 *Ecce mirabilem fructum orationis.*

Vita monachorum Scitiorum, & de Seno Ammonio.

C A P V T. LIIII.

V Enimus Postea Teremithen ad Abbatem Theodorum Alexandrinum. Aitque nobis senex: Filioli, multum reuera perdidistis Scitiotę monachi iuxta senũ prædictionem. Credite enim mihi, filij, quia magna erat charitas apud Scitiotas, magna abstinentia, magna discretio. Vidi ego illic senes, qui nisi quis ad eos venisset, nunquam sumebant cibum. Inter quos erat senex quidam, Ammonius nomine, iuxta me manens. Cuius ego sciens consuetudinem, per omne sabbatũ ad illum veniebam, vt propter aduentum meum sumeret cibum. Habebant hoc omnes generaliter, quod quacunque hora accederent ad eos, aliqui, permittebant illos orationem facere, illisque orantibus, ipsi mensam apponebant, & continuò cibũ sumebant.

Viso cuiusdam Senis commorantis in Sciti, & de Abbate Irenæo.

C A P V T. L V.

A B B A S Irenæus narrauit nobis de seno quodam commorante in Sciti, quòd diabolus viderit noctu sarculos, rastro, & coiphinos præbentem fratribus: Dixitque diabolo senex: Quid ista sunt? Respondit diabolus: Distractionem fratribus præparo, vt his occupati, sũt negligentiores ad orandum, & glorificandum Deum.

I Dem Abbas Irenæus narrauit nobis dicens iterum: Cũ venissent Barbari in Scitim, recessi inde, & veni in partes Gaza, accepiquemihicellu-

cellulam in monasterio. Abbas verò ipsa die dedit mihi librũ ad legendum, in quo senum gesta scripta erant. Moxq; vt aperui librũ, occurrit oculis capitulũ istud, Quòd venerit quidam frater ad senem, dixeritque ille: Ora pro me pater: dixerit autem illi senex: Cũ esses nobiscum, orabã pro te; nũc aut, ex quo in propria abijisti, nõ iã oro pro te. Vt ergo legi ego capitulum istud, plicui librum, & dixi in me ipso: Vẽ tibi, Irenæe, quia in propria venisti, nec iam orant pro te patres. Mox que librũ Abbati restituens recessi, & veni in loca ista. Et hæc mihi causa fuit, filioli, veniendi in hunc locum.

Vides, quòd oratio, & glorificatio Dei displicet demoni. Ergo placeat Deo, iuxta illud: Nõ potestis Deo servire, & Mammonæ.

Vita Ioannis discipuli Senis magni, qui morabatur in vico Caparassima.

C A P V T. L V I.

P T O L O M A I S ciuitas est Phœnicis. In hac vicus est, qui dicitur Caparassima. In eo vico senex quidam erat magnus, habebatque discipulum, Ioannem nomine, & ipsum magnum, singularisque obedientiæ. Quadam ergo die misit senex discipulum suum in ministerium, dans ei & modicos panes pro victu suo. Profectus est autem discipulus, & completo ministerio redijt, retulitq; panes. Videas autem senior panes ait ei: Fili, quare non comedisti panes, quos dedi tibi? Prostratus ille coram seno dixit ei: Ignosce mihi pater: Quia nõ benedixisti mihi, cũ mitteres me, vt cibum sumerẽ, idcirco non sumpsi. Admiratque senex discretionẽ fratris benedixit eum.

A D hunc fratrem post dormitionẽ senis, cũ ieiunasset XL dieb, vox facta est diuinit dicẽs:

Super quemcumq; morbum imposueris manus, curabitur. Mane autem facto, per dispensa-
tionem Dei Ecce homo quidam cum vxore veniebat,
cuius mamillam canceri morbus consumebat,
Rogabat ergo illum vir eius, vt vxorem suam cu-
raret. Qui cum peccatorem se diceret, & in-
dignum ad tale attemptandum opus, vir ille per-
fistebat orans, vt annueret sibi, vxorisque suae
misereretur. Cum vero imposuisset illi manum,
mamillamque signasset, continuo sanata est. Et
extunc plurima iam per illum signa Deus ope-
ratus est, non tantum in vita sua, verum etiam
post mortem.

*1. miracula quae post Sanctorum mortem per eos ad illo-
rum memoriam operatur Deus, splendorem viae il-
lorum aperire consistunt.*

*Mors Symeonis Stylitae & de Iuliano Abbate
etiam Stylitae,*

C A P V T. LVII.

QUADraginta ferme miliaribus ab Aegis ciuita-
te Ciliciae Stylites erat nomine Symeon. Hic
fulgure percussus interiit. Abbas ergo Iu-
lianus Stylites presbyter praeter consuetudinem
suam infolito tempore dixit discipulis suis: Mit-
tite thymiam in thuribulum. Qui dixerunt ei: Dic
nobis causam, pater: orabantq; vt diceret eis. Senex
autem dixit: Quia modo frater meus Symeon a
fulgure deiectus interiit, & ecce transit anima eius
cum tripudatione, & exultatione Distabant autem ab
inuicem miliaribus ferme viginti quatuor.

C A P V T. LVIII.

ABBas Stephanus monasterij sancti patris no-
stri Sabae Dux & hoc de memorato Abbate Iu-
liano.

Iuliano Stylite narravit, quod leo iuxta eum locum, in
quo morabatur, apparuerit, plurimosq; peregrin-
nos, & indigenas necare solitus fuerit. Die ergo
quadam aduocans discipulum suum senex, Pancrati-
um nomine dixit ei: Vade ferme duo millia passu-
um ad Austrum, inueniesque illic leonem iacentem,
cui dices, Humilis Iulianus in nomine Iesu
Christi filij Dei viuificatis omnia, tibi praecipit, vt
recedas ab hac prouincia. Profectus vero frater in-
uenit leonem iacentem. Cumq; verba senis illi di-
xisset, continuo recessit leo.

*1. Estiam immaniſſimis bestijs Sancti in virtute Dei im-
perant.*

Vita Abbatis Thallelei Cilicis

C A P V T. LIX.

ABBas Petrus presbyter eiusdem monaste-
rij narravit nobis de Abbate Thalleleo Cili-
ce, quod LX annos transegit in vita mo-
nastica nunquam flere desistens, diebusq; ieiun-
ter: Tempus hoc nobis ad poenitentiam indulgendum
est, & valde requiritur a nobis, si illud neglexerim-
us.

*1. Ecce quomodo vera poenitentia habet secum dolorem
de peccatis commissis, & non tantum nouam vitam.*

*Factum egregium Sanctimonialis famina, per
quod compunctus adolescens eius amara oratio,
nachus effectus est.*

C A P V T. LX.

QUIDam vir fidelis narravit nobis, cum in A-
lexandria essemus, tale quiddam. Sanctimoni-
alis (inquit) quaedam sedebat in domo sua vi-
ta solitaria ducens; salutisq; suae valde sollicita, iei-
unijs,

iunij, ac vigilijs vacabat iugiter, multasq; faciebat eleemosynas. Sed bonorū omniū semper inuidus diabolus, tantas in virgine virtutes non ferens, contra illam puluerem excitauit. Immisit enim adolefcenti cuidā turpem de illa, diabolicamq; cupidinem. Manebat autem extra limē eius adolefēs. Cū ergo virgo illa domo sua vellet egredi, atq; ad Ecclesiam² orationis gratia occurrere, ingerebat se illius oculis improbus & impurus adolefens, nec illam egredi sinebat, amatoria quādam verba procacib. nutibus, illi insulfarrans: adēdō vt iam prænimia molestia adolefcentis cogeretur virgo domo sua nusquam progredi. Die igitur quadam misit ancillā suam virgo ad illum vt ei diceret: Veni, vocat te domina mea. Abijt ergo ad illam gaudens, & stuprum committere gestiens. Sanctimonialis verō sedebat in cubili suo. Ingresso igitur adolefcenti ait: Sede. Cumq; sedisset: Dic oro te frater, inquit illa, cur ita mihi molestus es, nec permittis me domo mea egredi? Respondit adolefens. Verē, domina, te multum amo, & quando te inspicio, totus in tui concupiscentiam inflammor. Quæ ait ad illum: Quid nam in me pulchrum vidisti, quia sic amas me? Ait adolefens: Oculos tuos: ipsi enim seduxerunt me. Virgo verō vt audiuit, quia oculi eius illum, seduxissent, sumpto gladio mox oculos eruit. Hoc autem cum vidisset adolefens, cruisse scilicet sibi Virginem oculos, compunctus corde abijt in Scythiam, ibiq; seculo renunciāns, effectus est probatissimus monachus.

I Vide sanctimonialium feminarum exercitia, ieiunia, vigilias, & eleemosynas.

2 Ecce quōd etiam Orationis gratia, ob idque præcipue Ecclesias adimus.

Vita Abbatis Leontij Cilicis.

CA.

Dicebant quidam patrum de abbate Leontio Cilice quod in obsequio Domine nostræ. S. Dei genitricis fuerit feruentissimus, ac per XL. annos nunq̄ de illius templo recesserit. Erat autē semper miræ grauitatis, & sibi iugiter intendens.

Dicebat & hoc de illo quod si vidisset paupē rē venientē ad se, siquidem ille esset cæcus, per manū illi porrigebat eleemosynā, si autem videns, ponebat ante illū, aut in columnæ basi, aut in scamno, aut in sanctuarij gradib. atq; inde illā tollebat pauper. Interrogatus autē a senē: Quare, pater, per manus non das eleemosynas? respondit: Ignosce mihi, pater: neq; enim ego sum qui illam præbeo, sed² Domina mea S. Dei genitrix, quæ & me, & illos nutrit.

1 Nota tu, qui dicis antiquos monachos gyronagos fuisse, & etnō vsos cella perpetua & S. Dei Genitricis seruientes sibi, et pauperes nutrit, viuunt etiam post corporis mortē.

Vita Abbatis Stephani monasterij Aeliotarū Presb.

Narrauit nobis vnus, ex senib. de Abbate Stephano presbytero monasterij Aeliotarum, quod cū sederet in cella sua, immisit illi cogitationes dæmon dicens: Recede, nihil. n. hic proficis. Senex autem dicebat dæmoni: Non audio te. Scio enim quis es. Ferre non potes, vt aliquis saluetur. Sed Christus filius Dei viui ipse te conerit.

1 considera quod monachus, qui institutum deseruit, diabolo rem gratam facit.

Dicebat de eodem Abbate Stephano, quod cū sederet, & legeret, venit iterū diabolus: vtiliter, dixitq; ei Recede nihil enī hīc proficis.

Tunc

Tunc ille dæmoni: Si vis vt recedam, fac, vt illi in quo ego sedeo, ambulet. Sedebat autem in sella viminea. Quo audito, dæmon confestim sellam illam per totam cellam ambulare fecit. Senex autem aspiciens versutiam dæmonis, ait illi: Nempe quoniam ita velox, & astutus es, nõ hinc recedo. Factaque ab eo oratione, dæmon euauit.

■ *Exemplo sancti huius patris instruimur, non debere monachum à religione descicere.*

C A P V T. LXIII.

TRES senes venerunt ad Abbatem Stephanum presbyterum, & cum perseverarent loquentes de utilitate animæ, tacebat senior. Dicunt ei senes illi: Nihil nobis respondes, pater? Utilitatis gratiã venimus ad te. Tunc ait illis: Ignoscite mihi. Vsq̃e modò non animaduerti quid locuti sitis. Veruntamen quod habeo, hoc dico vobis. Ego die noctuque nihil aliud aspicio, nisi Dominum nostrum Iesum Christum in ligno pendentem. Quod cum audissent, multum edificati recesserunt.

C A P V T. XLV.

ABBAS Ioannes cognomento Molbas, narravit nobis de venerando sene isto beato Stephano presbytero, quod cum aliquando iecur illius grauiter infirmaretur, ex qua infirmitate sancta illa anima migravit à corpore, coegerunt illum medici carnem manducare. Erat autem illi frater secularis quidam, sed valde religiosus, & secundum Deum viuens. Factum est autem, cum carnes comederet presbyter, superuenit frater eius secularis, vidensq̃ illum vescentem carnibus scandalizatus est, & valde contristatus.

status, quod ex tanta abstinentia, atque continentia in extremo vitæ suæ tempore, ad comedendũ carnes deuolutus esset. Mox ergo in extasi factus, vidit quendam dicentem sibi: Quare sic de presbytero scandalizatus es? Quia illum vesci caribus vidisti? Nescis, quia necessitate compulsus, & propter obedientiam id fecit? Nempe propterea scandalizari non debuisti: Nam si merita, & gloriam fratris tui videre cupis, retro conuertere, & vide. Conuersusque vidit fratrem suum crucifixum cum Domino. Aitque ad eum is, qui illi apparuerat: Ecce in qua gloria frater tuus est.

1 *Antiqui monachi etiam à carnibus abstinebant.*

Vita Abbatis Theodosij solitarij.

C A P V T. LXVI.

ABbas Antonius Dux monasterij Aeliotarum, qui etiam illud edificauit, narravit nobis de Abbate Theodosio, quod senex ipse hæc de seipso narrabat: Priusquam ad vitam solitariam transissem, factus in extasi aspectum virum quendam, cuius species claritatem Solis videret. Hic tenens manum meam; Veni ait, quia pugnare, & luctari te conuenit; & induxit me in theatrum infinitæ magnitudinis. Aspexi autem theatrum plenum viris ex vna parte candido amictu, ex alia verò nigro vestitis. Cum ergo iniecissem me in theatrum, aspicio virum miræ magnitudinis Aethiopem, cuius caput turpissimum penetrabat nubes. Tunc ait ad me inuenis ille, qui mihi apparuerat. Cum hoc luctari te oportet. Ego, qui aspectu viri illius proceri terribis eram, tremere, ac pauere cœpi, orabamque iuuenem illum splendidum, qui me induxerat in theatrum, dicens: Quis hominum mortali conditione,

one, & infirmitate circumdatus, cum hoc luctari posset? Non ipsum vniuersum genus humanum, si in vnum confluat, huic resistere praeualeat? Ait autem ad me iuuenis ille praeclarus: Profsus cum illo te luctari opus est. Ingredere igitur cum omni alacritate, & fiducia: Mox enim vt tu illum adorsus fueris, ego adiutor adero, tibi que victoriae coronam reponam. Vt ergo ingressus ad certamen sum, luctari que inuicem coepimus, continuè praeclarus ille Iudex nostri certaminis affuit, mihiq; coronam dedit. Atque plebs illa obscura, Aethiopiaeque multitudo ingentes euauerunt. Pars verò reliqua candidatorum gratias illi, & laudes referebant, qui me inuenerat, ac praeclara victoria donauerat.

C A P V T. LXVII.

DE hoc Abbate Theodosio scilicet narrauit nobis Abbas Cyriacus eius discipulus, quod XXXV annos egerit in solitudine, semper post biduum comedens, & iugiter silentium seruans, neque ad aliquem loquens. Ceterum si loqui voluisset, signò potiùs, quàm verbo utebatur. Hoc & ego vidi. Mansi enim in eodem Aelso tarum monasterio annis decem.

1 *Vide sancti patris aliam secessionem, longa ieiunia, & iuge silentium*

C A P V T. LXVIII.

DE Abbate Theodosio cum audisset Abramius Dux sanctae Mariae nouae, quod non haberet pallium, quo hyeme uteretur, emit illi Quod postquam senior accepit, quadam die cum obdormiret (dormiebat autem in sella senex) ascenderunt latrones, & exuerunt illum pallio, abeutesq; secum illud tulerunt. Quo facto, nihil ominino locutus est senex.

2 *Ecce beati viri paupertatem.*

Vita Abbatis Palladij, & Senis Thessalonicensis inclusi, nomine David.

C A P V T LXXI.

PERREXIMUS vnà ego & dominus Sophronius Sophista, priusquam seculo renunciaret, in Alexandria ad Abbatem Palladium, virum sanctum, & verum seruum Dei, qui monasterium suum habebat in Thelazomeno. Cumque illum pariter deprecaremur, vt verbum nobis edificationis impenderet, coepit senex ita ad nos loqui: Filioli, tempus iam abbreviatum est, certemus hic modicum, atque laboremus, vt immortalibus bonis in aeternum perfruamur. Videte martyres, videte pugiles caelestes, quomodo viriliter, & fortiter cuncta superarunt. Quos praeteritum quidem tempus agnouit, viuunt autem semper in memoria nostra, vixque satis illorum tolerantiam admirari possumus. Attestantur audientium singuli, stupentes ad tantam beatorum martyrum patientiam, quae verè naturam excedit humanam. Quorum alij quidem effossi sunt oculi, alij excisa crura, illis amputatae manus, istis abscissi pedes. Et illos quidem ighis repente consumpsit, istos autè lentius adurens, diu cruciauit. Atque alios nimirum profundum maris excepit, alios flumina absorbuerunt. Alios item ferarum dentes, veluti malefactores quosdam, & sceleratos, viuos acceperunt; alios varijs exquisitisq; supplicijs praemortuos in cibum acceperunt. Ceterum omnia contra illos bellatores Dei tormentorum genera excogitata dicere non possumus, quae suggellit humani generis inimicus daemon, inuidia martyrum ipsorum, & liuore tabescens. O quam fortiter sustinuerunt. O quanto fidei ardore pugnauerunt, imbecillitate corporis animae virtute

virtute superantes, & quæ sperauerunt præmia, præsentibus laboribus digniora, & longè excellentiora capientes. Quæ profecto omnia firmissimâ illorū in vtranq; partem fidem ostendebāt. Hinc quidem, quia laborātes modicum, eximijs bonis in æternum perfruuntur, inde verò, quia horrenda corporibus illorum inuenta supplicia, quæ inimicus noster diabolus induxit, fortissimè sustinuerunt. Si igitur tribulationes toleremus, & cum Dei gratia vincamus, verè Dei amatores inuenimur, Deusque nobiscum est, pugnans ipse in nobis, & vincens, laboresque nobis, ac sudores dignationis suæ gratia alleuans. Scientes igitur filioli, quali operatione, & expectatione tempus indiget, dignoscamus nos ipsos per quietem, & silentium. In hoc enim indulto nobis tempore, necesse est nos vti bona, & præclara ope pœnitentiæ, vt Dei templa esse mereamur. Neque enim modicus, & breuis honor nobis in futuro seculo recompensabitur.

Dixit iterū: Memores sēper illius simus, qui nō habuit, vbi caput reclinaret. Ait rursus ipse senior: Quoniam, iuxta Paulum Apostolum, tribulatio patientiam operatur, faciam⁹ mentem nostram capacem Regni celorum. Ait iterum: Filioli, non diligamus mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Dixit iterum: Obseruemus cogitationes, quod medicamentum salutis est.

Idem Abbas Palladius rogatus à nobis, vt edificationis nostræ causâ diceret nobis, qua ratione, quibusque cogitationibus ad monasticum statum accessisset, narrauit nobis, dicens: in prouincia mea Theflalonicensi senex quidā extra muros ciuitatis quasi itadijs tribus inclusus e-

rat

rat ex Mesopotamia, nomine Dauid, virtutibus valde ornatus miser, ors & continens. Transiegit autem in cellula inclusus serè annos 2 octoginta. Quoniam verò propter merum barbarorū nocte muri ciuitatis custodiebantur à militibus, hi qui illā muri partē obseruabant, quæ senis cellulā respiciebat, nocte quadam aspexerunt, quia ex fenestris cellulæ ignis egrediebatur. Putauerunt autē milites barbaros in cellam senis ingressisse ignem. Manè autem factō, ingressi milites inuenērūt & senem illæsum, & cellam omnino incensam & obitaperunt. Rursus igitur sequenti nocte eundem aspicientes ignem admirabantur. Non solum autem sequenti nocte ignis in cella senis apparuit, verū & multo tempore, ita vt vniuersæ ciuitati manifestum factum fuerit, plures imiq; nocte in muro sæpè vigilarint, inspicendi ignis gratia. Visus autē ignis ille vique ad obitum senis. Hōc ego miraculo non semel, & bis, sed sæpius inspecto, dixi in me ipso: Si in hoc seculo tantā gloriam seruis suis largitur Deus, quantam putas eis reseruauit in futuro, quando & illorum facies fulgebunt vt sol: Ista mihi filioli, causā exitit arripiedi monasticum habitum, & hanc conuersationem eligendi.

1 *Et contra hæreticos nostri temporis nil horū facere volūt, neq; illos pati labores pro acquisitione Regni celorū.*

2 *Vt sciret est pater iste vagatione, an cella perpetuas?*

Vita monachi. Addas Mesopotamienū inclusi.

C A P V T. L X X.

Dicebat & hoc nobis senex, quòd post hunc Abbatē Dauid venit & alius monachus, nomine Addas & ipse de Mesopotamia, & se ipsum inclusit ad aliā partem ciuitatis, in quadā magna Patano, fecitq; sibi fenestram, ex qua et-

A a

iam

iam cum aduenientibus colloquebatur. Cū ergo venissent Barbari, & omnem prouinciam praedati essent, cōtigit eos per locum illum transire. Cūq; vnus ex eis confecto senē, gladium eduxisset, vt occideret, sublatam in sublime manum vt feriret, demittere nequiuit, sed ea suspensa immobilis perstitit. Quod cū cernerent Barbari cæteri admirati rogabant senem, vt socium eorum curaret. Senex igitur, facta oratione, curauit eum & ita dimisit in pace.

1 *Vide magnam orationis virtutem.*

Pulchrum dictum homicidæ ad monachum, qui eū sequebatur, dum duceretur ad decollandum.

C A P V T. LXXI.

Narrauit nobis iterum idem Abbas Palladius, dicens, quod in Arsenoite, quæ ciuitas Thebaidis est, tentus fuerit quidam homicidij reus, qui cū diu cruciatus esset, tandem sententiam decollationis accepit. Cū ergo duceretur extra ciuitatem sex milibus passuum (illie enim etiā perpetrarat homicidium) Monachus quidam retro sequebatur, vt illum decollari conspiceret, qui autem ad decollandum ducebatur, cū vidisset Monachum sequentem, ait illi: Nūquid, Abba, nō habes cellulam, & opus manuum? Respondit Monachus: Parce mihi, frater, & cellam enim, & opus habeo. Qui respondens ait illi: Quare ergo non resides in cella, & desces peccata tua? Dicit ei Monachus: verē, frater mi, valde me ipsum negligo, compunctionemq; animæ meæ non habet, & idcirco venio, vt aspiciam te, dum morieris, vt vel sic in compunctionem veniam. Tunc ait illi reus: Vade, frater, per Dominū, sede in

in cella tua, & gratias age Sal. nostro Iesu Christo Ex quo enim ille homo factus est, & pro nobis peccatorib. mortuus est, homo nō iam moritur. *1 Et cellam, & opus habeo: Ergo antiqui monachi non erant gyronagi, & operabantur manibus.*

Relatio Abbatis Palladij de se ne homicidæ, qui adolescentem falso de eodem crimine accusabat.

C A P V T. LXXII.

Ethoc item narrauit nobis ipse Abbas Palladius dicens: Senex quidam, qui homicidium fecerat, detentus est à magistratu in Alexandria. Qui cum cruciaretur, dicebat, & aliam fuisse secum cædis illius socium. Is autem, de quo senex dicebat, adolescens erat viginti ferme annorum. Multis ergo supplicijs ambo affecti sunt. Et senex quidem dicebat: Mecum fuisti, quando perpetrasti homicidium. Adolescens vero denegabat, nihil se cōfessū esse homicidij, neq; cū illo se fuisse asserēs. Cū ergo cruciati fuissent, sententiam ambo acceperunt, vt furcis suspenderentur. Abierunt ergo quinto extra urbē milliario, illic, enī huiusmodi reos punire consueuerat. Distabat aut̄ ab eo loco ferē vno stadio Saturni templū euersum. Cum igitur ad locū venissent, & popul⁹, & milites, adolescentem primō suspendere in ligno voluerunt. Adolescens autem prosternatus in solo milites orabat dicēs: Per dominum facite charitatem, & ad Orientē me suspendite, vt illum vidēā, quando suspensus ero. Dicunt ei milites: Quā ob causam? Quibus adolescens: Verē domini, mei non habeo infelix ego plusquā septem menses, ex quo sanctū baptisma suscepi, & Christianus fact⁹ sum. Cū hoc audissent milites lachrimati sunt super adolescente. Senex autem, cum hoc audisset, fremēs grauiter dixit militib. Serapi facite, vt ego

aspiciam contra Saturnum. Cùm verò audisset blasphemiam senis, omisso adolescente, senem primo suspendeunt. Cùm verò illum in ligno suspenderet, Ecce eques ab Augustali celeter missus, ait militibus: Adolescentem nolite interficere, sed reducite illum. Factum est autem ingens gaudium militibus, & cunctis assistentibus. Et reducetes eum, introduxerunt in prætorium. Absoluitq; illum Augustalis. Adolescens verò præter spem saluus factus, abiens monachus effectus est. Hoc autem ad nostram, & legentium utilitatem scripsimus, ut sciamus, quia novit Dominus pios à tentatione liberare.

Vita Ioannis militis Alexandrini.

C A P V T. LXXIII.

HOC etiam nobis idem Abbas Palladius narrauit dicens: Erat in Alexandria miles quidam, Ioannes nomine, hunc habens ordinem vite. Diebus singulis à mane vsq; in horam nonam sedebat in monasterio solus iuxta gradus sancti Petri, cilicio indutus, & sportellas texens, tacens omnino, & nulli quicquam loquens. Sedebat autem laborans manibus suis, ut hoc solum canebat dulciter: Domine, ab occultis meis munda me, ut non confundar, orans. Hunc versus cum dixisset, vna ferme hora tacebat, & rursus eundem resumebat versus, ipsumque septies per totam diem repetebat, nihil omnino aliud dicens. Hora autem nona exuebat ciliciū, induebatque militarem habitum, id est indumenta sua, atque ita ad propria signa properabat. Cum hoc & ego annos octo mansi, multumq; edificatus sum in silentio suo.

Eiusdem

Eiusdem Palladij verax dictum de Hæresibus

C A P V T. LXXIII.

COrripiens nos aliquando senex ipse ita nobis dicebat: Credite mihi, filioli, nihil aliud schismata, & hæreses introduxit in sanctam Ecclesiam, nisi quòd non Deum, & nos iniucem valde diligimus.

Hæresium causa est, quòd non Deum & nos iniucem valde diligimus.

Miraculum Domini erga vxorem, & filiam viri fidelis, qui hospitio suscipere monachos consueuerat.

C A P V T LXXV.

Idem Abbas Palladius cum aliis ad ipsum venissemus, tale quiddam enarrauit nobis. Erat (inquit) in Alexandria vir quidam fidelis, religiosus valde, & misericors, & hospitio suscipiens monachos. Habebat autem vxorem, & ipsam humilem valde, & ieiunantem quotidie. Erat autem illis & filiola quasi annorum sex. Quadã verò die vir ille pius profectus est Constantinopolim. Erat enim negociator. Relictis ergo domi vxore, & puella, & vno seruo, abiit ut nauigaret. Cùm verò iret ad nauem, ait ad illum vxor: Cui nos commendatos relinquis, domine. Respondit vir eius: Domine nostræ sanctæ Dei genitrici. Die verò quadam cùm sederet vxor, & opere raretur, habens & puellam secum, seruus ille ex suggestione diabolica, voluit necare dominam, & eius filiam & diripere quidquid haberent, & fugere. Sumpto igitur ex coquina cultro perrexit in tricliniū, vbi erant ambe. Cū verò venisset anteianuã cõprehensus est cæcitate, ita ut neq; triclinium

clinium ingredi, neq; ad coquinā reuerti posset. Cū autē vna ferme hora perstitisset, frustra q; conaretur ingredi, cœpit vocare dominam suam dicens: Veni hucusq;. Illa admirans, quòd in medio ianuæ persistens, ad illam non ingrederetur, sed clamaret, ait illi: Tu magis huc veni: ignorās, quia cœcitate teneretur. Puer autem cœpit illam adiurare, vt iret propè illum. Illa verò iurauit, nō se ituram. Tunc ait illi: Mitte vel puellam. Quæ noluit, sed ait: Si quid vis, ipse potius veni. Vidēs autem seruus, quòd nihil potuisset agere, se ipsum gladio percussit, & corruit. Domina verò illius cū vidisset, quid egerat, clamauit, continuo q; vicini accurrerunt. Ingressi sunt autem & ex officio Prætorij nonnulli, puerumq; reperiētes adhuc viuum, didicerunt ab ipso omnia, & glorificauerunt Dominum, qui ostenderat miracula, & matrem salua uerat cū filia.

- 1 Et ieiunantem quotidie. Vide hic quid promeruerit à Deo tam continuum ieiunium, & num fuerit inuile, vt nunc dicunt quidam.
- 2 Ecce quomodo sancta Dei genitrix affuit his sibi commendatis mulieribus.

Submersio Mariæ mulieris peccatricis.

C A P V T. LXXVI.

ET hoc item Palladius ipse narrauit nobis. Audiui, inquit, nauclero quodam enarrate, tale aliquid. Quòd die quadam cū nauigaret, vectores habens viros, & mulieres, venissetque in altum, cæteris omnibus benè nauigantibus, alijs quidem Constantinopolim, alijs verò Alexandriam, & alijs aliò, vento illis flante prospero, ipse solus nauigare non poterat. Et mansimus (inquit) quasi dies quindecim, nihil ex eo loco, vbi eramus, moti. Vt scabamur igitur in ma-

gna

gna mœstitia, & desperatione, nescientes, quid nam istud sibi vellent. Ego verò, vt Nauclerus, cui cura nauis incumberebat, & omnium, qui in ipsa erant, cœpi rogare Deum pro hac re. Quadam verò die venit ad me vox dicens: Mitte foras Mariā, & benè nauigabis. Cœpi ergo cogitare, quidnam hoc esset, & quæ esset Maria. Cū autem hæsitarem de hoc, venit vox de nouo dicens: Dixi tibi, Mitte foras Mariam, & salui eritis. Tunc ego cogitans, quid istud esset, exclamaui continuo, o Maria. Nesciebam enim, quæ esset Maria. Illa verò iacens in loco suo, vt audiuit, respondit dicens: Quid iubes, domine? Tūc aio, ad illā: Fac charitatē; veni hucusq;. Exurgens autē continuo venit. Cū ergo venisset ad me, accepi eam seorsum, & dixi ei: Vides, Maria foror, quot peccata mea sunt, vt propter me vos oēs pereatis? Illa verò altius ingemiscēs, ait: Verè, Domine mi Nauclere, ego peccatrix sum. Et dixi illi: Quæ peccata habes, mulier? Et illa: Væ mihi, inquit, quia non est peccatū, quod ego nō egerim, & propriè peccata mea vos oēs in periculo cōstituti estis. Tūc enarrauit mihi mulier, q̄ circa se erāt dicēs: Profectò, Domine Nauclere, infelix ego virū habui, ex quo duos filios genui. Cūq; ad ætatē pervenissent, vn⁹ annorū nouē, alius quinq; mortuus est vir meus, & remāsi vidua. Miles autem quidā habitabat iuxta me, quē ego maritū accipere volui, nisiq; ad ipsum quosdam. Ille autē non acquieuit, dicens: Nō accipio vxorem, q̄ habeat ex altero viro filios. Ego autē videns qd propter filios nollet me accipere vxorē, inducā amore ei⁹, occidi duos filios meos, indicauiq; illi dicens: Ecce modò nullum habeo filium. Miles verò cū audiisset, quid egissem de filijs, ait: Viuit Dominus, qui in oculis habi-

A 3 4

rat.

tas, quia te non accipiam. Vnde ego metuens, ne hoc manifestum fieret, & morerer, fugi. Hæc ego audiens ex ore mulieris, ne sic quidem illam in mare proijcere volui, sed differens dixi ad illam rursus: Ecce ego ascendo in carabum, & si ambulauerit nauis, scito, quia peccata mea in nauis operantur. Vocauique continuò scapharium, & dixi: Produc scapham. Cùmque ascendissem in illam, nihil magis vel nauis, vel scapha mora est. Tunc ascendens nauim, dixi mulieri: Descende & tu in scapham. Quæ mox vt descendit, scapha se continuò quinquies gyrans, in profundum cum muliere submersa est. Nauis autem post hæc tanta velocitate cucurrit, vt tribus diebus, ac dimidio, navigationem peregerimus, quam diebus quindecim peracturi eramus.

Relatio trium pauperum cæcorum, quomodo excæcati fuissent.

C A P V T, LX XVII.

EGO, & dominus meus Sophronius perreximus ad Philosophi Stephani domum, doctrinæ gratia. Erat autem meridianum tempus. Morabarur hic ad sanctam Dei genitricem, quam ædificauit beatus papa Eulogius ad Orientem, iuxta magnum Tetraphylum. Cùm e go pulsaremus Philosophi ostium, puella respiciens ait nobis: Dormit ille, oportet expectare pusillum. Tunc aio domino meo Sophronio: Eam⁹ ad Tetraphylum, & illic maneamus. Est autem locus ille Alexandrinis venerabilis. Dicunt enim Hieremias Prophetae ossa ex Aegypto sumpta ab Alexandro conditore vrbs illic fuisse reposita. Cùm ergo illuc venissemus, neminem inuenimus, nisi cæcos tres. Erat enim meridiæ. Perreximus ergo

iuxta

iuxta illos cæcos quietè, ac filenter, sedimusque habentes libros nostros. Loquebantur autem cæci ad inuicem multa. Dixitque vnus ad aliū: Tu quomodo factus es cæcus? Respondit ille: Nauticram, cùm essem adolescens, & cum ab Africa nauigaremus, in mari oculis repente captus sum, nec valens ambulare, albuginem in oculis habui. Dixit autem hic alij cæco: Tu verò quomodo effectus es cæcus? Respondit & ille dicens: Vitri ad vsus varios fundendi artifex fui, & ex igne amissi duos oculos meos, & cæcus effectus sum. Ait autem ambo hi, qui interrogati fuerant ad tertium: Dicis & tu quomodo factus es cæcus? Respondit: Verè ego vobis dicam: Cùm essem adolescens, laborem valde oderam, & recusabam, luxuriosusque factus sum. Cùmque non haberem necessaria victui, furari iam cœperam. Die verò quadam cùm mala multa perpetrassem, stabam in quodam loco, vidensque mortuum efferri optimè indutum, secutus sum funus, vt viderem, vbi poneretur. Venerunt autem retro sanctum Ioannem, & ibi posuerunt illum in monumento, peractisque officijs, recesserunt. Ego mox vt illos recessisse vidi, ingressus monumentum, exui ipsum, nihil ei relinquens, præter vnum linteamen. Cùm ergo progredi inciperem de monumento, multis onustus pannis, dicit mihi improba mea cogitatio: Accipe & linteam, quia bonus est. Redij autè infelix ego, vt sumpto etiam, linteo, nudum illum relinquerem. Tunc resedit coram me mortuus, extendensque super me manus suas, digitis suis eruit oculos meos. Ego igitur miserabilis, dimissis omnibus, cum magna tribulatione, & periculo exiui de monumento. Ecce & ego dixi vobis, quomodo cæcus factus sum. Ista cùm audissemus, in-

Aa 3 nuit

nuit mihi dominus meus Sophoronius, & recessimus. Et dixit mihi: Verè, Abba Ioannes, hodie nihil vltra studeamus. Satis enim ædificati sumus. Hæc ei ego scripsimus, vt & vos pariter ædificemini. Nullus enī malè faciens Deū latere potest. *Stupendum miraculum puella mortua, quæ expoliatorem detinuit, nec eum relaxare voluit, donec is promitteret se monachum futurum.*

C A P V T. LXXVIII.

ET istud quidem, quod diximus, nos ipsi ab eo, qui passus fuerat, audiimus. Aliud autē huic simile Abbas. oan. monasterij Gigantū pater, cū Theopolim venisset, narravit nobis, dicens: Ante modicū temporis venit ad me adolescens quidā & ait mihi: Amore Dei suscipe me volo enim pœnitere. Dicebat autē hoc cum multis lachrymis, & singultibus. Ego autem cū illum cernerem valde contritum, & cū magna mœstitia, dixi illi: Dic mihi causam tate compunctionis neq; me celes quicquam. Potēs est enim Deus adiuuare te. Et ait mihi: Verè, domine Abba, magnus peccator sum. Ad quem ego rursus: Crede mihi, sicut multa, & varia sūt vulnera, ita plurima quoq; sunt, & varia medicamēta. Sed tu si curari vis dic mihi in veritate opera tua, vt & ego congrua illis adhibeā medicamenta. Aliter enī curat fornicator, aliter homicida. Aliudq; est auari remediū, alia mendacis medicina. Atq; alio iracundus, alio fur, alio adulter medicamine sanatur. Et ne tibi plurima vitia enumerē, que modō in corporalibus infirmitatib. varijs varia quoq; remedia adhiberi conspiciamus, ita & animæ vitij: quæ plurima sunt, medicina quoq; variè succurrit. Ille autē altius ingemiscens, & pectus suum percussiens, lachrymis, ac singultibus confundeba-

tur,

tur, & præ nimia perturbatione & mœstitia animo deficiebat, neque vocē liberam emittere valebat. Ego verò vt illum animaduerti ad desperationem, tristitiamq; intolerabile lapsū, & neq; quid passus esset, neq; quid egisset mali, neq; calamitatem suā enunciare valentē, aio ad illum: Fili, audi me, & aliquantulā vim fac cogitationi tuæ, & enūcia mihi quid a te factū sit. Potest enim Dominus noster præbere tibi auxiliū suū. Nam qui propter ineffabilem clementiam suam, & immensas miserationes omnia p̄ salute nostra passus est, quicq; cum publicanis conuersatus est, & meretricem ad se venientem nō repulit, latronemq; suscepit, & amic⁹ peccatorū appellatus est, ipse, fili, te quoq; pœnitentem, cōuersumq; suis manibus suscipiet gaudens. Non enim vult mortē peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Tunc ille vim sibi faciens, & a singultib⁹, & lachrymis modicū temperans, ait mihi. Ego, domine mi Abba, plen⁹ omni scelere, & nec celo dignus, nec terra, cū ante hoc biduū audissem, diuitis cuiusdā ex primarijs ciuitatis huius filiam virginē esse defunctā, & cū multis, ac preciosis vestibus sepultam in vno extra ciuitatem monumento, ex consuetudine pessimi istius operis, abij noctu ad tumulū, ingressusq; cepi expoliare illā. Et cū omnibus iam ipsam exuissem, quibus erat induta, nec camisq; quidē ipsius parcens, sed eam quoque illi auferens, nudamq; ipsam, vt nata fuerat, relinquens, è sepulchro egredi volebam. Tunc illa resedit corā me, sinistramq; manū suā extendens, apprehedit dexterā meā; & ait ad me: Ne quis sine hominum, itane decuit te nudare me? An tu nō times Deū, neq; metuis damnationem vltimæ retributionis? Nonne vel saltem mortuæ miseræ debuisti? Sed Christianus existens, ita me nudam

quælibet

assistere Christo non estum fore iudicasti? Neque sexum muliebrem reueritus es? Nonne hic sexus te peperit? Nonne matrem quoque tuam hac in me iniuria violasti? Quam, infelicissime hominum, rationem redditurus es Christo de scelere in me perpetrato ante ipsius tribunal tremendum, quod viuente me, nullus extraneus unquam vidit faciem meam & tu post mortem, & sepulturam deuidasti me, & nudum aspexisti corpus meum? Væ humanæ miseriam, ad quam infelicitatem deuoluta est: Quo corde, homo, quibus manibus accedens, sumis sanctum & pretiosum corpus Domini nostri Iesu Christi? Ego autem, ut ista contempseri, & audiui, pauore, & formidine totus comprehensus, tremens, ac metuens, vix aio ad illam; Dimitte me, & istud ultra non faciam. Quæ ait, profecto non ita erit. Tu enim ut voluisti, hinc intrasti, sed non ita ut volueris, hinc egredieris. Nā sepulchrum istud commune erit ambobus. Neque putes te confestim moriturum, sed cum hic plures dies cruciatus fueris, malam malè animam perditus reddes. Ego autem orabam illam cum lachrymis, ut dimitteret me, multum illam per omnipotentem Dominum adiurans, spondensque, & iuramento confirmans, me iniquum istud, ac nefarium opus ultra non facturum. Tandem post multas preces, & lachrymas, crebrosque meos singultus, respondens illa dixit mihi: Si vis viuere, & ab hac necessitate liberari, promitte mihi, quia si te dimisero, non solum ab his nefarijs, & profanis actibus tuis recedes, sed statim perges, & seculo renuncians efficiaris monachus, agesque poenitentiam pro his, quæ malè gessisti, seruiens Christo. Ego autem iuravi ei dicens: Per Deum, qui suscepturus est animam, non solum quæ dix-

isti

isti faciam, sed ab hodierna die non ingrediar in domum meam, sed hinc abiens, in monasterium proficiscar. Tunc ait puella ad me: In due me, sicut inuenisti prius indutam. Cum verò illam induissem, rursus se collocans, mortua est. Hæc ego cum ab adolescente audissem, refouens eum, ac erigens verbis, & prouocans ad poenitentiam, & continentiam, totum illum, indutumque monastico habitu inclusi in spelunca in monte, magnificè gratias Deo agentem, certantemque viriliter pro anima sua.

1 *Vides in Eucharista esse verum Domini nostri Iesu Christi corpus.*

2 *Ecce quomodo qui monachus fiebat, tondebatur, & nouum induebat habitum.*

Maximum & stupendum miraculum sacratissima Eucharistia sub Dionysio Seleucia Episcopo.

C A P V T. L X X I X.

C V M venissemus Seleuciam, conuenimus Abbatem Theodorum Episcopum eiusdem ciuitatis. Ille autem narrauit nobis, dicens: Sub sanctæ memoria Dionisii huius ciuitatis Episcopo prædecessore meo, tale quiddam contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negotiator valde religiosus, & diues, sed hereticus. Erat enim de Seueri sectatoribus. Habebat autem seruum fidelem quendam, sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ communicantem. Hic secundum provinciam consuetudinem, die sancto Icenæ Dominicæ sumptam communionem inuoluit in linteo mundissimo, & in armario reposuit. Contigit autem, ut post sanctum Pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim, negotij cuiusdam gratia, dimissa

dimissa per obliuionem sancta communione in armario. Dedit autem eius clauem domino suo. Quadam verò die aperiens armarium dominus, inuenit linteolum, inuolutasque in eo sanctas particulas communionis. Contristatus est autè in hoc, & hæsitabat, quidnam de illis faceret. Nam expis communicare nolebat, eo quòd essent sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, ipse verò Seuerianæ heresis. Et tunc quidem dimisit eas in armario, vt erant, cogitans quia rediturus esset seruus, & sumptur eas. Cum autem venisset cœna domini, neque seruus ille fidelis rediisset, voluit eas dominus ipsius comburere, ne rursus & in secundum annu seruarètur. Apertoque armario, vidit omnes 4 sanctas particulas culmos & spicas germinasse. Vnde ingenti timore, ac tremore comprehensus in nouo, admirandoque spectaculo, sumens sanctas particulas, & cum omni domo sua clamans Kyrie eleison, currit ad sanctam Ecclesiam, ad sacrosanctum, & venerabilem Dionysium Episcopum. Hoc autem magnum, & terribile, & omnem rationem, omnem que mentem, & omnem cogitationem excelsens miraculū, non vnus, aut duo, aut tres, vel pauci aliqui viderunt, sed omnis Ecclesia, ciuesque, & rustici, indigenæ, & hospites, quique continentem ambulant, & qui mare nauigant, viri, & mulieres, senes, & impuberes, iuuenes, & seniores, domini, & serui, diuites, & pauperes, principes, & subditi, sapientes, & simplices, virgin es, & monachi, viduæ, ac nuptæ, qui in potestate sunt constituti, & qui illorum reguntur imperio. Et illi quidem clamabant Kyrie eleison, cæteri autem aliter Deum laudabant, omnes verò pariter Deo gratias agebant pro ineffabilibus eius mirabilibus. Plurimi igitur ex hoc miraculo credentes adiecti sunt sanctæ

sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ.

- 1 *Dies cœna dominicæ sanctus est.*
- 2 *Vides hic nullam fieri mentionem de alia specie, quia etiã tunc vigeat consuetudo comunicandi laicos sub vna specie tantū, de qua etiã mentionem facit Conciliū Constanziense.*
- 3 *Qui hereticus est, non est communionis sanctæ Catholicæ Ecclesiæ.*
- 4 *Et hic in sacra Eucharistia manifestè apparet quantitas Catholicæ Ecclesiæ et communio*

De fonte concessò à Deo fratribus monasterij in Scopulo ad orationes Abbatis eorum Theodosij.

C A P V T. L X X X.

PERVENIMVS ad monasterium Abbatis Theodosij in Scopulo. Est autem mons inter Selenciam, & Rosum Ciliciæ, patresque loci illius duxerunt nos supra monasterium, quantum est iactus sagittæ, & ostenderunt nobis fontem magnum valdè, ac speciosum, dixeruntque nobis: Fons iste, fratres naturalis non est, sed nobis diuinitus indultus est. Sanctus enim pater noster Theodosius multum¹ ieiunauit, multumque lachrymarum fudit, ac multis orationibus, & genuflexionibus obtinuit, vt Deus nobis aquæ istius solatiū, & vsu preestare dignaretur. Ante enī ex torrete patres nostri aquā hauriebāt. Sed Deus, qui facit voluntatē timentiuū se, sua infinita bonitate præstitit nobis aquæ istius refrigeriū per orationes sancti patris nostri. Verum ante hoc biennium, quidam ex fratribus petierunt à patre monasterij, vt lauariū edificarēt in monasterio. Abbas autè grauiter id quidè ferebat, cessit tamè, fratrū infirmitati cõdescendens. A edificatū est igitur lauacriū in monasterio semelque tantummodo lauatum est in eo,

cum statim exsiccatus est talis, tantusque à Deo nobis præstitus fons. Et in veritate vobis dicim⁹, Christiani, multùm ieiunauimus, multùm orauimus, multas genuflexiones egimus, vt aquam reciperemus, nihilque profecimus. Annus ergò integer sine aqua fontis impletus est, eramusque in magna tribulatione. Statim verò vt pater noster bonus, & mitis destruxit lauachrum, Deus aquã iterum reddidit nobis.

1 *Ieiunium oratio, lachryma, & genuflexiones valent multum ad imperandum aliquid à Deo.*

De puteo qua implero, submissa imagine eiusdem Abbatis Theodosij.

C A P V T LXXXI.

Narrauerunt nobis patres ipsi & istud dicentes: Mulier quædam fidelis in partibus Apamiæ his diebus puteum fodit. Cumq; plura expendisset, ingentesq; labores tolerasset, & effosso puteo in magnam altitudinem, aquam non inuenisset, in mœrore multa erat, & propter laborem, & propter impensas. Apparuit autem ei sic affixæ mulier quædam in somnis dicens: Mitte in scopulum, & adduci tibi fac¹ imaginem Abbatis Theodosij, & per ipsum tibi Deus aquam præstabit. Mulier autem protinus duos homines misit ex suis, accepitque imaginẽ sancti. Quam cum in puteum² submisisset, statim aqua manauit, ita vt dimidium putei impleteretur, Tulerunt autem nobis ex eadem aqua, & bibimus, & glorificauimus Deum.

3 *Habes & hic imaginum vsum antiquum esse in Ecclesia, & earum venerationem.*

2 *Si imagines Deo non placent, & earum veneratione, ad huius submissionem in puteum non exhibuisset tam magnum miraculum.*

Vita

Vita Ioannis senis monasterij Scopuli.

C A P V T LXXXII.

Ioannẽ quendam senem in eodem monasterio vidimus, de quo dicebant nobis eiusdem loci patres. Verè, Christiani, magnus est senex dæmonibusq; terribilis. Quicumque enim huic venerit vexatus ab immundo spiritu, curat eum continuo senior.

C A P V T LXXXIII.

Dicebant nobis & hoc de illo ipsius loci Patres, quòd ad vigesimum quartum milliariũ monasterij emporium est quod Exile promontorium dicitur. In eo emporio nauclerus quidam, constructa naui triginta milliũ modiorum, volens eam in mare deducere, duas hebdomadas cum operarijs plurimis egit (habebat autem quotidie trecentos operarios) nec potuit illã de loco suo mouere, aut in mare deducere. Fuerat enim à pessimis hominibus incantata nauis. Erat igitur in magna tribulatione, & angustia dominus nauis, & quid ageret, omnino ignorabat. Per dispensationem, aut Dei abiit senex ad partes illas. Nauclerus aut, conspecto sene, agnoscensq; sanctũ virum, ait illi: Ora, domine Abba, pro naui istã, per artes enim magicas in mare descendere non potest. Dicit ei senior: Vade, fac vt cibum sumam, & Deus iuuabit te. Hoc aut dixit senex, vt nauclerus abiret domũ. Cum verò ille abiisset, accessit senex solus nauem, & tertio se in terram¹ prosternens, & orans Deum, tertio signauit nauis signo sanctæ² Crucis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Veniens deinde senex

Bb

in do-

in domum naucleri, dixit illi: Vade ad nauclerianam tuam, & deduc illam in mare. Nauclerus autem credens verbis senis, abiit cum paucis, illisque trahentibus, mox in mare deducta est nauis.

1 *Ecce oratio cum prostratione.*

2 *Vide mirum effectum signaculi sanctae Crucis.*

Vita, & mors anachoreta eiusdem Monasterij serui Dei.

C A P V T. LXXXIIII.

Eiusdem monasterij patres narrauerunt nobis, dicentes: Anachoreta quidam in his montibus erat, magnus valde secundum Deum, plurimos annos vitam solitariam ducens. Mortuus est autem in parua quadam spelunca, nobis nescientibus. Arbitrabamur enim omnes, quod ad aliam eremum migrasset. Nocte vero quadam venit in somnis, & apparuit ei, qui nunc est, pater nostro, bono, & optimo pastori, Abbati Iuliano, dicens: Sume tecum aliquos, & veni, tollens me de loco, vbi iaceo, in monte, qui vocatur Ceruus. Sumpsit igitur quosdam ex nobis pater noster, & ascendit in montem, quem ille dixerat. Cumque per plures horas quaesivimus, non inuenimus Anachoretę reliquias. Erat enim speluncę ingressus pro tempore niuibus, & lignis cooperitus: Cum ergo non inuenivissimus, dixit senior: Venite descendamus, filij. Cumque descendere inciperemus, ecce caprea venit, & stetit non longe a nobis, cepitque pedibus suis humum fodere. Quod cum pater noster aspiceret, dixit nobis. Credite mihi, filij, illic sepultus est seruus Dei. Fodientes igitur inuenimus corpus eius integrum: quod sublatum in monasterium, cum honore sepelivimus.

Si fas.

1 *Si sancti viri in somnis apparent, & loquuntur hominibus, non verè possunt dici emortui, vt mentiuntur heretici.*

2 *Vides quo modo viri Deo dicati cum honore sepeliuntur:*

Quomodo Triticum eiusdem monasterij germinaverit, propter cessationem consuetae elemosynę.

C A P V T. LXXXV.

Narrauerunt autem nobis rursus & hoc dicentes: Consuetudo fuit, vt in cœna Domini pauperes omnes, & pupilli regionis huius confluerent huc, & acciperent medium tritici sextarium, benedictiones tredecim, & sextarium vini, mediumque sextarium mellis pro quolibet. Ante hoc autem triennium, magna tritici sterilitas fuit, vendebaturque triticum in regione hac, sextarii XII vno numismate.

Cum ergo venissent ieiunij dies, dicunt Abbati nostro quidam ex patribus: Noli, domine Pater, secundum consuetudinem dare pauperibus triticum, ne desit monasterio, Triticum enim non inuenitur. Abbas autem cepit dicere fratribus: Non infringamus, filij, benedictionem Patris nostri Theodosij. Videte, mandatum senis est, non expedit nobis illud transgredi. Vere ipse est, qui curam nostri gerit. Fratres autem in sua persistenter sententia, dicentes Abbati: Non suppetit nobis, quod dare possumus. Tunc Abbas contristatus ait illis: Itē, & secundum quod vultis facite. Non itaque, vt consuetum erat, dederunt benedictionem in die sancto cenę, & parascenę. Profectus postmodum qui paterat horreis, aperuit ostia, & reperit triticum totum germinasse. Quare coacti postea sumus, illud in mare proijcere.

B b 2 rē.

re. Tunc cepit Abbas noster dicere fratribus: **Q**ui patris nostri monita irrita facit, ista patitur. Labores nunc inobedientię merite. Quingentos modios daturi eram^o, & patri nostro Theodosio per obedientiam placuissimus, fratresq; nostros pauperes consolati fuissimus, nunc verò quinq; ferè millia modiorum tritici perdidimus. Quid lucrati sumus, filij: Quantū nobis ipsis nocuimus? Duo profectò mala egimus. Vnum quia mandatū patris nostri præteriuimus, alterum quia spem in Deum non habuimus, sed in horreo nostro. Vel ex hoc discamus, fratres, quia Deus est, qui disponit omne humanum genus, quodq; sanctus² Theodosius inuisibiliter pro nobis filijs suis curam sollicitè gerit.

1 *Ecce dies sanctus cęne, Domini, & pasceus.*

2 *Nota, sanctus Theodosius inuisibiliter pro nobis filijs suis curam sollicitè gerit.*

De altero eiusdem monasterij anachoreta qui statim vt communionem sacram sumpsit, consummatus est.

C A P V T. LXXVI.

Abbas Egiarius narrauit nobis, dicens: Cū exissem ex Aegis post solennitatem, hincq; acrior inhorruisset, veni in monasterium Scopuli. Cūque illic essem, tale aliquid contigit. Anachoreta quidam in partibus illis cerasfolitarius, veniebatq; 1 sancto die Dominico, & fumebat 2 veneranda mysteria. Semel autem scandalizatus Anachoreta, quinque ferè hebdomadas mansit, nunquam iuxta consuetudinem in monasterium veniens. Quapropter fratres monasterij contristabantur, Cū ergo in illo monaste-

rio

rio essem, venit Dominico die. Quem cū vidissem fratres monasterij, gauisi sunt, prostratiq; petebant veniam, & ille similiter prostratus veniam petijt, feceruntq; charitatem. Anachoreta verò cum accepisset 3 corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, posuit se ipsum in Ecclesie medio, statimq; consummatus est, cum profus antea non ægrotasset. Cognouerunt ergo monasterij partes, quia præscisset diem obitus sui Anachoreta, & idcirco venisset, vt nihil habens aduersus aliquem migraret ad Dominum.

1 *Fide sanctum diem Dominicum.*

2 *Nota sacrā Eucharistiā appellari veneranda mysteria.*

3 *Vides quòd dixit Anachoretam accepisse corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, non autem signum corporis, & sanguinis? Habes etiam sanctorum virorum fuisse consuetudinem, obitum suum Domini ei corporis & sanguinis perceptione muniri. Nunc vero post illam consuetudinem iurè ab Ecclesia immutatam, & aliam introductam, ac tandem post Constantiensis Concilij constitutionem sola sacri corporis perceptione id faciunt.*

Inuentio Corporis Ioannis Anachoreta nunciati humilis.

C A P V T. LXXXVII.

Venimus in quendam vicum sex miliaribus à Rolo distantem, & duo senes seculares hospitio nos susceperunt in Ecclesia fundi sui. Vicus autem ad radices montis erat. in Ecclesia igitur ipsa ostenderūt nobis marmoreā tabulam, dicentes: Christiani, magnus in hoc monumento Anachoreta iacet. Diximus autem eis: Hoc vnde nostis? Et dixerunt nobis. Ante annos septem aspiciēbamus nos vici huius habitatores per noctem in verice motis lucē quasi

Bb 3 ignem

ignem. Nos ergo putabamus, quòd ignem aliquis illic accendisset. Cùmque per dies plurimos istud aspiceremus, ascendimus die quadam, & nulla ignis indicia vidimus, neque ignem, neque aliud in sylua igne adustum. Rursum sequenti nocte vidimus eadem lumina. Tribus igitur continuis mensibus ignem hunc vidimus. Nocte verò quadam assumentes quosdam ex vico cum arnis propter feras, ascendimus in montem ad lucem, quæ apparuerat, mansimusque vbi lux erat vsque ad diem sequentem. Mane verò facto, aspiciamus modicam speluncam in eò loco, vbi lumina videramus. Ingressi autem inuenimus Anchoretam de functum. Erat autem indutus ¹ cilicio, & pallio, tenebatque in manibus ² argenteam Crucem. Inuenimus etiam chartam ita scriptam: Defunctus sum ego Iohannes humilis in dictione quintadecima. Computatis ergò annis, inuenimus eum ante septem annos defunctum esse. Ita verò erat integer, ac si die eadem obiisset. Sublatum ergò in Ecclesia ³ cum honore sepeliuimus.

¹ Cilicium habitum fuit multorum sanctorum.

² Tenebat in manibus argenteam Crucem.

³ Ecce sepulchrum honorificam.

*Vita Abbatis Thomæ Apocryfarum cœnobij Apamien-
sis, & de miraculo corporis eius post mortem.*

C A P V T. LXX XVIII.

Cum venissemus Theopolim, presbyter quidam ipsius Ecclesiæ narrauit nobis de Abbate Thoma; quòd Apocryfarius fuerit cœnobij, quod est in partibus Apamiae. Venit ergò senex Theopolim pro vtilitate monasterij, & sum hic remoratur, defunctus est in Daphne in templo

templo sanctæ Euphemiae. Clerici autem ipsius loci sepelierunt eum quasi peregrinum inter peregrinorum sepulchra. Sequenti verò die humauerunt & mulierem, & imposuerunt illam super eum. Erat autem hora secunda. Circa horam verò sextam ¹ euomuit illam terra. Loci verò illius accollæ videntes quod factum fuerat, mirati sunt. Deinde rursum vespere sepelierunt ipsam in eodem tumulo, & sequenti die inuenerunt corpus supra sepulchrum. Accipientes ergò corpus, in alio monumento ipsum posuerunt. Post paucos autem dies, iterum sepelierunt aliam mulierem supra Abbatem Thomam, non cogitantes loci ipsius clerici, quia non permittit quempiam super se sepeliri. Et illam ergo rursus euomuit terra. Tunc agnouerunt, quia non permittit senex mulierem super se humari, abeuntesque nunciauerunt Patriarchæ Donino. Qui omnem simul ciuitatem cum cereis ² ascendere fecit in Daphnem, & cum psalmodia sancti viri reliquias in urbem ferre. Deposuerunt autem sancti corpus in cœmeterio, vbi multa martyrum corpora condita sunt. Feceruntque supra ipsum breuè oratorium.

¹ Non licet indigno cum sanctorum corporibus tumulari, propterea terra toties hanc euomuit.

² Ecce christianum sepeliendi morem, cū psalmodia, cū cereis, cū populi frequentia, apud sanctorum martyrum corpora, atque in cœmeterijs, contra id, quod faciunt moderni heretici.

Inuētio corporis sancti Anchoretæ in monte Amano.

C A P V T. LXXXIX.

NARRAVIT nobis quidam patrū, cū in Theopoli essemus, quòd ascenderit quadā die in monte Amanū cuiusdā necessitatis causa

Bb inuenerit.

inueneritq; speluncam. Ingressus autem in illam reperit Anachoretam genibus flexis, manibusq; in cœlum extensis, cuius crines capitis vsque in pavementum extendebantur. Cùm autem putaret eum viuere, prostratus ante illum ait: Ora pro me, pater. Ipso verò nihil respondente, surgens prope illum accessit, vt salutaret eum, & amplexaretur; sed tenens ipsum, inuenit mortuū. Itaq; illo dimisso, exiuit. Et cùm paululum processisset, vidit aliam speluncam. Ingressusq; inuenit senem. Qui ait ad illum. Bene venisti, frater; ingressusne es aliam speluncam? Et respondens ait illi: Vtrique pater. Rursum dixit ei: Num aliquid inde accepisti? Respondit: Nō. Et ille: Verò frater, quindecim anni iā elapsi sunt, ex quo consummatus est. Ita verò erat, ac si ante vnam horam obdormisset. Cùmq; fecisset senex orationem pro ipso, recessit.

Mors Duorum Anachoretarum Montis Phterigij.

C A P V T. X C.

DV O Anachoretæ erant, supra Rosum in monte, qui dicitur Phterigius prope Pïapen fluium, & iuxta monasterium Abbatis Theodosij in Scopulo. Erat autem ex his alter senex, alter iunior, senisque discipulus. Cùm verò defunctus esset senex, facta oratione discipulus sepeliuit eum in monte. Post dies verò paucos descendens de monte Anachoretæ discipulus, venit iuxta loca habitabilia, inuenitq; hominem quandam exercentem terram, & ait illi: Fac charitatem, frater, accipe fossorium, & sarculum, & veni mecum. Rusticus verò continuò secutus est eum. Cùmq; venisset in montem, ostendit Anacho-

Anchoreta seculari sepulchrum senis sui, & dixit ei: Fode hîc. Cùm autem effodisset sepulchrum, Anachoreta stetit ad orationem. Finita verò oratione, osculatus est secularem dicens: Ora pro me, frater. Descendensq; collocauit semetipsum supra senem suum, & continuò reddidit spiritû. Secularis autem rursus operto sepulchro, Deo gratias egit. Cùm autē descendisset de monte, quantum iactus est lapidis, ait intra semetipsum. Verè debui accipere benedictionem sanctorû. Reuersusq; illorum sepulchrum inuenire non potuit.

Vita Abbatis Gregorij Anachoretæ, & Thalleai eius discipuli.

C A P V T. X C I.

DIcebant quidã ex patribus de Abbate Gregorio Anachoreta, quòd triginta quinque annos egisset nudus deserta circumiens. Dicebant item de illo, quòd cùm esset in montibus monasterij Abbatis Theodosij in Scopulo, habebat discipulum, quo defuncto, cùm nō haberet senex instrumēta, vt humū foderet, & sepeliiret corpus fratris, descendit de monte prope mare, inuenitq; applicantem nauem. Oravit autem nauclerum, & nautas, vt ascenderēt secum in montem, & sepeliirent fratrem. Illi autem prompto animo obedierunt seni, fumentesq; instrumenta necessaria, ascenderunt cum eo, & fodientes humauerunt corpus fratris. Vnus autem ex nautis, nomine Thalleaus compunctus in virtute senis, orabat eum, vt cum illo moraretur. Senex autem dixit ei: Non potes ferre pœnitentiæ laborem. Ait ille: Ita sanè tolerare possum.

possum. Mansitque cum sene anno vno, nimium in sacra exercitatione laborans. Post peractū autem annum prostravit se frater Thallelaeus seni dicens: Ora pro me, pater. Nam per orationes tuas Deus abstulit à me laborem; neque enim iam fatigor, neque me aeris inclementia affligit; non aestu vror, non hyeme rigesco, sed in multa requie sum. Senex verò benedixit eum, peractisque cum sene duobus alijs annis cum dimidio frater Thallelaeus præcivuit obitum suum, oravitque senem dicens: Duc me, quæso, ¹ Hierosolymam, vt ad rem sanctam Crucem, & sanctam Christi Domini, & Dei mei resurrectionē. His enī diebus Dominus assumet me. Senex autem, eo sumpto, profectus est in sanctā civitatem. Itaq; cum adorassent sacra, & venerabilia loca, descendissentque in sanctum Iordanē & ibi lauissent, post dies tres obdormiuit in Domino frater Thallelaeus, sepeliuit illū senex in monasterio Copratha. Post aliquantum verò temporis requieuit & Abbas Gregorius Anachoreta, sepelieruntque illum eiusdem monasterij patres in Ecclesia;

¹ *Ecce peregrinationem ad loca sancta, adorationis gratia, ecce Crucem Domini adorari solitam.*

Vita Fratris Gregorij Cappadocis, & inuentio corporis Petri Solitarij sancti Iordanis.

C A P V T X C I I.

Narravit nobis venerabilis pater noster Abbas Gregorius Archimandrita monasterij sancti patris nostri Theodosij, quod positū est in eremo sanctæ Christi Domini nostri civitatis, mihi. sc. & fratri Sophronio Sophistæ dicens: Habui hic fratrem nomine Gregoriū Cappadocem, habebat,

habebat autem ministerium suum in Phaselide. Die verò quadam cū fratres facerent panes, succendebat clibanum frater Gregorius. Sed cū succendisset illum, non inuenit, cum quo deberet extergere furnum, fratres enim ipsum pannum absconderant, vt tentarent eum. Ingressus est ergo furnū, v. s. liment oq; suo illum detexit, nihil omnino ab igne læsus. Ego autem, hoc audito, corripui fratres, quod ita ipsum tentassent.

Narravit nobis & hoc idem Abbas Gregorius pater noster de eodem fratre Gregorio dicens: Die quadam pascebat porcos in Phaselide. Veneruntq; duo leones, vt porcum raperent. At ille sumens virgam suam, persecutus est eos vsq; ad sanctum Iordanem.

Rursus idem pater noster narravit nobis, dicens: Cū edificare inciperem templū sancti ¹ Quirici in Phaselide, effodiens templi fundamenta apparuit mihi in somnis monachus quidam magnæ, vt videbatur, abstinentiæ, indutus palma, ferensq; in humeris paruulū collobium de psiathio, dixitq; mihi 2 voce mitissima: Dic, Abba Gregori, nunquid post tantos labores tantq; abstinentiā, debuisti me extra templū, qd edificas, dimittere? Ego autē senis vocem, habicumq; reueritus, aio ad illum: Non, domine. Absit à me vt hoc faciam. Et ille: Verè hoc fecisti. Dixi autem ad illum: Quis nam es tu, domine? Ego, inquit, sum Petrus solitarius sancti Iordanis. Itaq; surgens mane, perrexi, & quasi fediens circa templum. Cūq; federem, inueni corpus eius ita iacens, sicut in seipnis illum videram. Constructoq; oratorio feci monumentum præclarum in dextera templi parte, & illic eum deposui.

1 *Vides quòd etiam antiquitus in honorem Sanctorum
templà edificabantur?*

2 *Quid dicis tu, qui vocas sanctos emortuos? Suntne hæc
mortuorum opera?*

*Vita Abbatis Sisinij, qui Episcopatu renunciauit,
& eius Discipuli.*

C A P V T X C I I I.

Narravit nobis idem pater noster Gregorius
dicens: Quadam die profectus sum ad Ab-
batem Sisinium Anachoretam. Erat autem
hic senex, qui relicto Episcopatu suo propter Chri-
stum, venerat prope Castellum, quod appellatur
Bethabara, & à sancto Iordane sex fermè milliari-
bus distat, ibique vitam solitariam agebat. Cum
ergo venissem ad senem, & diu pulsarem, post mul-
tam horam aperuit discipulus eius, & ait mihi: Ve-
rè, domine Abba, infirmat⁹ est senex vsq; ad mor-
tem, orauitque Deum, ne de hoc seculo migraret,
donec audiret aduenisse te in hac regionem. Iuc-
ram enim Constantinopolim pro necessitate cœ-
nobij ad pijsimum Imperatorem Tyberium. Cū
ergo profectus esset ad senem, annunciassetque il-
li meum aduentum, post prolixam horam descen-
dit, dicens mihi: Ascende, pater. Ascendentes au-
tem inuenimus senem obdormisse in pace. Cog-
nouit igitur, quia mox vt didicit me esse, qui pul-
saui eam, migrauit ad Dominum. Et cum illum
amplexarer, ait mihi defunctus leni, ac miti voce:
Benè venit Abbas meus. Rursumq; obdormiuit.
Nunciaui igitur in locis illis, vt venirent, & sepe-
lirent senem. Cum ergo venissent, & monumen-
tum foderent, ait discipulus senis fodientibus se-
pulchrum. Facite charitatem, & aliquantum la-
tius fodite, vt duos capiat. Et cum illi foderent, po-
luit

fuit se ipsum in psithio, & requieuit in pace. Se-
peluimusque duos simul senem scilicet, & disci-
pulum eius.

1 *Si sancti viri tantam curâ semper habuerunt in mor-
tuis sepeliendis, patet, quòd sepelire mortuos pietati o-
pus est & Deo placet.*

Vita Abbatis Iuliani Episcopi Bostrensis.

C A P V T X C I I I I.

IDEM Pater noster Gregorius Archimandrita
narravit nobis de Abbate Iuliano Episcopo Bo-
strense, quòd cum recessisset de cœnobio, & fa-
ctus esset Bostrensis Episcopus, quidam ex habita-
toribus ipsius ciuitatis odio nominis Christi, vo-
luerunt cum veneno occidere, corumpentesque
pecunijs ministrum eius, qui ipsi porrigebat pocu-
lum, dederunt illi venenum, vt cum porrigeret
Metropolitæ poculum, venenum in calicem mit-
teret. Puer autem ita vt dictum fuerat, fecit, dedi-
tque calicem veneno infectum sancto Iuliano. Sus-
cepit verò illum sanctus vir, ac diuinitus agnouit
insidias. Susceptum ergò calicem ante se posuit,
nihil omnino dicens puero; mittensque acceffi-
uit omnes primates ciuitatis, inter quos erant &
qui illi insidias parauerant. Vir autem beatissimus
nolens eos publicare, qui hoc fecerant, voce miti-
sima omnibus dixit: Si arbitramini humilem Iu-
lianum veneno occidere, ecce coram vobis pesti-
ferum calicem bibo. Signansque ter digito suo
calicem, & dicens: In nomine Patris, & Filij, & Spi-
ritus sancti, bibo hunc calicem: bibit illum coram
omnibus totum, atque illæsus perstitit. Quòd illi
cum vidissent, prostrati veniam petierunt.

1 *Vide magnum miraculum ad signum sanctissimæ Crucis
peractum.*

Vita

Vita Patricij senis Monasterij in Scopulo.

C A P V T. X C V.

ERAT quidā senex in eodem cœnobio Abbatibus Theodosij sancti patris nostri, generū quidem Sebastensis, nōmine autem Patricius, senex valde (dicebat enim se esse annorum centum & tredecim) mitis, & quietus. Narrauerunt ergo nobis de illo ipsius loci patres, quod fuisset pater monasterij Abbatis Cani, dimisissetque Prioris officium, periculum, & iudicium metuens (magnorum enim virorum esse dicebat, pacere rationales oues) ac venisset illuc, vt sub obedientia viueret, hoc iudicans animæ vtilius esse.

De eodem, & de Iuliano Arabo, cæcō.

C A P V T. X C V I.

Dicebant autem nobis & hoc de ipso: Cūm Iulianus hic fuisset senex, genere Arabs. Iulianus nomine, captus oculis, ipse aliquando scandalizatus est in Macharium Archiepiscopum Hierosolymitanum, nolebatque communicare illi. Quadam ergo die Abbas Iulianus significauit Abbati Symeoni, qui erat in motu mirabili (distat autem à Theopoli mons ipse miliaribus nouem) dicens: Cæcus sum & quod abeam, nescio. Neque verò qui possit auxiliari mihi, & communicare Machario detrecto. Indica mihi, pater, quid agere debeam de fratre, qui fornicatus est, & de illo, qui se cum eo iuramento contrinxit. Respondit autem Abbas Symeon Abbati Iuliano dicens: Ne recedas, neque te ipsum à sancta Ecclesia separes. Neque

enim

enim illa malè habet, gratia Domini nostri Iesu Christi filij Dei. Sed & hoc scito, frater, quòd si quis in hæresim inciderit, in cœnobio vestro, habetis senem magnum, nomine Patricium. Hic autem senex iuxta sacrarium infra omnes moratur, pròpe occidentalem Ecclesiæ murum; dicitque & ipse pro omnibus sanctam orationem oblationis, & ipsius oblatio sancta existimatur.

Vita, & mors duorum Fratrum Monachorum, qui nunquam ab inuicem separari iurauerunt.

C A P V T. X C V I I.

Dicebat autem Abbas Ioannes Anachoretà, cognomento Rutilius, audisse se ab Abbate Stephano Moabita referente, quia cum esset in cœnobio sancti Abbatis Theodosij magni monachorum principis, erant illic duo fratres, qui sibi inuicem iurauerant, quod neque in vita, neque in morte ab inuicem separarentur. Cū ergo cunctos in cœnobio ædificarent, vnus ex eis impugnatus à fornicatione, dixit fratri suo: Dimitte me, frater, quia impugnor à fornicatione, & ferre non præualens, volo ad seculum reuerti. Frater autem rogare cœpit eū dicens: Noli, quæso, frater mi, noli perdere laborem tuum. Tunc is dicit ei: Aut dimitte me abire, aut tu veni mecum, vt voluptati satisficiam. Frater autem ille cum nollet eum dimittere, abiit cum illo in ciuitatē. Ingressus igitur est in meretricis diuersorium is, qui impugnabatur. Frater autem ille foris stans, puluerem de terra super caput suū iaciebat & semetipsum affrigebat. Postquam vero ille, cōpleto fœdo opere, è lupanari egressus est, dixit ei

frater:

frater: *Quid lucratus es ex peccato, frater mi: Quatum inde detrimentum coepisti. Eamus rursus in euenobium. Qui ait: Non iam possum in eremum venire. Vade à me. Ego enim in seculo maneo. Cùm igitur multùm rogaret eum, nihilque proficeret, neque se ille sequi iam ad eremum vellet, mansit & ipse cum illo in seculo. Laborabantque ambo manibus suis, vt uiuerent. Per idem tempus Abbas Abramius, qui postmodum factus est, Episcopus Ephesi, bonus, ac mitis pastor, ædificabat monasterium suum, quod dicitur Bicanthorum. Abeuntes autem duo fratres laborabant in opere, ministrantes cæmentarijs. Sumptam verò mercedem operis amoborum frater ille, qui in fornicationem lapsus fuerat, quòtidie pergens in ciuitatem consumebat in luxuria. Alius verò quòtidie ieiunans, & psallens, cum omni quiete faciebat opus, nemini aliquid loquens. Videntes autem illi artifices diebus singulis neque comedentem, neque aliquid loquentem, sed semper cogitanti simile, retulerunt de illo, & de conuersatione eius sancto Abbati Abramio. Tunc magnus re vera Abramius accersiuu operarium de cella sua, & interrogauit eum dicens. Vnde es, frater? & quòd est opus tuum? Ille autem omnia illi per ordinem confessus est, & quia fratris sui gratia sustineret omnia, vt Deus (inquiens) meam tribulationem videns saluet fratrem meum. His auditis, Abramius dixit fratri: Et Dominus donauit tibi animam fratris tui. Cùm ergo dimisisset eum sanctus Abramius, exiissetque de cellula, ecce frater ille aduenit clamans: Mi frater, assume me in eremum, vt saluus fiam. Continuo autem assumpsit eum, & abierunt ad Iordanis speluncam, & inclusèrunt se. Post modicum verò temporis, cùm magnificè secundum*

Deum

Deū profecisset frater ille, qui in fornicationem inciderat, migrauit ad Dominum. Mansit autem superstes frater in eadem spelunca iuxta iuramentum, quousque & ipse moreretur.

- 1 *Vide quantum peccatum sit Monachum fornicari, cū propter illud perdat omnes labores suos.*
- 2 *Ecce puluerem insigne penitentium.*
- 3 *Ieiunium, & psalmodia sunt honorum monachorum exercitia.*

C A P V T. XCVIII.

AD hunc fratrem post mortem alterius fratris veniens senex quidam ex monasterio Calamonis, ait illi: Dic mihi, frater: In tantò tempore solitariæ vitæ, spiritalisq; exercitij, quid lucratus es? Dixit ei frater: Vade, & post decimum diem veni ad me, & dicam tibi. Senex autem abiens, post decimum diem redijt, inuenitq; fratrem migrasse ad Christum, & restam, in qua sic scriptum erat: Ignosce, pater, quia nunquam, dum opus Dei agerem, aur horis constitutis psallem, mentem meam dimitti in terram.

Vita Antonij senis monasterij in Scopulo.

C A P V T. XCIX.

Narrauerunt nobis patres eiusdem monasterij sancti patris nostri Theodosij, dicens: Antehos annos defunctus est hic senex quidam, Antonius nomine. Is in vita sua maxime ieiunij operam dans, profectus est in locum, qui Cotulas dicitur. Quadam ergo die eum esset in eremo, ecce Sarraceni in partes illas venientes viderunt senem. Vnusq; ex eis, educto gladio, venit contra senem volens necare illum.

C c

illum. Senex autem ut vidit Saracenum contra se venientem, intuens in caelum ait: Domine Iesu Christe, voluntas tua fiat. Statimque aperta est terra, & absorbuit Sarracenum illum, & senexq; saluatus est.

2 Vide quam gratum Deo faciat hominē cōtinua ieiunia.

Vita Petri pontici monachi.

C A P V T C.

Refusus narrauerunt nobis praedicti loci patres, quod illic fuerit quidam senex, Petrus nomine, genere Ponticus, multis, praeclearisque virtutibus ornatus. De hoc senex Theodorus, qui fuit Episcopus Rosenfis, dicebat, nobis quod quadam conuenit illum ad Iordanem in monasterio Turrium, illic enim ipse morabatur, ei que dixit: Fac charitatem, frater Theodore, veni mecum in montem Sina, quia illuc proficisci votum habeo. Qui cum nollet obedire, dixit ad eum: Eamus. Cum vero transisset Iordanem, dixit ad Theodorum senior: Veni, frater Theodore, oremus, ut vsque ad montem Sina nullus nostrum comedat. Ad quem ille: Vere, pater, ego hoc facere non possum. Prostravit autem se senex, & orauit. & vsque ad Sina nihil comedit. Sumptis igitur illic sanctis mysterijs, tunc & cibum sumpsit. Similiter & à Sina vsque Alexandriam ad sanctum Menam perueniunt, nihil omnino comedente senex. Ibiq; denuo communicans, post communionem cibum sumpsit. Et à sancto Mena vsque in sanctam Ciuitatem venerunt, cum nihil omnino gustasset senior in via. Cum verò in sancta Christi Dei nostri Resurrectione percepisset 3 veneranda mysteria, tunc demum accepit & cibum. In hoc ergo toto, tali tantq;

itinerē

itinere nisi tertio nō comedit senex, semel in Sina monte, semel in Alexandria, & semel in S. Ciui.

1 Etiam sancti veteres vonebant peregrinationes, & vota persoluebant.

2 Ecce oratio cū frustratione, & mirabilis eius effectus.

3 Nota sacram Eucharistiam supra appellari sancta, hic vero veneranda mysteria.

Vita Pardi monachi Romani.

C A P V T C I.

Narrauerunt etiam nobis de alio senex Patres eiusdem monasterij, dicentes: Erat hic senex quidam, qui ante modicum tempus defunctus est. Pardus nomine, genere Romanus. Hic dum esset iunior, mulio fuerat. Die igitur quadam abiit Hierico cum mulis. Et cum esset in Lenodochio, inuentus est illic puer paruulus, quem agente diabolo, mulier calce percussit, & occidit, ignorante hoc Abbate Pardo. Afflictus verò super hoc multum Abbas Pardus, abiit in Arnonem, & effectus est Anachoreta, lugens semper, dicens: Ego feci homicidium, & ut homicida in iudicio damnatus sum. Erat autem illic prope orientem leonem. Diebusque singulis ibat Abbas Pardus ad cubile leonis, stimulans, & prouocans leonem, ut exurgeret. & deuoraret eum. Leonem autem nihil omnino illum laedebat. Videns autem senex, quia nihil proficeret, ait in se ipso: Dormiam in via, per quam leo pergat ad fluiuium, nam cum transibit, ut carabibit dum, deuorabit me. cum ergo iaceret, ecce leonem post paululum venit, & quasi ratione praeditus esset, cum omni quiete transiit senex: equo omnino illum tetigit. Tunc senior cecidit. Et quod Deo remisisset, illi peccatum, & veniens rursus in monasterium suum, vixit in magna continentia ad 50 annos omnes vitae suae exemplo vsq; ad diem obitus sui.

Relatio Sophronij Sophista de eo, quod sibi in via contigerat.

C A P V T CII.

CUm interrogatus esset Abbas Sophronius Sophista frater meus, assistebamus prope illum ego, & Abbas Ioannes Scholasticus, & Abbas Quiricus, & alij quidam ex patribus, dixitq; nobis: Pergebam modò in via, & ante me adolescentulæ choream agebant, tripudiabantq; dicentes: Benè veniat Sophronius, coronatus est Sophronius.

Vita, & virtutes Abbatis Stratigij.

C A P V T CIII.

Dicebant de Abbate Stratigio patre insignis monasterij sancti patris nostri Theodosij, monasterij ipsius patres, quòd tres istas virtutes possederit supra ætatis nostræ monachos, ¹ ieiunium, vigiliis, & iuge opus.

² *Ieiunium, vigilia, & iuge opus, tres sancti patris virtutes.*

Vita Abbatis Nonni presbyteri.

C A P V T CIIII.

Narravit nobis in cœnobio sancti patris nostri Theodosij, Abbas Theodosius, qui fuit Episcopus Capituliadis, de Abbate Nonno presbytero, quòd nocte quadam, antequam pulsaret nocturnum signum, dum iaceret ipse in lectulo suo, audiuit quendam leni voce dicentem: Kyrieleison. Cumq; quinquaginta vicibus hoc ille iterasset, voluit ipse scire, quis esset qui hoc dicebat: Et aspiciens, inquit, in

Ecclesi-

Ecclesiam per cellulæ meæ fenestram, vidi senem procumbentem genibus suis, & stellam lucidissimam super caput eius ostendentem mihi, quis esset senex.

Alius autè quidam de senibus ipsius cœnobij narravit nobis de eodem Abbate Nonno, dicens: Noctè quadam priusquam pulsaret signum, egressus de cellula mea, ibam ad Ecclesiam. Et aspicio senem ante Ecclesiam stantem, & ¹ extensis in cœlum manibus orantem. Lucabant autem manus eius quasi lampades ignis. Quare metu perterritus recessi.

¹ *Nora senem stantem, & extensis ad cœlum manibus orantem.*

Vita sancti senis Christophori, genere Romani.

C A P V T CV.

CUm in Alexandria essemus, accessimus ad Abbatem Theodorum, qui erat in sancta Sophia prope Pharum. Et narravit nobis senex dicens: Ego in cœnobio sancti patris nostri Theodosij, quòd est in eremo sanctæ Christi Dei nostri Ciuitatis, seculo renunciaui, inuenique illic senem magnum valde, nomine Christophorum, Romanum genere. Die igitur quadam prostratus ante illum dixi: Fac charitatè, pater, & dic mihi quid in iuuetute tua operaberis. Cũq; multũ à me rogatus fuisset senex, agnito, quòd propter vtilitatem animæ illum rogassem, enarrauit mihi dicens: Quando seculo renunciaui, fili, magnum habui feruorem, summamq; desiderij alacritatem ad monasticam vitam. Ac diebus quidem exercebar in regulari psalmodia ¹ noctibus verò pergebam in speculam, in qua & sanctus Theodosius, & sancti patres reliqui orare cõsue-

Cc 3 uerant;

uerant; descendensque in speluncam, centies flexebam genua, & procijsiebam Deo per gradus singulos; sunt autem numero decem & octo. Cumque per omnes gradus descendissem, permancebam illic, donec pulsaret signum. Tunc ibam ad synaxim cum patribus. Cum autem opus istud vnde sim annis absque intermissione fecissem, cum² ieiunijs multis, & continentia, & nuditate rerum, omnium, & obedientia, & labore corporali, veni nocte quadam secundum consuetudinem, vt in speluncam descenderem. Cumque impleissem orationem per singulos gradus, venturusque essem in speluncæ pavementum, factus in extasi, vi deo totum speluncæ pavementum candelis plenum, ex quibus aliæ quidem accensæ erant, aliæ non. Aspicio autem & duos viros chlamyde indutos, candidoque habitu amictos, easdem candelas præparantes. Ego autem dixi illis: Vt quid posuistis hic candelas istas, nec permittitis nos descendere, & orare. Qui respondentes dixerunt mihi: Patrum candelæ sunt. Dixi autem ad eos rursum. Cur aliæ ex illis ardent, aliæ non? Responderunt: Qui volunt, candelas suas accenderunt, & qui nolunt, non accenderunt. Ato ad illos iterum: Facite charitatem: Candela mea ardet, an non ardet. Illi autem dixerunt: Ora, & accendimus illam. Tunc dico illis: Adhuc oro. Et quid vsque modo faciebam? Atque in hoc verbo ad me ipsum reuersus sum, conuersusque vltra iam neminem vidi. Tunc dixi in me ipso: Christophore, maiori labore opus est. Et manè factò, recessi de monasterio, & profectus sum ad montem Sinæ, nihil ferens mecum, nisi quo inducbar tantum. Cumque illic egissem annos quinquaginta, venit mihi vox dicens: Christophore, Christo-

phore

phore, redi, in cœnobium tuum vbi etiam benè certasti, vt illic consumeris cum patribus tuis. Et modico tempore posteaquam mihi ista dixerat, sancta illius anima in pace requieuit.

Rvsū enarravit nobis idē Theodor⁹ de eodē Abbate Christophoro. Dicebat, inquit, senex: Die quadā³ ascendi in sanctam Ciuitatem, vradorarem sanctā Crucē. Et cum adorassem, & iam exirem, aspicio fratrem quendam in limine atrij pretiosæ Crucis, neque intrantē, neque exeuntem. Aspicio itē & duos coruos impudētē ante illius faciem volantes, & alis suis oculos eius impertunē impetentes, nec illum intrare permittentēs. Intellexi verò eos dæmones esse, & dixi illi: Dic, frater, cur stas in medio ianue, nec intras? Qui ait mihi: Ignosce mihi, pater mi. Cogitationes habeo, ex quibus vnā mihi dicit: Ingredere, & adora pretiosam Crucem: alia dicit: Nō, sed vade, & fac responsum, & alia vice adorabis. Ego autē vt audiui, tenui manum ipsius, & introduxi in templum: & continuò fugerunt corui. Cumque fecissem illum⁴ adorare sanctam Crucem, & sanctam Christi Domini Resurrectionem, dimisi eū in pace. Hæc autem, inquit Theodorus, mihi senex enarravit, quia vidit me multum in ministerijs distentum, & orationis negligentem.

- 1 *Psalmodia in die, & oratio crebra cum genuflexione in nocte erant sancti senis exercitia*
- 2 *Ecce chorus virtutum monachalium, multa ieiunia continentia, nuditas omnium rerum, obedientia, & opus corporale.*
- 3 *Nota peregrinationem ad loca sancta, & adorationē sanctæ Crucis.*
- 4 *Cumque fecissem illum adorare sanctam Crucem & sanctam Christi domini Resurrectionem.*

*Relatio Abbatis Theodori de Monacho Syra
Seueriano.*

C A P V T C V I.

NArrauit iterum nobis idem Abbas Theo-
dorus, dicens: Xenodochium est hic prope
Pharum, inter sanctam Sophiam, & san-
ctum Faustum. Qui autem illi præerat, die qua-
dam orauit me, ut irem in Xenodochium, & ibi
morarer paucis diebus. Abiens igitur inueni il-
lic monachum quendam hospitio susceptum,
Syrum genere nihil habentem præter cilicium,
& pallium, & panes paucos. Stabat autem in vno
angulo semper die, noctuq; psallens, & nemini lo-
quens. Veniente verò die ¹ sancta Dominica, abij
ad illum dicens: Veni, frater, ad sanctam Sophi-
am, ut communices ² sanctis, venerandisq; my-
sterijs. Qui ait: Non venio. Ad quem ego: Cur, o-
ro te? Ait mihi: Quia Seuerianus sum, & non cõ-
municar et sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ, simul-
que videns illius optimam conuersationem, vi-
tamq; virtutibus plenam, abij lugens in cellulam
meam, & clausa ianua, ⁴ prostravi meipsum in fa-
ciem coram Domino, per dies tres, & orabam il-
lum cum lachrymis multis dicens: Dominator
Christe deus noster, qui propter ineffabilem tuã,
immensamque clementiam inclinasti cœlos, &
descendisti propter salutem nostram, qui incar-
natus es ex sancta Domina nostra Dei genitrice
semperque virgine Maria, reuela mihi qui sint,
qui bene, & recte credunt, nosne, qui sanctæ Ec-
clesiæ iungimur, an qui Seuero consentiunt. Die
verò tertia, venit mihi vox inuisibiliter dicens:
Vade, Theodore, inspicere fidem ipsius. In crasti-
num

num igitur profectus, sed ante illum, expectans
videre aliquid, iuxta quod mihi vox dixerat: Et
cum mansissem sedes quasi vna hora, & intuerer
in ipsum stantem, & voce Syra psallentem, vidi
teste Deo, filij, columbam super caput eius stan-
tem fuliginosam, veluti ex coquina venientem,
squalidam ac foetidam. Tunc agnoui eam, quæ
mihi apparuerat, caliginosam, foetidamq; colum-
bam, ipse esse fidem. Hæc autem nobis narra-
uit in veritate cum multis lachrymis, & singulti-
bus, sancta ipsius anima.

¹ Dies sancta Dominica.

² Nota, sacram Eucharistiam appellari sancta, venerã-
daq; mysteria.

³ Qui hereticus est, non communicat sanctæ & Aposto-
licæ Ecclesiæ.

⁴ Vide triduanam orationem cum prostratione, & la-
chrymis.

⁵ Magna visio contra hereticos.

Vita Abbatis Gerasimi.

C A P. C V I I.

VNO ferè milliaro distat à Iordane mona-
sterium, quod Abbatis Gerasimi dicitur.
In hoc monasterium aduenientibus nobis
narrauerunt, qui illic morabantur, senes, de Ab-
bate Gerasimo, quod die quadam ambulans su-
per Iordanis ripam, obuium habuit leonem val-
de rugientem, suspenso pede, cui infixus erat ex
calamo aculeus, ad eò vt ex hoc pes ipse intumuis-
set, & sanie plenus effectus esset. Cùm igitur vi-
disset leo senem, ostendebat illi vulneratum ex
infixo aculeo pedem, flens quodammodo, & ob-
secrans, vt illi curam adhiberet. Cũ ergo vidisset
eum senex tali necessitate constrictum, sedens ap-
prehen-

prehendit eius pedē, aperiensq; vuln⁹ eduxit aculeū infixū, cū magna putredinis copia diligēterq; de purgato vulnere, & panis alligato, dimisit eū. Leo autē cū se curatū vidisset, noluit senē deserere, sed vt charus discipulus, quocunq; pergeret, magis strum sequebatur, ita vt admiraretur senex tantā feræ gratitudinē. Igitur extunc senex nutriebat eū, mittēs ante illū panē, & insulsa legumina. Habebat autē ipsūm mōasteriū asinū vnum, ad ferendam aquā pro necessitate fratrū de Iordane. Consuetudinē autē fecerat senex, vt¹ curā pascēdi asini leo haberet. Itaq; abiens cum illo iuxta Iordanis ripas, pascentem obseruabat. Quadā autem die dum pasceretur asinus, leo se ab illo longiusculē auertit, cūm ecce Camelari⁹ ex Arabia veniēs, inuentū asinū accepit, & secum duxit. Leo verō, amissō asino, rediit in mōasteriū tristis valdē, & deiecta facie, ac ceruice, ad Abbatem suum. Abbas igitur Gerasimus putauit, quōd asinū comedisset leo, & ait illi: Vbi est asinus? Ille verō, quasi homo, stabat tacens, & deorsum aspiciens. Dicit ei senex: Comedisti eū. Benedictus Dōminus. Quicquid faciebat Asinus, amodō facies tu. Extunc igitur leo, iubente senē, portabat cantheliū capientē amphoras quatuor, ferebatque aquam in mōasterium. Die verō quadam venit miles quidam ad senem benedictionis gratia. Qui cūm vidēret leonē baiulantem aquam, didicissetq; causam, misertus est eius, proferensq; tria numismata dedit senibus, vt emerent asinum, ad ipsius aquæ ministerium, & liberarent ea necessitate leonem. Breui autem tranfacto tempore, postquam liberat⁹ à labore fuerat, Camelarius ille, qui asinum abstulerat, veniebat ferens triticum, vt vendaret illud in sancta Ciuitate, habens & asinum secum. Et cūm tranisset Iordanem, accidit, vt occurreret leoni.

Quo viso, dimisit camelos, & fugit. Leo autem, cognito asinō, cucurrit ad eum, & ore, vt solebat, eius capistrum mordens, traxit eum cum tribus camelis, & gaudens simul, & rugiens, quōd perditum asellum reperisset, venit ad senem. Senex autem putabat, quōd asinum leo comedisset. Tunc verō didicit, quia insidias passus fuisset leo. Imposuit autem nomen leoni Iordanem. Egit itaque leo in mōasterio iū fratrib⁹ plus aquā quinque annos, nunquam recedens à senē. Cū autem migrasset ad Dominum Abbas Gerasimus, & à patribus sepultus esset, per dispensationem Dei leo tunc in mōasterio inuentus non est. Post modicum verō venit leo in mōasterium, & quærebat senem suum. Abbas autem Sabbatius Cilix, qui & discipulus fuerat Abbatis Gerasimi, viso illo, dixit ei: Iordane, senex noster dimisit nos orphanos, & migravit ad Dominum; sed accipe, & comede. Leo autem comedere nolebat, sed iugiter huc, atque illuc se vertens circumspiciebat, querens videre senem suum, ac rugitu magno ipsius absentiam se ferre non posse significans. Abbas autem Sabbatius, & senes reliqui fructantes eius ceruicem, dicebant ei: Migravit senex ad Dominum, & dimisit nos. Sed ista dicentes non poterant tamen illius voces, & ciuatus mitigare, sed quanto amplius ipsū verbis fouere, ac solari se existimabant, tātō ipse magis eiulabat, maioriq; rugitu utebatur, & clamēta adijciebat, ostēdēs ex voce, facie, & oculis merorē, quē habebat nō videns senem. Tūc ait illi Abbas Sabbatius: Veni mecū, ex quo non credis nobis, & ostendā tibi vbi positus est senex noster. Sumensq; eū duxit, vbi illū sepelierant. Di stabat autē ab Ecclesia quasi passib⁹ quinq;. Et stās Abbas Sabbatius supra sepulchrum Abbatis Gerasimi, dixit leoni: Ecce hic senex noster sepultus est.

est. Et inclinavit genua sua Abbas Sabbatius supra sepulchrum senis. Cùm ergo id leo audisset, & vidisset prostratum super tumulum Abbatem Sabbatium, & silentem, tunc & ipse prostravit se, percutiens in terram caput suum vehementer, & rugiens; atque ita continuò defunctus est super sepulchrum senis. Hoc autem totum factum est, nõ quia animam rationalem habuisse leo putandus sit, sed quòd Deus voluerit glorificantes se glorificare, non solum in vita hac, sed etiam post mortem, & monstrare nobis qualem primo homini habuerint subiectionem bestiarum, priusquam inobediens esset mandato, & antequam excederet paradiso deliciarum.

¹ *Mirabile, & stupendum opus leonis. Vide etiam quomodo Sancti in virtute Dei vel irrationabilibus bestiis dominantur.*

Vita Presbyteri virginis, eiusque uxoris itidem virginis.

C A P V T. C V I I I.

CVM in Samum insulam venissemus, vidimus in cœnobio, quod Charixeni appellatur, Abbatem Isidorum ipsius monasterii patrem, virum eximie virtutis, & magnæ ad omnes charitatis, simplicitateque; & humilitate maxime ornatum. Quem etiam post aliquantulum temporis Episcopum in eadem regione constitutum scimus. Hic enarravit nobis dicens: Est in octavo huius civitatis milliario vicus habens etiam Ecclesiam. In hac Presbyter quidam fuit valde mirabilis, quem parentes inuitum, & renitentem uxorem accipere compulerunt. Verùm ille nõ solum voluptatis illecebraz captus non est, quamvis

421

iuuenis existeret, & legitimæ coniunctus uxori, sed & ipsam induxit castè secum, ac pudicè vivere. Didicerunt igitur ambo psalterium, amboque simul in Ecclesia psallebant, seruantes se ipsos 2 virgines vsque in finem. Hic itaque Presbyter die quadam falsa calumnia apud Episcopum accusatus est. Quem Episcopus ignorans institutum eius, accersit ex vico, & misit in carcerem, in quæ solebant peccantes clerici includi, & custodiri. Cùm igitur esset in carcere, adueniente sancto die 3 Dominiaco, apparuit ei iuuenis formosus valde, dixitque ei. Surge, Presbyter, vade in Ecclesiam tuam, vt sanctam oblationem offeras. Ait illi Presbyter: Non possum, quia inclusus sum. Dixit ei is, qui apparuerat. Ego tibi aperio carcerem. Veni, sequere me. Aperiensque ianuam, ante illum exiit. Cùm verò egressi essent, ambulavit ille vsque dum mille passibus distaret à vico Presbyteri. Facta autem die, qui custodiebat carcerem, ingressus est requirens eum, vbi clausus fuerat. Et non inueniens, perrexit ad Episcopum dicens: Effugit Presbyter, me habente clauem. Putans igitur Episcopus, quia effugisset, misit vnum de seruis Episcopatus dicens: Vade, & vide, si Presbyter in vico suo est, nihilque illi interim dicas. Profectus ergo puer illum inuenit in Ecclesia sanctam 4 oblationem offerentem. Reuersusque dixit Episcopo; illic esse Presbyterum, ac eum se reperisse offerentem 5 sacrificium. Episcopus autem magis cõtra illum indignatus, iurauit, quòd in crastinum eum cum summa ignominia reduceret. Sequenti autem nocte apparuit Presbytero is, q̄ primo apparuerat dicens: Veni, vt eamus, vbi te Episcopus incluserat in ciuitate. Assumensque illum adduxit rursus, & reposuit in carcere; ignorante custode carceris.

Mane

Mane verò diei sequētis didicit à carcerario Episcopus quia in custodia Presb. se ignorante, inuenire esset. Mittens Episcopus scisciabatur à Presbytero quomodo de carcere exisset, & quomodo rursus absq; carcerarij notitia ingressus esset. Qui respōdit: Iuuenis quidā speciosus valde, & optimè vestitus, Episcopatus vestri (vt dicebat) minister, aperuit mihi ostium, & p̄cedebat me vsq; ad vnum milliare p. ope vicum nocte Domini. a, idemque rursus sequenti nocte veniens reduxit me. Episcopus igitur accessit omnes seruos Episcopatus, sed nullum ex ipsis recognouit Presbyter. Tunc interllexit Episcopus, quòd Angelus Dei fuerat, qui hoc egisset, ne virtus Presbyteri prorsus occultaretur, sed vt omnes discederēt, & glorificarent Deū, qui glorificantes se glorificat. Et de ipso valde aedificatus, dimisit illum à se in pace, multa cōtra eos clamans, qui illū iniuste accusauerant.

- 1 *Ecce quæ sint que commendabilem sanctum patrem redderent.*
- 2 *Quid dicis tu, qui seruare virginitatem dicis esse impossibile? Hic duo coniuges, ambo iuuenes, simul habitantes, vsque in finem vite virginitatem suam diuine auxilio gratiæ nunquam hominem, modo veli, de serentis serauerunt.*
- 3 *Adueniente sancto die Dominico.*
- 4 *Sanctam oblationem sacram Eucharistiam appellat.*
- 5 *Vides Misam nuncupari sacrificium.*

Vita Abbatis Georgij, qui nunquam turbabatur.

C A P V T C I X.

DE Abbate Georgio patre monasterij Abbatis Theodosij, narravit nobis Abbas Theodosius eius discipulus bonus, ac mi-

tis, & humilis, qui fuit Episcopus Capitoliadis, quòd duodecim annos obseruasset eum, si vel semel turbaretur, & nunquam turbatum vidit, idq; in hoc tempore, quando omnis desidia, & negligentia, & mollities, & inobedientia regnat. Quis autem, aiebat, ita frenauit oculum, sicut pater noster sanctus Georgius? Quis ita posuit ianuam auribus, sicut beatus iste? Quis ita continuit linguam, sicut pater noster? Quisnam solaris radius ita illustrauit terram, sicut pater noster nostrum omnium corda radiauit.

1 *Vide quibus virtutibus claruerit sanctus Pater.*

Dicta egregia Sancti cuiusdam senis

Aegyptij.

C A P V T C X.

ASSVMPSI Dominum meum Sophronium, & perreximus in monasteriū, quòd ab Alexātria decem, & octo passuum milibus distat, ad senem quendam magnæ virtutis, Aegyptium genere, dixique seni: Dic nobis verbum, pater, quomodo debemus simul habitare, quia Dominus Sophista voluntate seculo renūciandi habet. Ait senex: Bene facit, filii, enūcians seculo, saluansque animā tuā. Sedete igitur in cella, vbi vultis, sobrie, & vigilanter, quietem, ac silentium seruantes, & sine intermissione orantes; & spem habeo in Deum, filij, quòd mittet vobis scientiam suam ad illuminandas animas vestras. Dixit iterum: Si saluari, filij, cupitis, fugite homines. Hodie enim nos non desistimus omnium terere limina, omnemque ciuitatem, ac regionem circuire, sicuti possimus avaritiæ, vel inanis gloriæ nobis ipsis stipendia acquirere, & animas nostras implere vanitate. Dixit iterum senex: Fugiamus iam, filij, quoniam appro-

appropinquat tempus. Dixit iterum: Væ vae quatum flebimus, quantumque poenitebimus pro eo, quod modo poenitere nolumus. Dixit iterum: Neque cum laudamur, nos ipsos continemus sub humilitate, neque rursus cum vituperamur, toleramus. Aliud quippe nobis inanem gloriam suggerit, aliud mœsticiam nobis miseris facit. Vbi verò tristitia, & inanis gloria est, nihil boni reperitur. Dixit iterum: Patres nostri, vt magni, atque mirabiles, pascebant multos; ego autem humilis vnquam regere non valeo, sed semper ferarum morsibus pateo. Ait rursus: Dæmonum opus hoc est, vt cum animam in peccatum deiecerint, tunc nos in desperationem præcipitent, vt perfecte nos perdant. Semper enim dæmones dicunt animam: Quando morietur, & peribit nomen eius? Si igitur sobria fuerit anima, & ipsa ad eos est contra clamabit, & dicet: Non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. Quoniam igitur magnam habent impudentiam dæmones, & ipsi rursus clamant dicentes. Transmigra in montem, velut passer id circo & nos ad illos dicere debemus: Nam & ipse Deus meus, & saluator meus, adiutor meus, non emigrabo. Dixit iterum senex: Esto ianitor cordis tui, ne intret peregrinus dicens. Noster es, an aduersatorium?

Factum cuiusdam viri calui, & Sacco induti.

C A P V T. C X I.

EGO & sodalis meus Sophronius, cum in Alexandria effemus, die quadam perreximus ad Theodosij Ecclesiam, obuiumque habuimus in vico virum quendam caluum, indutum sacco vique ad genua. Videbatur autem quasi

quasi fatuus, & amens. Dixit igitur mihi Abbas Sophronius: Da mihi nummos, & videbis virtutem venientis. Dedi ergo illi quinque nummos, Qui acceptos dedit illi, qui videbatur vt amens. Accepit autem eos ille, nihil omnino loquens. Nos autem clam illum secuti sumus & vestigio. Ille verò cum flexisset à via, extendit in cœlum manum suam dexteram habentem nummos, & post hæc prostravit se coram Deo, positisque in terra nummis abiit.

Vita, & Mors Leonis mōachi genere, Cappadocis.

C A P V T C X I I.

TEMPORIBVS Imperij Tyberij fidelissimi Cæsaris, ascendimus in Oasum, vidimusque illic magnum in diuinis rebus monachum, genere quidem Cappadocem, nomine autem Leonem. De hoc multi multa digna admiratione narrabant nobis. Nos autem ad illius pertingentes familiare colloquium, magnumque experientium capientes sancti huius viri, magnifice edificati sumus, & maxime in humilitate eius, & silentio, & nuditate rerum omnium, & charitate, quam ad omnes habuit. Dicebat ergo semper venerabilis hic senex: Creditè mihi, filij, quia regnare habeo. Nos autem dicebamus ei: Crede nobis; Abba Leo, quia nullus ex Cappadocia vnquam regnauit. Importunam ergo habes istam cogitationem. Ille verò rursus dicebat: Veraciter, filij, regnare habeo. Nemo autem poterat eum, ab hac cogitatione remouere. Cum igitur venissent Mazices, & vniuersam prouinciam illam deuastassent ac diripuissent, venerunt & in Oasum, & monachos quidem plures occiderunt, plurimosque captiuos duxerunt: Inter quos acceperunt & Abbatem

Ioannem (erat autem hic Lector magnæ Conſtitinopolitanæ Eccleſiæ) & Abbatem Euſtachium Romanum, & Abbatem Theodorum Cilicem. Erant autem tres iſti inſirmâtes. Cùm ergo uiniſſent, ait Abbas Ioannes barbaris: Ducite me in ciuitatem, faciam, vt Epiſcopus det pro nobis numiſmata viginti quatuor. Accepit ergo illū vnus ex barbaris, & duxit prope ciuitatem: ingreſſusq; eſt Abbas Ioannes ad Epiſcopum. Inuentus eſt autē in vrbe & Abbas Leo, & alij quidam patrum, atq; ideo tenti non fuerant. Ingreſſus igitur Abbas Ioannes cepit orare Epiſcopū, vt barbaro numiſmata daret. Epiſcopus autem non plura quàm octo numiſmata habere inuentus eſt. Voluerunt ergo dare barbaro octo numiſmata, & voluit accipere dicens: Aut viginti quatuor numiſmata præbere mihi, aut monachum dare. Coacti igitur ſunt, qui erant in ciuitate, ruruſus Abbatem Ioannem barbaro dare ſentem, & euulſantem. Adduxit autem illum in ſua tabernacula barbarus. Poſt tres ergo dies, ſumptis octo numiſmatib. Abbas Leo in eremū exiit, vbi erat barbari, orauitq; illos, dicens: Accipite me cū octo numiſmatib. & tres iſtos dimittite, qui in ſirmi ſunt neq; pergere per eremū poſſunt; nā interficietis eos, & detrimentū patiemini. Ego verò ſanus ſū, & ſeruā vobis. Tunc barbari acceperunt Abbatē Leonem, & octo numiſmata, & dimiſerunt illos tres. Abijt ergo Abbas Leo vſq; ad quēdam locū, & cū prædebilitate pergere vltra nō poſſet, barbari decollauerunt eū. Impleuitq; Abbas Leo ſcripturam dicens: Vt ponat quis animam ſuam pro amicis ſuis. Tunc nos que que cognouimus, quid nā eſſet, quod dixerat, Quia regnare habeo. Veraciter enim regnauit, qui poſuit animam ſuam pro amicis ſuis. *Vides*

Vide quæ virtutes ſanctæ patrē cōmendabilē redderēt.

Admonitio Abbatis Ioannis de Petra.

C A P V T C X I I I.

AD Abbatem Ioannem de petra perrexi, ſumpto mecum & ſodali Sophrono, rogauimusq; illum dicens: Dic nobis verbū. Senex autem ait: Amate nuditatem rerum omnium, & continentiam. Credite dicenti mihi. Cùm adoleſcens morarer in Sciti, quidam ſenū ſplene indoluit, & modicum aetiquæſtum eſt in quatuor eius loci monaſterijs, & inueniunt non eſt. Tanta erat apud eos paupertas, & nuditas & continentia. Erant autem ibi patres quaſi treſ mille & quingenti.

1 Hæc ſancta paupertas, & verum omnium nuditas, ſanctorum monachorum erant ampliſſime diuitiæ.

Vita Abbatis Danielis Aegyptij.

C A P V T C X I I I I.

NARRAUIT autē nobis ſanctus ſenex de Abbatē Daniele Aegyptio, dicens: Aſcendit ſenex ipſe die quadam in Therenium, vt opus manuum ſuarum venderet. Adoleſcens autem quidam precabatur ſenem, dicens: Perdeum ſenior veni in domum meam, & fac orationem ſuper vxorem meam, quia ſterilis eſt. Senex autem compulſus à iuvene abiit cum illo in domū ſuam, fecitq; orationē ſuper vxorē eius, & volente Deo mulier in vtero cōcepit. Viri ergo quidā non timentes Deū ceperunt ſeni detrudere; & dicere. Vere iuuenis iſte inſecūdus eſt, ſed mulier à ſene prægnans facta eſt. Venit igitur hæc fama ad ſenis aures: & ſcripſit ſenex marito mulieris

dicens: Cùm pepererit vxor tua, nuncia mihi. Cùm ergo peperisset vxor illius, seni significauit iuuenis dicens: Per Deum, & orationes tuas, pater, genuit vxor mea. Tùc Abbas Daniel ingressus ait iuueni: Fac prædiũ, & voca amicos tuos, Cũ igitur pranderent, sumens senex puerulum in manibus, coram omnibus dixit, infantulo: *Quis est pater tuus, infans?* Ait autem infans, *Hic, ostendens digito manus suæ iuuenem.* Erat autem infans digito dierum viginti quinque.

- 1 *Operabantur manibus antiqui monachi.*
- 2 *Oratio valet ad obrinendum omnia à Deo.*

Admonitiones Abbatis Ioannis Cilicis.

C A P V T. C X V.

DICEBAT Abbas Ioannes Cilix dur Raythu fratribus: *Flij, sicuti fugimus mūdum fugiamus concupiscentias carnis.* Dixit iterum: *Imitemur patres nostros, qui cum tanta austeritate vitæ, & silentio sederunt in loco isto.* Dixit iterum: *Ne sordidemus locum istum filij, quem patres nostri à dæmonibus emundauerunt.* Ait rursus: *Locus iste monachorum, non negociatorum est.* Dixit iterum: *Inueni hic senes, qui septuaginta annos hoc eodem in loco egerant, herbis solum, & palmarum fructibus viuentes.* Dixit iterum senex: *Septuaginta, & sex annos habeo in hoc loco, multa mala, & horrenda perpessus à dæmonibus.*

1 *Ecce sanctorum Monachorum propositum.*

De Fratре cui falso obijciebatur subtraxisse numisma.

CAP.

C A P V T. C X V I.

NARRAUIT nobis Abbas Andreas Messeni- us, dum essemus in Ryathu, dicens: Cum essem adolefcens, recessimus ego, & Abbas meus de Raythu, & venimus in Palaestinam. Mansimus autem apud senem quendam. Senex ergo qui suscepit nos, habebat vnum numisma, quod vbi posuisset, per errorem oblitus, suspicatus est quod iunior ego fu: atus illud esse. Dicebat ergo senex patrib. loci ipsius, quia frater Andreas numisma accepit. *Quod cùm audisset Abbas me, vocauit me, & ait mihi: Dic Andrea tu numisma senis accepisti? Ad quem ego: Ignosce Abba, ego nihil accepi. Habebam autem pallium, quod abiens vendidi numismate, & accipiens numisma profectus sum ad senem, & prostratus illi veniam petij, & dixi: Ignosce mihi, Abba, quia Satanas decepit me, & accepi numisma tuum.* Erat autem illic & secularis quidam. Ait ad me senex: *Vade filii, nihil perdidisti.* Iterũ igitur prostratus veniam petebam dicens: *Per Dominum, Abba, accipe numisma: ecce hoc est: fac mihi orationem, quoniam Satanas immisit mihi, vt furarer illud, & affligerem vos.* Dixit iterum senex: *Fli, non perdidisti quicquam.* Cùm vero illi non acquiescerem, tũc ait mihi secularis ille: *Verè, domin e frater, hesternodie cùm huc venissem, inueni senẽ plorantem, & prostratum, petentemq; veniam in magna afflictione animi, dixiq; illi: Fac charitatem.* *Quid est quod habes? Et dixit mihi senex: Quia fratrem iniusta calumnia exagitauit dicens quod numisma furatus esset, & ecce inueni illud.* Tunc senex ædificatus est in me, quod cùm non accepissem numisma, detulerim illud ad eum dicens: *Ego illud accepi.*

D d 3

De

*De Fratре Dæmoniacо ab Abbate Andrea
sanato.*

CAPVT CXVII.

FRater quidam dæmonium habens accessit ad Abbatem Symeonem Stylitem in admirabilem montem, rogans, vt pro se oraret, & effugaret, ab eo dæmonem. Dixit ei Abbas Symeon. Vbi moraris? Qui ait: In Raythu. Ad quæ fenex; Miror, inquit, frater, cur tanto te labore fatigaueris, tantumque itineris peregeris, vt venires ad me peccatorem hominem, cum tales, ac tantos patres habeas in monasterio tuo. Vade igitur ad Abbatem, Andream, & roga illum, vt oret pro te, & statim¹ curabit te. Venit igitur frater in Raythu, & sicut sibi mandauerat beatus Symeon, prostravit se illi rogans, & dicens: Ora pro me, pater. Dixit ei Abbas Andreas: Accepit gratiam huius curationis Abbas Symeon. Cùmque fecisset orationem, continuo mundatus est frater, & gratias reddidit Deo.

¹ *Ecce quomodo Sancti in virtute Dei sanitates conferunt.*

Vita Menæ Diaconi monachi in Raythu.

CAPVT CXVIII.

NARRAUIT nobis Abbas Sergius in Raythu de fratre quodam illic diacono, Menæ nomine, & ait: Cùm exisset aliquando Menas ad ministrum, ieuersus est ad seculum. Quid autem illi contigerit, nescimus, nisi quia reliquit monasticum habitum, & secularis effectus est. Post multum verò temporis profectus est Theopolim, & cùm rediret Seleuciam, vidit monasterium sancti Abbatis Symeonis

nis

nis Stylitæ de longe, & ait intra se: Ascendā, & videbo magnum Symeonem: nunquam enim eum viderat. Euntem verò, & iam cornobio appropinquantem vt vidit Abbas Symeon, diuinitus agnoscens quòd esset monachus, & quia diaconus ordinatus fuisset, vocauit ministrum suum dicens: Affer huc forfices. Cumque attulisset, ait illi: Benedictus Dominus: Tonde illum. ostendens eum digito. Erant enim ibi multi circa columnam. Admiratus autem ille in verbo sensus, simulque timore magno comprehensus, suscepit¹ tonsuram nihil omnino loquens. Intellexit enim, quia Deus reuelasset se ei de se. Cùm minister ergo totodisset illum, ait ei magnus Symeon: Fac orationem Diaconi. Et cùm orasset, ait illi iterum: Perge in Raythu, vnde etiam existi. Dicente autem illo, se verecundari, patrumque aspectus ferre non posse, rursus ait illi Abbas Symeon: Crede mihi, fili, quia vere omnino non debes; hilarum enim facie, & grato animo te suscipient Patres, gaudiumque illis fiet & exultatio in conuersione tua. Et hoc autem scito, fili, quia Deus signum in te facturus est, vt agnoscas, quoniam ignouit tibi illius immensa, & ineffabilis bonitas peccatum istud. Venientem igitur in Raythu supinis manibus exceperunt patres, miseruntque ipsum in sanctum sacrarium. Quadam igitur die Dominica cùm ferret² sanctum, & viuificum sanguinem magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, continuo exijt oculus eius vnus. Atque ex hoc³ signo cognouerunt Patres, quia ignouisset illi Deus peccatum istud, iuxta verbum magni Symeonis.

¹ *Vides quòd etiam antiquitus monachi tondebantur?*

² *Ecce quomodo in sacra Eucharistia est sanctus Spiritus*

D d 4

vini.

*uiuificus sanguis magni Dei & Saluatoris nostri
Iesu Christi.*

3 *Habes ex hoc loco, monachum non debere dimittere
institutum suum. Quod si facit, valde peccat.*

*De demone, qui in habitu monachi profectus est
ad cellam cuiusdam senis in Raythu.*

C A P V T. CXIX.

DICEBAT nobis Abbas Eusebius Presby-
ter eiusdem monasterij Raythu, cum ad
illum venissemus, quod dæmon in habitu
monachi profectus fuit ad cellam senis, & cum
pulsasset ianuam, aperuit senex, & dixit illi: O-
ra. Dæmon autem ait. Et nunc & semper, & in
secula seculorum. Amen. Senex autem rursus di-
xit: Ora. Et dæmon similiter ait: Nunc, & semper,
& in secula seculorum. Amen. Tunc senex: &
dic: Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto, etiam
nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.
Hoc autem cum dixisset senex, dæmon quasi
viam passus ab igne, euauit.

*De Tribus monachis mortuis inuentis à
piscatoribus Pharonitis.*

C A P V T. CXX.

NARRAVERUNT nobis, Pharonitæ
piscatores, dicentes: Die quadam inimus in
Buchrin trans mare rubrum, & cum pluri-
mos pisces cœpissimus, reuersi sumus, & veni-
mus prope Perelium. Volentesque transfretare
in Raythu, prohibiti sumus à ventis contrarijs,
ac maris tempestate detenti sumus per dies nona-
ginta. Venientes autem in quoddam maximum
desertum, inuenimus subter vnum saxum tres
Anachoritas defunctos, indutos collobijs de sibi-
no; me-

no; melotesque illorum iuxta eos erant positæ.
Accepimus itaque illos, & duximus ad nauem,
continuoque æstuans mare tranquillum factum
est, & venti contrarij in oportunos conuersi sunt.
Et transfretauimus secundis ventis, & venimus
in Raythu. Patres autem sepelierunt eos cum an-
tiquis senibus.

*Vita, & mors Abbatis Gregorij Byzantini,
& alterius Gregorij Pharonitæ eius
discipuli.*

C A P V T. CXXI.

NARRAVERUNT nobis ipsius loci patres de Ab-
bate Gregorio Byzantino, & discipulo eius
Abbate Gregorio Pharonite, quod in insu-
la quadam maris rubri manserint. Illa verò insu-
la aquam non habebat. Sed ex continenti affer-
bant aquam sibi in vsus suos. Habebant enim ra-
tem, cum qua exibant, & afferebant aquam. Qua-
dam autem die dimiserunt ratem in mare, ligantes
illam ad saxum quoddam. Nocte verò illa fa-
cta est vnda vehemens, ruptoque fune periit ratis.
Manserunt autem patres illi non habentes, vnde
sibi aquam deferrent. Post octo itaque menses
venerunt monachi de Raythu, & inuenerunt
ambos mortuos. Inuenerunt autem & in dorso
testudinis ita scriptum: Abbas Gregorius Phara-
nites viginti & octo diebus aquam non bibens
defunctus est, ego autem dies triginta septem
transegi, ex quo non bibi. Inuenimus verò ambos
integros, sumentesque illos¹ sepeliuimus in
Raythu.

1 *Ergo sepelire mortuos est opus pium.*

D d 5

DE

De duobus monachis, qui nudi ingressi sunt Ecclesiam, ut communicarent, nec visi sunt ab aliquo, nisi ab Abbate Stephano.

C A P V T C X X I I.

Veniimus ad Abbatem Stephanum Cappadocem in Sina monte, narrauitque nobis, dicens: Cùm essem ego in Raythu ante hos annos, quinta feria cenæ Domini, eram in Ecclesia. Cùmque consummaretur sancta oblatio, patresque omnes abissent, ecce video duos quosdam Anachoretas Ecclesiam ingredi, erant autē nudi, nullusque patrum alius animaduertit, quod nudi essent, nisi ego solus. Cùm igitur communicassent Dominico corpori, & sanguini, exierunt de Ecclesia, & abibant. Ego autem vnà cum illis exiui. Cùm ergo egressi essemus, prostrauit me illis dicens: Facite charitatem, accipite me vobiscum. Cognouerunt autem, quia videram illos nudos, & dixerunt mihi: Benè sedes, quiesce. Rursus ego rogabam illos, ut acciperent me secum. Tunc dixerunt mihi: Non potes nobiscum esse, sede, bona enim tibi sedes est. Facientes autem mihi orationem, vidente me super aquas rubri maris pedibus ingressi sunt, & trans mare abierunt.

- 1 *Sanctam oblationem appellat sacram Eucharistiam.*
- 2 *Et hic habes in Eucharistia esse verum corpus, & sanguinem Domini: Verum quod Anachoretæ sub vtraque specie communicauerint, non te scandalizet quia dudū hoc fuit, dū hæc consuetudo vigeret in Ecclesia.*

Vita Abbatis Zosimi Cilicis.

C A P V T C X X I I I.

Perreximus ad Abbatem Zosimum Cilicem in monte, Sina, vbi morabatur. Renuerat enim Episco-

Episcopatum senex, & redierat in cellulam suā. Erat autem vir magnæ abstinentiæ, narrauitque nobis dicens: Cùm essem iunior, exiui de Sina, & abij in Ammoniadem, ut illic morarer; inueniq; ibi senem vestitum collobio de sibino. Senex autem vt vidit me, priusquam illum salutarem, ait mihi: Quid huc aduenisti, Zosime? Vade, non potes hic sedere. Existimans autem, quia cognouisset me, prostrauit me ante illum dicens: Fac charitatem, pater. Vnde me nosti? Senex autem dixit mihi: Ante duos dies apparuit mihi quidam dicens: Ecce veniet ad te monachus quidam, nomine Zosimus. Non permittas eum hic manere. Volo enim Ecclesiam Babylonis, quæ in Aegypto est illi credere. Tacuitque senex, & dimisso me, abijt à me, quantum est iactus lapidis. Et cùm duas horas in oratione compleset, venit ad me, & osculans faciem meam ait mihi: Fili charissime, benè venisti. Deus enim te huc adduxit, vt commendes terræ corpus meum. Dixi autem ei: Quor annos in hoc loco habes, Abba? Dixit ad me: Quadragesima & quinque annos impleo. Et apparuit mihi facies eius tanquam ignis. Et ait mihi: Pax tibi, fili, & ora pro me. Et hæc dicens collocauit se ipsū, & requieuit. Ego autem, effossa humo, sepeliui eum, & post duos dies receiui glorificans Deum.

1 *Vide quantum curam habeat Deus sepulture serorum suorum. Igitur sepelire mortuos est opus ei placens.*

C A P V T C X X I I I I.

Narrauit autem nobis & hoc senex, dicens: Ante annos viginti duos ascendi in Porphoritem, volens illic morari, Accepi autem & discipulū meum Ioannem mecum. Cùm ergo

ergo illuc venissemus, inuenimus duos Anachoretas, mansimusque prope illos. Erat autem alter quidem ex his Galata, nomine Paulus. Alter vero Melitinus, nomine Theodorus, ex monasterio fu-
 erat Abbatis Euthymij. Ferebant autem ¹ collobia ex pellibus bubalorum. Mansi autem illic ferme duos annos, distabamusque ab inuicem quasi duobus stadijs. Die autem quadam cum sederet Ioannes discipulus meus, percussit eum serpens, statimque defunctus est, sanguinem ex omnibus partibus fundens. In multa igitur angustia existens, abij ad Anachoretas. Qui statim ut viderunt me turbatum, & afflictum, antequam aliquid dicerem ad eos, dicunt mihi: Quid est, Abba Zosime? Mortuus est frater? Dico illis: Ita sane mortuus est. Venientes igitur mecum, videntesque ipsum in terra iacentem, dicunt mihi: Noli contristari, Abba Zosime. Adest diuinum adiutorium. Vocantesque fratrem dixerunt: Frater Ioannes, surge, quia senex te opus habet. Continuoque surrexit frater de terra. Querentes autem bestiam, & inuenientes, tenuerunt eam, & in conspectu nostro illam in duas partes distuperunt. Tunc dicunt mihi: Abba Zozime, vade in Sina: Deus enim tibi committere vult Ecclesiam Babylonis. Continuo itaque recessimus nos. Cumque venissemus in Sina, post paucos dies Abbas misit me, & duos alios in ministerium in Alexandriam. Tenensque nos Papa Alexandrinus beatissimus Apollinaris, omnes tres fecit Episcopos, vnum quidem Heliopoleos, alium Leontopoleos, me vero in Babylonem misit.

¹ Ecce vilitatem habitus antiquorum monachorum.

Factum Pulchrum Abbatis Sergij Anachoretæ.

Narra

C A P V T. CXXV.

Narrauerunt nobis quidam patrum in Sina de Abbate Sergio Anachoreta, quod cum moraretur in Sina, constituebat illum dispensator super burdones. Cum ergo die quadam properaret, ecce leo iacebat in via. Porro burdonarij, burdonesque, viso leone, timore correpti, recesserunt. Tunc Abbas Sergius sumens de peravnam benedictionem, profectus est ad leonem, dixitque ei: Accipe benedictionem patrum & ¹ recede de via, ut transeamus. Sumptaque leo benedictione recessit.

¹ Etiam irrationalibus creaturis in virtute Dei Sancti imperant.

Egredi: Responsio Abbatis Orenti montis Sina.

C A P V T CXXVI.

Dicebant nobis eiusdem loci sancti patres de Abbate Orento, quod die quadam Dominica ingressus est senex in Ecclesiam verso fago suo, ita ut foris villosus esset. Stante igitur eo in choro, venerunt quidam de dispensatoribus loci, & dixerunt seni: Cur ita, pater, ingressus es converso fago tuo in Ecclesiam ad derisionem nostram coram peregrinis? Respondit ei senex: Vos euerdistis Sina, & nemo vobis dixit aliquid, & ego quia conuertis fagum meum, dicitis mihi: Quare conuertis fagum tuum? Ite, corrigite, quæ euerdistis, & ego corrigam quæ euersti.

Vita Abbatis Georgij sancti montis Sina; & Anni cuiusdam ex Galatia Phrygia.

C A P V T CXXVII.

Narrauit nobis Abbatissa Damiana solitaria, mater Abbatis Athenogenis Episcopi Petresis,

sis, dicens: Erat quidam Abbas in sancto monte Sina, nomine Georgius, magnæ virtutis, & abstinentiæ vir. Huic Abbati Georgio magni sabbari die sedenti in cellula sua venit desiderium faciendi sacrum¹ diem Resurrectionis in sancta Ciuitate, & sumere veneranda² mysteria in sancta Christi Dei nostri Resurrectione. Per totam ergo diem senior huiusmodi cogitatione sollicitabatur, & orabat. Cum itaque sero factum esset, venit discipulus eius dicens ei: Tibe pater, vt eamus ad synaxim. Senex autem respondit ei: Vade, & tempore sanctæ communionis veni ad me, & pergam. Mansit itaque senex in cellula. Cum autem aduenisset tempus sanctæ communionis in sancta Resurrectione, inuentus est senex prope Archiepiscopum beatum Petrum, qui præbuit illi cum presbyteris sanctam communionem, Videns igitur eum Patriarcha, dixit Menæ assessori suo: Quando venit Abbas montis Sina? Respondit ille: Per orationes vestras, Domine, non vidi illum nisi nunc solummodo. Tunc ait Patriarcha: Dic illi, vt non recedat. Volo enim, vt mecum sumat cibum. Ille verò profectus id dixi seni. Quid ait: Voluntas Dei fiat. Cum ergo senex saluasset synaxes, adorato³ sancto Monumento, inuentus est in cellula sua. Et ecce discipulus ipsius pulsauit, & dixit: Pater, veni, vt communices. Senex verò profectus in Ecclesiam cum discipulo suo, iterum sumpsit⁴ veneranda mysteria. Petrus autem Archiepiscopus contristatus, quod illi inobediens fuisset, post solennitatem misit ad Episcopum Phari Abbatem Photinum, & ad patres Sina, vt Abbatem ad se mitterent. Cum ergo venisset, qui attulerat literas, dedissetque illas, misit & senex tres Presbyteros, Abbatem scilicet Stephanum Cappadocem magnum

num illum virum, cuius & supra meminimus, & Abbatem Zosimum, cuius etiam superius mentionem fecimus, & Abbatem Dulcimum Romanum ad Patriarcham, purgauitque se ipsum senior scribens, ac dicens: Absit à me, mi domine sanctissime, vt sanctum Angelum vestrum contempserim. Scripsit autem & hoc ad eum: Vt sciat beatitudo vestra, post sex menses Christo Domino, ac Deo nostro simul occurruri sumus, & illie adorabo vos. Egressi itaque Presbyteri: i dederunt Patriarchæ literas. Dixerunt autem & hoc ei, quoniam senex multos annos habebat, ex quo non venerat in Palæstinam. Ostendebant item & literas Episcopi Phari simul contestantes, quod ferme septuaginta annos haberet senex, ex quo de sancto monte Sina non exierat. Sanctus verò ac mitissimus Petrus afferebat testes eos, qui tunc affuerant Episcopos & clericos dicentes: Verè nos senem vidimus, & omnes osculo sancto illum salutauimus. Postquam igitur impleti sunt sex menses, requieuerunt in pace senex & Patriarcha, iuxta scilicet ipsius senis prophetiam.

Narrauit nobis eadem abbatissa Damiana & hec dicens: Die sancto, pasceue, antequam includeret, abij ad sanctum Cosmā. & Damianum & illic totā noctē peregi. Venit itaque sero anus quædā ex Galatia Phrygiæ, & dabat omnibus, qui in templo erant, duo minuta, Die igitur quædā nepotis mea, & fidelissimi Imperatoris Mauritij, veniens in sancta ciuitate orationis gratia, egit ibi annū integrū Assūpsi ergo eā, & adduxi ad sanctos Cosmā, & Damianū. Cum igitur in oratorio essemus, aio cognatæ meæ: Vide filia, quia venit anus quædam dans duo minuta (ea enim mihi sepius dederat) Sume illa, ne superbias. Illa autem indignans

indignans dicebat : Mandatum habeo accipere
Tunc dixi ei: Etiam , accipe . Mulier enim sancta
est , & magnæ virtutis . Tota enim hebdoma-
da 7 ieiunat , & quicquid in hebdomada labo-
rans lucratur , erogatur his , qui in templo inue-
niuntur . Est autem vidua quasi annorum o-
ctoginta . Sume igitur duo minuta , & da illa tu
quoque alteri . Tantum ne respicias animum istius sa-
crificium . Ista nobis loquentibus , ecce anas veni-
ens duo minuta erogabat . Veniensque dedit mi-
hi cum omni silentio . Dedit autem & nepti meæ
dicens : Accipe ista , & comede . Cum ergo abiisset ,
agnouimus , quod Deus illi reuelasset , quod dixe-
ram ei , ut acciperet , & alteri pauperi daret . Misit
igitur unum ex pueris suis , & de duobus minutis
emit lupinos , & comedit . Assueverat autem eo-
ram Deo dicens , eos tanquam mel dulces fuisse ,
ita ut miraretur , & glorificaret Deum , qui dat gra-
tiam seruis suis .

- 1 Nota sacrum diem Resurrectionis.
- 2 Sacram Eucharistiam appellat veneranda mysteria.
- 3 Adorato sancto Monumento.
- 4 Veneranda mysteria sapit, id est sanctam communionem.
- 5 Etiam olim Dies parascæve sanctus erat.
- 6 Ecce peregrinationes ad loca sancta, & pernoctationes apud illa.
- 7 Assidua ieiunia, & eleemosynæ sunt sanctarum mulierum exercitia.

*Vita Adelphij Episcopi Arabessi, & de beato Ioan-
ne Chrysostomo.*

C A P V T C X X V I I I .

PERR EXIMVS ad Abbatem Athanasium
in monasterium sancti patris nostri Sabæ,
narra-

narravitq; nobis, dicens: Audiui referente Abba-
te Athenogene Episcopo Petræ, filio Abbatissæ
Damianæ tale aliquid. Fratrem habuit auia mea
Ioanna, nomine Adelphium Episcopum Ara-
bessi, sororem quoque Abbatissam monasterij
mulierum. Quadam verò die abiit Episcopus
ad monasterium visitandæ sororis gratia. Et
cum intraret atrium monasterij, vidit unam de
sororibus à dæmone correptam, & in pavemento
proiectam. Conuocans igitur Episcopus so-
rorem suam, ait illi: Placet ne tibi, ut soror ista
perturbetur à dæmone, & dehonestetur? An ig-
noras, quia iudicium portas omnium sororum,
ut Abbatissa? Quæ dixit ei: Et ego quid possum
facere aduersus dæmonem? Episcopus autem
rursus dixit ei: Et quid hic tot annis facis? Fa-
ctaque oratione, Episcopus mundauit à dæmo-
ne sororem illam.

i. Oratione sua sanctus Episcopus mundauit monia-
lem à dæmone.

Rursus idem Abbas Athanasius narrauit no-
bis de eodē Episcopo Adelphio, dicens, sese
venerabilem Ioan sororem ipsius ita referentem
audisse: Cum sanctissimus Episcopus Constanti-
nopolitanus Ioannes Chrysostomus in Cucusū
in exilium missus est, in domo nostra mansit.
Et hoc igitur ingentem confidentiam & chari-
tatem habuimus ad Deum. Dicebat ego frater me-
us Adelphius, cum in exilio mortuus esset beatif-
simus Ioannes: Dolorem pertuli incredibilem, &
talis, ac tantus vir, orbisq; magister, lætificans Ec-
clesiā Dei, à throno suo exul defunctus est. Depre-
tabar ergo, inquit, Deū cum multis lachrymis, ut
ostendere mihi dignaretur, in quo statu esset, &
Ee an cum

an cum Patriarchis adnumeratus esset. Cum ergo diutius orassem, in extasi effectus sum, aspexiq; virum nimis speciosum, qui tenens manum dexteram meam, adduxit me in locum quendam illustrem, & gloriosissimum, ostendebatque mihi Ecclesie doctores. Ego vero circumspiciebam, videre quarens, quem cupiebam, magnum Ioannem dilectissimum meum. Cum ergo ostendisset mihi omnes, & vniuscuiusq; proprium nomen expressisset, rursus tenens me per manum, eduxit me foras. Ego autem sequebar illum tristis, quod non vidissem cum patribus, & Ecclesie magistris beatum Ioannem. Cum itaque egrederer, is, qui praeerat ianua, apprehendens me dixit mihi: Quid habes, cur tristis es? Nemo vniquam huc ingressus, tristis exiit. Tunc dixi illi: Haec mihi causa moris est, quod amantissimum mei Ioannem Episcopum Constantinopolitanum vna cum ceteris doctoribus non vidi. Rursum dixit mihi, Ioannem dicis poenitentiae ducem? Aio ego: Illum sane. Respondens autem dixit mihi: Ipsum homo in carne viuens videre non potest. Illic enim ² assistit, vbi thronus est Domini.

2 *Ecce quomodo anima beatissimi Ioannis est in calce ante thronum Dei.*

Vita Cuiusdam Stylitae.

C A P V T. CXXIX.

Abbas idem Athanasius narrauit nobis audisse se narrantem Abbatem Athenogenem Episcopum Petrae, quod in prouincia sua fuerit Stylites quidam, ad quem omnes, qui Veniebant, inferius stantes loquebantur, eo quod non haberet scalam. Si quando igitur dixisset il-

li fra.

li frater: Volo tibi dicere cogitationem: dicebat & ipse illi leni voce: Veni ad gradus columnae ibatque ipse ad aliam columnae partem & ita loquebantur mutuo, Stylita quidem superius stante, fratre autem inferius. Caeterorum vero, qui assistebant, nullus ea, quae dicebantur, audire poterat.

DI C E B A T & hoc Abbas Athenogenes de eodem Stylita, quod duo seculares se mutuo valde diligentes, pergebant ad eum multis annis ambo simul, & nunquam vnus sine altero proficiscentes. Quadam ergo die venit, nesciente socio suo, alter ad illum. Cumque plures horas pulsaret ianuam, noluit illi senex aperire, ita vt ille taedio deuictus reuerteretur. Reuertenti autem occurrit amicus eius, pergens & ipse ad Stylitem, rursumque reduxit eum secum, vt ambo ingrederentur ad senem: Cum ergo pulsarent ianuam, mandauit senex, vt qui posterior venerat, ingrederetur solus. Ingressusque posterior coepit rogare senem, vt & alius introiret. Senex autem dixit ei, se non posse illum suscipere. Perseueranti vero, & per multam horam deprecanti ait senex: Deus illum auersatur, fili, & ego illum suscipere non possum. Cumq; ad propria redijissent, post duos dies ille defunctus est.

Admonitiones Abbatis Athanasij, & mirabilis eius visio.

C A P V T. CXXX.

Dicebat idem Abbas Athanasius: Patres nostri continentiam, & paupertatem, ac nuditatem rerum omnium vsque ad mortem seruauerunt; nos autem ventres nostros &

Ec 2

crumē

cruminas dilatauimus. Dixit iterum senex: Sub patribus nostris in studio erat distractiones animi vitare: nostris verò temporibus olla obtinuit, & opus manuum.

NARRAUIT nobis & istud Abbas Athanasius de se: Venit, inquit, mihi aliquando cogitatio, dicens: Quid putas erit certatibus, & non certantibus? Et cum factus essem in extasi, venit ad me quidam dicens mihi: Sequere me. Adduxitq; me in quendam locum plenum luminis, & gloriæ, statuitq; me iuxta vnam ianuam, cuius species enarrari non potest. Audiebamus autem interius quasi multitudinem innumerablem laudantiu Deum. Cumq; pulsaremus, audiuit quispiam intus, & dixit: Quid vultis? Ait ductor meus: Ingredi volumus. Respondit ille: Nō huc ingrediatur quispiam in negligentia degens. Sed si intrare vultis, abite, certate, nihil estimantes vanitates seculi.

1. *Vide que virtutes priuscos monachos commendabiles redderent.*

2. *Aduerte, heretice, qui nullas in hac vita sustinere vias pugnas, & labores regnum cælorum non patere nisi legitimè certantibus.*

*Vita Abbatis Zachari Sanctæ
Sion.*

C A P V T. CXXXI.

NARRAUIT nobis Procopius S. holasticus Porphyronites de Abbate Zachæo, dicens: Duo filij mei in Cæsarea debebant. Facta est autem in Cæsarea magna mortalitas, egoque affligabar propter filios meos, ne morerentur: & ignorabam, quid agerem. Dicebam enim in me ipso: Si mittam, & accipiam eos inde,

iram

iram Dei fugere possibile non est. Sed si dimittam eos illic, morientur, & non videbo illos. Nesciens itaque quid agere deberem, dixi: Vadam ad Abbatem Zachæum, & quod dixerit mihi hoc faciam. Perrexi igitur in sanctam Sion, illic enim semper morabatur, & non inueni eum. Veni autem in atrium sanctæ Mariæ Dei genitricis, & inueni illum stantem in angulo atrij, dixiq; illi de filiis meis. Cum ego me audisset, ad Orientem conuersus est, & intendit in cælum quasi per horas duas nihil omnino loquens. Tūc verò conuersus ad me, dixit mihi: Confide, ac noli affigi. Filij tui non morientur in hac peste. Sed & post duos dies cessabit de Cæsarea mortalitas. Quod & factum est iuxta verbum senis. & ista quidem Procopius S. holasticus, vt dixi, enarrauit nobis.

C A P V T. CXXXII.

ABBAS autem Cyprianus, cognomento Cuculas, cuius monasterium est extra portam Cæsarię, narrauit nobis, cum ad illum venissemus, dicens: Cum vastaret urbem istam scua illa & horrenda mortalitas, inclusi me ipsum in cella mea, deprecans clementiam Domini, vt nostri miseretur, & auerteret imminentem iram. Venitq; mihi vox dicens: Abbas Zachæus accepit hanc gratiam.

De Sancto monacho, qui Sarracenum venatorem per duos dies immobilem reddidit.

C A P V T. CXXXIII.

NARRAUIT: Sarracenus gentilis ex his qui in Clysmo morabantur, hæc nobis dicens: Cū

Ec 3 abijt

abijsem ad montem Abbatis Antonij, vt ven-
 rer, pergens aspicio monachum in monte seden-
 tem, tenentemque librum, & legentem. Ascendi
 igitur ad eum volens illum cedere, fortassis au-
 tem etiam necare. Cumque venissem propè il-
 lum, extendit contra me manum suam dexteram,
 dicens, Sta. egique illic duos dies, & duas noctes
 nullo modo moueri prauatens ex eo loco, ubi
 eram. Tunc dixi illi, Per Deum, quem colis, dimit-
 te me. Ille autem dixit mihi: Vade in pacem. Et ita
 recedere potui de loco, in quo eram.

Vita Theodori Anachoretæ.

C A P V T. CXXXII.

Anachoreta quidam erat in partibus sancti
 Iordanis, nomine Theodorus. Hic venit
 ad cellam meam dicens: Fac charitatem,
 Abba Ioannes, & quære mihi librum, qui conti-
 neat totum testamentum nouum. Quærens igi-
 tur inueni, quia Abbas Petrus, qui postea fuit
 Chalcedonensis Episcopus, opus, talem habebat. Abij-
 itaque, & dixi ei. Et ostendit illum mihi in mem-
 branis valde pulchrum. Et dixi ei: Quantum va-
 let: Qui respondit: Tria numismata. Dixit iterum
 mihi: Tu illum emere vis, an alius? Et aio illi: Cre-
 de mihi, Anachoreta ipsum vult. Tunc ait mihi
 Abbas Petrus: Si Anachoreta ipsum vult, gratis
 illum accipe. Sum autem & tria ista numismata,
 & siquidem placet illi liber, teneat illum; sin au-
 tem illi non placet, ecce habet tria numismata,
 eme illi iuxta votum suum. Sumens ergo librum
 detuli Anachoretæ. Qui, sumpto libro, abiit in
 eremum. Cum autem duos ferè menses egisset,
 rediens Anachoreta venit in cellam meam di-
 ceps: Scito, Abba Ioannes, quia cogitatio mea
 affligit,

affligit, eò quòd gratis habeo librum. Aio au-
 tem ad illum: Noli pro hoc affligi. Abbas Petrus
 diues est, & bonus, gaudetque in hoc. Ait mihi
 rursus Anachoreta: Verè non requiesco, nisi pre-
 tium do. Dico illi. Et habes pretium, vt des? Dicit
 mihi: non. Sed da mihi saccum, vt me induam.
 Erat enim nudus. Dedi ergo illi saccum, & pal-
 liolum, & abiit, operariusque factus est in eo la-
 cu, quem fecit Patriarcha Hierosolymorum Io-
 annes in Sigma, accipiebatque quotidianum stipen-
 dium nouem minuta. Veniebat ergo prope me in
 monasterium Heliotarum, comedebatque iupin-
 os, & die tota laborabat. Cum itaque fecisset de
 mercede sua minuta numismatum trium, ait mi-
 hi: Accipe pretium, & librum, & vade ad Domi-
 num suum, & si quidem vult minuta, da illi, sin
 autem non vult, redde illi librum. Ego igitur ve-
 niens nunciaui hæc Abbati Petro. Qui neque pre-
 tium, neque librum accipere volebat. Persuasi ta-
 men ei, vt pecuniam acciperet, neque repudiare
 Anachoretæ laborem. Quam tandem accepit, Et
 pergens ego dedi librum Anachoretæ; qui gau-
 dens remeauit in eremum.

*Vide sancti viri paupertatem, habitus vilitatem &
 opus manuum.*

*De quinque virginibus, quæ exire voluerunt
 è monasterio, & a Demonio cor-
 reptæ sunt.*

C A P V T. CXXXV.

ACCESSIMVS ad Eunuchorum mo-
 nasterium iuxta sanctum Iordanem ego, &
 frater meus Sophronius. Narrauitque no-
 bis Abbas Nicolaus ipse monasterij Presbyter,
 Ec 4 dicens:

dicens: In regione mea, (erat autem ex Lycia) monasterium virginum est ferme quadraginta. In hoc ergo monasterio quinque virgines sibi inuicem condixerunt, ut noctu de monasterio fugerent, & acciperent viros. Nocte verò quadam eam dormitent sanctimoniales omnes, illis consultantibus, ut vestimenta sua acciperent, & fugerent, continuo quinque omnes à dæmonio correptæ sunt. Quo factò, non amplius exierunt monasterio, sed confessæ peccata sua, gratias egerunt Deo dicentes: Gratias agimus magnorum inductorum munerum Deo, qui flagellum hoc nobis induxit, ut à nimia nocturne non perirent.

1 *Magnum exemplum, quo docentur omnes religiose femine non debere institutum suum deserere; quòd si id fecerint, anime earum peribunt.*

De charitate Abbatis Sisinii erga mulierem Sarracenam.

C A P V T. CXXXVI.

NARRAUIT autem nobis Abbas Ioannes eiusdem monasterij Presbyter, dicens: Audiui ab Abbate Sisinio Anachoreta referente, ac dicente: Die quadam in spelunca mea prope sanctum Iordanem & cum psellerem Tertiam, ecce Sarracena quadam ingressa in speluncam meam, posuit se coram me nudans semetipsam. Ego verò turbatus non sum, sed impleta psalmodia mea cum omni quiete, & timore Dei, dixi ad illam Syriacè: Sede, ut loquar tibi, & tunc faciam, quod vis. Quæ ut resedit, dixi illi: Christiana es, an gentilis? Quæ ait: Christiana. Dixi ad illam iterum: Et nescis, quia qui fornicantur, in supplicium eunt? Quæ ait: Scio planè. Tunc dixi illi: Cur ergo fornicat

picari vis? Respondit: Quia esurio. Et aio ad eam: Noli fornicari, sed veni quotidie, & ut Deus disposuerit, dabo tibi cibum tuum. Ex illa ergo die veniebat ad me diebus singulis, & si quid Deus mittebat mihi, præbebam illi cibum, quoadusque recessi de illis locis.

1 *Ecce quomodo etiam antiqui monachi psallebant horas canonicas, nam Tertia una illarum est.*

Relatio Abbatis Ioannis de Abbate Callinico.

C A P V T. CXXXVII.

DIXIT iterum idem Abbas Ioannes: Cum essem iunior, cupiebam pergere ad magistros, & nominatissimos patres, ut ab eis benedicerer, & edificarer. Audiens igitur de Abbate Callinico magno illo, qui in monasterio Abbatris Sabæ inclusus erat, oravi quandam ex familiaribus illius, ut me ad illum duceret. Abij itaque ad illum. Assidens verò is, qui me adduxerat, frater ad fenestram senis, per multam horam loquebatur cum eo. Ego verò in me ipso cogitabam, quia nunquam viderat me senior, ne forte non gratus susciperet me. Cum verò frater ille recederet, permisit me ingredi, & salutare senem, & benedici ab eo, dicens ad eum: Ora & pro isto seruo tuo, pater, quia inter primos huc venit. Senex autem dixit, Agnosco illum, fili. Nam ante viginti dies descendi ad sanctum Iordanem, & occurrit mihi in via dicens: Ora pro me. Et ego interrogaui eum: Quod est nomen tuum? Aitque mihi: Ioannes: Extunc igitur agnosco eum. Hoc audiens ego cognoui, quia quando cogitavi accedere ad illum, reuelavit illi Deus & nomen meum, & quis essem.

De Abbate Sergio anachoreta, & de monacho gentili, qui baptizatus est.

C A P V T C X X X V I I I.

Narrauit autem nobis & hoc idem senex, dicens: Cùm esset Abbas Sergius, Anachoreta in Roban, postquam recesserat de Sinis, misit huc in monasterium monachum quendam iuuenem, vt baptizaretur. Interrogantibus autem nobis causam, cur nunc baptizaretur, ait nobis minister ipsius Abbatis Sergij: Abbas Sergius quando ad nos venit, volens in eremo manere non biscũ, hũc mihi instituendum tradidit. Ego autẽ illum plurimũ ad mouui, ne se huic instituto incõsideratẽ, ac sine probatione addiceret. Cùm autẽ illum, eiusq; constantiam peruidissem, sumens eum abij ad senem, Senex autem mox vt vidit illũ, antequam quicquam illi loquerer, ait mihi scorsum: Quid vult frater iste: Dixi autem ei: Orat manere nobiscum. Tunc dixit mihi: crede, frater, iste baptizatus non est sed, adduc illum in monasterium Eunchorum, & fac illum baptizati in sancto Iordane. Ego autem ad verba senis stupens, interrogavi fratrem, quis esset, & vnde esset. Ille autem ex Occidente se esse ait parentesque habere gentiles, ac nescire vtrum baptizatus esset, an non. Tunc itaque catechisantes eum fecimus in Iordane baptizari, permansitque in monasterio Deo gratias agens.

¹ *Vides quomodo ritus, qui ex consuetudine Ecclesiæ in Baptismo adhiberi solent, etiam antiquitus obseruabantur.*

Predicatio Abbatis Sergij de Gregorio Duca monasterij Pharan.

C A P.

C A P V T C X X X I X.

De hoc Abbate Sergio Anachoreta narrauit nobis Abbas Sergius Armenius eius discipulus, quod plurimum sibi molestus fuerit Abbas Gregorius, qui erat dux monasterij Pharan, vt illum duceret ad senem. Die ergo quadam adduxit illum ad ipsum. Erat autem senex tũ circa regionem maris mortui. Cùm igitur vidisset eum senex, libentissimẽ salutauit, allataque aqua lauit pedes eius, ac per totam diem collocutus cũ eo de ædificatione animæ, die alia dimisit eum. Postquam verò abscessit Abbas Gregorius, dixi, inquit, ego seni: Scis, pater, quia scandalizatus sum, quod cùm plurimos Episcopos, Presbyteros, & alios duxerim ad te, nullus vnquam illorum pedes lauisi, nisi tantũ Abbatis Gregorij: Tunc ait ad me senex: Fili, ego quis sit Abbas Gregorius, nescio, hoc tantũ scio, quia Patriarcham excepi in speluncam meam. Nam & pallium sanctum illũ fecentem vidi, & Euangelium. Quod ita factum est. Post sex enim annos ipsum Abbatem Gregorium, ita ordinante Deo, Patriarcham Theopolitanum factum vidimus, sicut prædixerat senex.

¹ *Si plurimos Episcopos, ac Presbyteros, & alios duxit ad senem, ergo non omnes fideles sunt ex æquo Episcopi, non omnes Presbyteri, vt nunc quidam mentiuntur.*

Vita eiusdem Gregorij Patriarchæ Theopolitani.

C A P. C X L.

DI C E B A N T quidam senem de hoc Patriarcha Theopolitano Gregorio, quod his maximẽ virtutibus fuisset insignis elemosinis scilicet, iniuriarum obliuione, & lachrymis.

Habebat

Habebat autem & compassionem maximam ad eos, qui peccabant. Quarum omnium rerū nos sepe experimenta cœpimus.

1. *Virtutes quæ sanctum patrem reddebant commendabilem.*

Prudens responsio Abbatis Olympij.

CAP. CXLII.

Fater quidam venit ad Abbatem Olympium in monasterium Abbatis Gerasimi prope Iordanem, & dixit ei: Abba, quomodo sedes in spelunca ista propter æstus magnitudinem, & cyniphes: Respondit ei senex: Fili, ista idcirco tolero, vt futuris cruciatibus liberer. Ideo cyniphes patior, vt immortalē effugiam vermem; similiter & æstum hunc perfero, sempiterni ignis supplicia metuens. Hęc enim sunt temporalia sunt illa verò finem nullum habent.

Alia Prudens Responsio Abbatis Alexandri.

CAPVT. CXLIII.

Fater alius perrexit ad Abbatem Alexandrū ipsius monasterij Abbatis Gerasimi ducem, & ait illi: Abba, volo ex eo loco, vbi habito, discedere. Valde enim acedia, & tædio animi laboro: Respondit ei Abbas Alexander: Istud fili, signum est, quia nec regnū cœlorū, nec æternum cruciatū in mente habes. Nam si istā sollicita intentione cogitares, nullam in cella tua acediam sentire.

Vita David Latronum principis, postea monachi effecti.

CAPVT. CXLIII.

Cum venissemus in Thebaidem, conuenimus Sophistam Phibamonem in vrbe Antinoe. Narra-

Narrauitque nobis vtilitatis nostræ gratia de latrone quodam, nomine David, qui apud Hermapolim plurimos expoliabat, plures etiam interficiebat, & innumera perpetrabat mala; ita vt nullus ei in his crudelitatis operibus conferri posset. Eratque famosissimus inter omnes. Die verò quadam cum exerceret latrocinia cum socijs plusquam triginta, rediens in semetipsum, compunctusque in his quæ perpetrauerat, sceleribus, relictis socijs abiit ad monasterium. Cumque pulsus et monasterij ianuam, exiit ostiarius, & dixit ei: Quid vis? Princeps autem latronum ait: Monachus fieri volo. Ingressus verò ostiarius nunciauit Abbati de illo. Egressus ad illum Abbas, & videns, quia iam senex esset, dixit ei: Non potes hic manere. Multum enim laborem tolerant fratres abstinentiæ; magna est. Et tu cum aliter assuetus sis, districtiorem monasterij ferre non præuales. Ille autem orabat dicens: Vtique faciam omnia; tantummodo suscipe me. Porro Abbas in sententia sua persistebat, dicens: Non potes ferre. Tunc ait illi latronum princeps: Vt scias, ego sum David princeps latronum, & idcirco veni huc, vt desicam peccata mea. Si autem me suscipere nolueris sub iurcurando tibi potest per eum, qui in cœlo habitat, quia rursus ad priorem statum remeabo, & assumptis mecum socijs meis, vos omnes interficiam, torumque monasterium euertam. His auditis, Abbas suscepit eum intra monasterium, condensque illum tradidit ei religiosum habitum. Cœpit igitur in spiritali militia veteranus tyro pugnare, & abstinentiæ, ac obedientiæ, humilitatisque studijs cunctos, qui erant in monasterio, transcendere (erat autem ferè septuaginta monachi) cunctos edificans, omnibusque existens forma

forma virtutis, & sanctitatis exemplum. Die verb quodam sedente illo in sua cellula, missus est ad eum Angelus Dei, dicens: Dauid, Dauid, remisit tibi Deus peccata tua, & eris ex nunc signa faciens: Qui respondens dixit: Credere non possum, quod omnia peccata mea illa plura, quam arena maris, atque grauiora, tam breui tempore mihi remisit Deus. Cui angelus ait: Si sacerdoti Zacharie non credenti mihi, cum illi filium pollicerer; non peperci, sed eius vini linguam, docens illum non debere esse incredulum his, que a me dicebantur, nec tibi quidem parciturus sum. Idcirco eris amodo non loquens. Dauid autem prostratus humi ait: Cum essem in seculo nefaria scelera faciens, & humanum sanguinem fundens, loquebar, modo quando seruire Deo volo, laudesque illi offerre, tu ne linguam meam, ne loquar, ligas? Respondit illi Angelus: Cum implebis psalmodia canonis, loqueris, preter canonem vero penitus tacebis. Quod & factum est; plurimaque per illum Deus miracula ostendit. Psallebat igitur psalmos, nulum vero verbum aliud omnino loqui poterat. Qui vero nobis ista narravit, se illum vidisse asserbat.

1 *Vides quod qui Monachus fiebat, condebatur, & nouum suscipiebat habitum.*

2 *Ecce quibus armis Monachi Deo militanti.*

3 *Antiquis etiam patribus Psalmodia vsus erat frequentissimus.*

Admonitiones vnus ex Senibus, qui erant in cellis.

C A P V T C X L I I I .

Dicebat quidam de senibus fratribus, qui erant in cellis: Non appetamus Aegyptijs seruire voluptati-

luptatibus, que Pharaoni pernicioso tyranno obnoxios faciunt. Dixit iterum: Utinam quantum studij circa mala habent homines, tantum haberent circa bona; & ingens ad spectacula studium, & ad vanas, turpesque solennitates, nec non auaritiam, & inanem gloriam, atque iniustitiam, transferrent ad effectum pietatis. Nunquam profecto ignorassemus, quantum a Deo honorati sumus, & contra daemones possumus. Dixit iterum senex: Deo maius nihil est, sed neque par, neque quod non maxime inferius sit. Quid ergo illis fortius, ac beatius, qui Deum habent adiutorem? Dixit iterum: Vbi que quidem Deus est, pijs autem, & in spiritali exercitio sudantibus propinquat; non his, qui professione sola honestantur, sed his, qui illustrantur operibus. Vbi vero Deus est, quis insidiari valet, aut nocere poterit?

Dixit iterum: Hominum virtus non in natura consistit, hæc enim variabilis est, sed in proposito pietatis, & in Dei adiutorio. Curemus itaque animam nostram, filij, quem admodum & corpus facimus. Rursus ait senex: Colligamus animæ curationes, hoc est pietatem iustitiam, humilitatem, subiectionem. Maximus enim animarum medicus Christus Deus noster prope est, vultque curare nos. Non ergo negligamus, neque aspernemur. Ait rursus: Docet nos Dominus sobrios, ac frugales esse. Nos autem miseri per delicias effluimus in voluptates. Dixit iterum senex: Commendemus nos ipsos Deo, quem admodum ait Paulus, quasi ex mortuis viuentes, neque preteritis intendentes, obliuiscamur anteriora; Sed secundum destinationem persequamur ad brauium supernæ vocationis. Interrogatus hic senex a fratre quodam, quid causæ esset cur assidue iudicaret

iudicaret fratres, respondit: Quia necdum te ipsum cognouisti. Nam qui se ipsum nouit, fratrum vitia non aspicit.

Virtutes monachorum cōmendabiles.

Vita beati Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani, & de eius lectore Charisio.

C A P V T CXLV.

Accelsumus in cœnobium, quod dicitur Salamana, nono ab Alexandria milliario distans inuenimusque illic duos presbyteros senes, qui dixerunt nobis, Constantinopolitanę Ecclesię se esse presbyteros, narrabantque nobis de beato Gennadio Constantinopolitana Patriarcha, quod fuerit mitissimus, & mundus corpore, multumque continens.

Dicebant & hoc nobis de ipso, quod cum molestaretur à plurimis de quodam clerico nimis delinquente, Charisio nomine, accessit eum Patriarcha, ipsumque emendare conatus est. Cum vero nihil increpando proficeret, permisit illi & ecclesię paterna censura flagellari. Postquam vero didicit in nullom eliore fieri, neque per verba, neque per flagella (Vacabat enim homicidijs, & magicis pręstigijs) misso quodam Apocrifario suo iussit, vt diceret sancto martyri Eleutherio Erat enim lector in ipsius oratorio Charisius) Miles tuus, sancte Dei Eleutheri, multum peccator est. Aut emenda illum, aut excide. Venit igitur Apocrifarius in oratorium, stansque ante altare, ac intendens ad sepulchrum Martyris, extendensque manum suam ait Martyri. Patriarcha Gennadius significat vobis, sancte Christi martyr Eleutheri, per me peccator em, quia miles tuus multum peccat. Aut emenda illum, aut præcide eum. In certinum

finum vero mortuus inuentus est scelerum oppifex Charisius.

Vides quantum habeant Sancti potestatem post mortem.

Visio Eulogij patriarchæ Alexandrini.

C A P V T CXLVI.

CV Messimus in eodem cœnobio, narrauit nobis Abbas Menas cœnobij ipsius pater de sancto Papa Alexandrino Eulogio, dicens: Nocte quadam cum sibi matutinam laudem celebraret in Episcopatus oratorio, vidit prope se assistere Iulianum Archidiaconum. Quem vt vidit turbatus est, cur fuisset ausus ingredi, nihil illi nuncians. Tacuit tamen. Et cum impleisset psalmum, prostravit se humi. Fecit hoc ipsum & is, qui in specie Iuliani Archidiaconi apparuerat. Deinde cum oratione facta, surrexisset Patriarcha, ille nihilominus in pavimento iacebat. Conuersus autem Pontifex dicit. Quando non surgis? Ait. Nisi mihi ipse manum porrigas, & erigas me surgere non possum. Tunc extendit manum suam Eulogius, ac tenens erexit illum, cepitque iterum psallere. Post paulum autem conuersus neminem vidit; Cum igitur impleisset matutinas laudes, vocauit cubicularium suum, dixitque illi: Cur non annunciasti mihi Archidiaconi ingressum; sed ita non nunciatus intrauit ad me hac nocte? At ille neque vidisse aliquem neque ingressum esse asseuerauit: Non credidit Patriarcha, sed ait: Vocam mihi huc ostiarium. Cui venienti ait: Nonne ingressus est huc Iulianus Archidiaconus? Ille vero cum iuramento affirmabat illum neque ingressum neque egressum esse. Tacuit quidem tunc Patriarcha. Manè autem factò, ascendit Archidia-

hidiaconus Iulianus, vt adoraret, dixitq; illi Pontifex: Quare non seruasti ordinem, Archidiacone Iuliane, sed absq; nuncio, ascendisti ad me nocte ista? ait: Per orationes domini mei, neq; huc ascendi, neq; de domo descendi, nisi hora ista tantū. Intellexit tunc magnus Eulogius, Iulianum se vidisse, martyrem, hortante se ad erectionē templi sui, quod ex tempore ferme resolutum, & antiquatum ruinam sui minabatur. Magnaq; cū alacritate amantissimus martyris porrexit manus, eiusq; erexit templum, à fundamentis ipsum instaurās & omnigeno ornatu illustrans, vt sacro martyri conueniebat.

- 1 Ecce quomodo etiam antiquo tempore horæ Canonice erant in vsu, inter quas Matutinum recensetur.
- 2 Habes hic orationem cum prostratione.
- 3 Colligis ex hoc loco, quod templorum instauratio etiam in honorem sanctorum, & illorum ornatus Deo placeat, & opus est laudabile.

Mirabilis emendatio Epistolæ Beati Leonis Romani Pontificis ad Flavianum scriptæ.

C A P V T. C X L V I I.

NARRAUIT nobis & hoc Abbas Menas eiusdem cœnobij pater. audisse se eundem Abbatē Eulogium Alexandrinum Patriarcham dicentem: Cum profectus essem Cōstantinopolim fruitus sum contubernio domini Gregorij Romani Archidiaconi, summi, & singularis viri, nauitq; mihi de sanctissimo, ac beatissimo Leone Romano Pontifice, dicens haberi scriptum in Ecclesia Romana, quod cū scripsisset epistolam ad sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopū contra impios Eurythen, ac Nestorium, posuerit

eam super tumulum principis Apostoli Petri, & orationib; ac vigilijs, & ieiunijs vacans, orauerit ipsum summum Apostolum: dicens: Si quid vt homo, vel minus cautē posui, vel etiam omisi, tu, cū à Domino Deo, saluatore nostro Iesu Christo, & sedes hæc, & Ecclesia commissæ est, emenda. Post 2 quadraginta verò dies apparuit ei Apostolus oranti, & dixi ei: Legi, & emendaui. Sumensq; epistolam de sepulchro beati Petri, aperuit eam: & inuenit Apostolica manu emendatā.

- 1 Nota Orationibus ac vigilijs, & ieiunijs vacans.
- 2 Vide in quanta etiam olim veneratione sanctorum sepulchra habebantur, & quantam potestatem beati Sancti post mortem.

V. sio Theodori Episcopi Darnæ de eodem Beatissimo Leone.

C A P V T. C X L V I I I.

THEODORUS sanctissimus Episcopus Darnæ ciuitatis, quæ in Libya est, narrauit nobis, dicens: Cū essem cubicularius sancti Papæ Eulogij, vidi in somnis viuum reuerendi habitus, statura procenunt, dicentem mihi: Nuncia meum Papæ Eulogio, aduentum. Ad quem ego: Quis es domine qui iubes, vt nunciem? Respondens ille dixit mihi: Ego sum Leo Romanus Pontifex. Ingressus igitur ego nunciaui dicens: Sanctissimus, & beatissimus Papa Leo Romanæ sedis antistes conuenire vos vult. Cū hoc audisset Papa Eulogius, exurgens concitus cucurrit in occursum eius. Salutantesq; se inuicem, oratione facta, resederunt. Tunc verò diuinus, & eximus Leo dixit sancto Eulogio: Scis, quare huc venerim ad vos? Respondit ille: Non. Ait ipsi: Vobis, vt vobis gratias agerem, quia rite, & magnificē

pro Epistola mea respondistis, quam scripseram ad fratrem meum Flavianum Constantinopolitanum Patriarcham, sensum quidem, & sententiam meam aperientes, hæreticorum autem ora obstruentes. Scito autem, frater, quia non mihi tantum vestrum diuinum laborem, studiumq; contulistis, sed etiam supremo culmini Apostolorum Petro, & ipsi præ omnibus, quæ à nobis prædicentur, veritati, quæ est Christus Deus noster. Ista non semel tantum, sed bis terque conspicies, trinâ apparitione firmatus, enarraui sancto Papæ Eulogio. Qui cum audisset, lachrymatus est, extendensque in cœlum manus suas, Deo gratias retulit dicens: Gratias tibi ago, dominator Christe Deus noster, quia cum indignus sim, veritatis tuæ præconem me facere dignatus es, & per¹ orationes seruorum tuorum Petri, ac Leonis, paruam, & modicam alacritatem nostram, tanquam duo viduæ minuta, summa, & ineffabili benignitate tua suscipere dignatus es.

¹ Ergo Sancti pro nobis orant post mortem.

Stupenda relatio Amos Patriarchæ Hierosolymitani de sanctissimo Leone Pontifice

Romano.

C A P V T. CXLIX.

Cum descendisset Abbas Amos Hierosolymam, & Patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes monasteriorum eremi Abbates, ut adorarent eum, inter quos affui & ego cum Abbate meo. Cœpitq; Patriarcha dicere patribus: Orate pro me, patres. Magnum enim onus, & intollerabile mihi iniunctum est sacerdotiq; dignitas me terret immodicè. Petri enim, & Pauli, & similibus est regere rationales animas; ego autem infelix

infelix peccator sum. Plus autem quam cætera timo ordinationum sarcinam. Nam inueni scriptum, quia beatissim⁹, & æqualis Angelis Papa Leo qui Romanorum Ecclesiæ præfuit, per quadraginta dies perseverauit ad sepulchrum Apostoli Petri, vigilijs, & orationibus insistens, petensq; ab Apostolo, ut pro se apud Deum intercederet, ut dimitterentur sibi peccata sua. Impletisq; diebus quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus dicens: Oraui pro te, & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, præterquam impositionis manuum. Hoc enim solum abs te requiretur, siue bene, siue fortassis aliter id egeris.

¹ Habes hic multa contra modernos hæreticos, Sanctorum sepulchra apud antiquos in veneratione fuisse. Motum fuisse apud ea pernoctare, & orationibus insistere. Sanctos posse dici intercessores nostros. Sanctos esse innocuos. Illos orare pro peccatis nostris, & orantes exaudiri. Sanctos scire, quæ circa nos aguntur.

Vita, & sanctitas Episcopi ciuitatis

Rumelli.

C A P V T. C L.

Narrauit nobis Abbas Theodorus Romanus, dicens: Est procul à Romana Vrbe breue oppidum, quod Rumelium dicitur, in eo oppidulo Episcopus erat magnæ virtutis & meriti. Die ergo quadam habitatores oppidi ingressi sunt ad beatissimum Romanum Antistitem Agapitum, accusantes Episcopum suum, ac dicentes, quia in sanctificato vase manducat: Pontifex autem solo auditu percussus, mittit duos ex clericis, ut vincitum Episcopum, & pedibus iter agentem Rom. perducerent. Venientem verò continuò misit in carcerem. Cum ergo tres dies in carce-

re egisset Episcopus, venit Dominicus dies. Et cum Papa quiesceret, illucescente Dominico die vidit in somnis quandam astantem sibi, ac dicentem: Hac die Dominica neque tu offeras salutarem hostiam, neque alius quispiam Episcoporum qui sunt in Vrbe ista, nisi solus Episcopus, quem habes carcere inclusu. Illu enim hodie offerre volo. Experge factus autem Papa, & de visione, quam viderat, hæsitans, dicebat in se ipso: Talem contra illum accusationem suscepi, & ipse habet offerre. Venit igitur ei secundò vox in visione dicens: Dixi tibi, vt Episcopus, qui est in carcere, solus offerat. Ambigèri adhuc tertio apparuit illi eadem repetens. Experge factus autem Pontifex, misit ad carcerem, & accessit ad se Episcopò, percunctabatur eum dicens. Quod est opus tuum? Episcopus autem illi nihil aliud respondit, nisi, Peccator sum. Cum verò Episcopo persuadere nõ posset, vt aliud diceret, tunc ait ad eum Papa: Hodie tu offerre debes. Cum ergo sancto altari assisteret, & Papa prope illu astaret, diaconis altare circumdantibus, cepit sancta missarum solennia. Episcopus Et cum cõpleisset orationem oblationis, antequam concluderet ipsam, cepit se, updo, ac deinceps tertio, & quarto dicere ipsam sanctæ oblationis orationem. Cunctis verò eam moram molestè ferentibus, dicit ei Pontifex: Quid hoc est, quòd iam quarto hanc orationem dixisti, nec eam concludis? Tunc respondit Episcopus: Ignosce mihi, pater sancte, Quia non vidi iuxta consuetudinem sancti Spiritus descensum, idcirco non tentinaui orationem. Sed, sancte mi Dominice, diaconum illum prope me assistentem, qui flabellum tenet, ab altari remouè; ego enim illi dicere non audeo. Tunc iussu diui Agapiti recessit di-

fit diaconus, & continuo vidit Episcopus, & Papa sancti Spiritus aduentum. Sed & velum, quod altari superimpositum erat, vltro sublatum est, textiq; Papam, & Episcopum, & diaconos omnes, qui sancto altari astabant, quasi per tres horas. Tunc venerandus Agapitus, agnita sanctitate Episcopi ex perspecto miraculo, quàmque falsam calumniam perpessus esset cognoscens, quòd illum ita vexauerat tristis effectus, statuit nõ iam amplius per subreptionem quippiam agere, sed cum maturo, consideratoque iudicio, & magna longanimitate procedere.

1 *Ex hoc loco, iunctis que infra dicuntur, habes Missam esse sacrificium & sacram Eucharistiam dici hostiam salutarem.*

2 *Vides sanctos sacerdotes descensum Spiritus sancti in celebratione Missæ solitos conspicerè: Quod signum erat, Missam diuinã quoddã, & excelsum esse mysterium. Ex peculiari autem Spiritus sancti impulsu toties verba cõerationis reperisse credendus est Episcopus, aliàs peccasset.*

Relatio Abbatis Ioannis Perse de beatissimo Gregorio Romane vrbis Episcopo.

C A P V T. C L I.

PErreximus ad Abbatem Ioannem Persam, narrauitque nobis de magno Gregorio beatissimo Romane vrbis Episcopo dicens: Cũ iuissem i Romam, vt 2 adorarem ad sepulchrum sanctoru Apostolorum Petri, & Pauli; statemq; die quadam in medio Ciuitatis, audio Papam Gregorium per locum illum transiturum. Cogitavi itaq; adorare illum. Cũ autem prope me esset Papa, videretq; me progredi, vt adorarem illum (loquor Deo teste, fratres) primus ipse prostravit se humi coram me, neque ante surrexit, quàm me primò surrexisse cerperet. Et

cū multa humiliate, salutans me manū sua mihi tria numismata tradidit, iubēs mihi dari quęcūq; erant necessaria. Glorificauit itaque Deum, quod tantam illi contulerat humilitatem, & misericordiam, & charitatem ad omnes.

1. *Ecce peregrinationem ad Urbem Romam adorationis causa.*

2. *Vt adorarem ad sepulchrum sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. Vel, adorarem, capel pro venerarem, nam solum Deum adoramus, & Grecismus erit, quem modum loquendi etiam in scripturis sacris reperimus multoties; aut expone, vt adorarem Deum iuxta sepulchrum Sanctorum.*

Vita & dicta Marcelli Scitiotæ Abbatis monasterij Monidion.

C A P V T C L I I.

Accesimus ad Abbatem Marcellum Scitiotam in Monasterium Monidion, volens, que senior prodesse nobis, narrauit, dicens: Quando eram in prouincia mea (erat autem ex Apamia) auriga quidam illic erat, nomine Phileremus. Quadam ergo die cum superatus fuisset, surrexerunt qui ex parte eius erant, clamantes ei: Phileremus coronam in ciuitate non accipit. Cū itaque venissem postmodum in Scitum, si quādo me pulsaret cogitatio mea, vt recederem in ciuitatem, aut villam, continuò dicebam in me ipso: Marcelle, Phileremus coronam in ciuitate non accipit. Et Christi gratia ista cogitatio fecit, vt dei Sciti non egrederer per annos triginta quinque, donec venientes barbari apprehenderūt me, & venderunt Pentapoli, Scitimq; desolauerūt.

Idem Abbas Marcellus quasi de alio senescente morante in Sciti (ipse autem erat) narrauit dicens, quod nocte quadam surrexit, vt

2 psal.

2 psalmos ex more caneret. Cūque psallere cepisset, audiuit vocem buccinæ quasi bellicū clangentis, turbatusq; senex cogitabat dicens: vade hoc in loco vox buccinæ perstrepat? Milites hic non sunt, bellum hinc abest. Et cū ista secū volueret, dæmon prope illum veniens dixit ei: Vtiq; bellum est. Si ergo oppugnari, ac repugnare non vis, vade, dormi, & non oppugnaberis. Dixit iterum senex: Credite mihi, filioli, nihil ita perturbat, & concitat, & irritat, & vulnerat, & perdit, atque contristat, & contra nos commouet dæmones, ipsumque perditionis auctorem satanam, sicut perpetua psalmorum meditatio. Nam omnis quidē diuina scriptura vtilis nobis est, contristatque non mediocriter dæmones, non tamen ita sicut psalterium. Sicut enim in plebe, si vna pars laudes Imperatorem, alia pars ob id non contristatur, neque mouetur contra laudantes, cū verò ad iniurias, & contumelias non laudantium conuersi fuerint, tunc aduersus eos excitantur iusta & dæmones non ita commouentur, neque contristantur in alijs scripturis, quemadmodum in psalmis. Nam cū psalmes meditatur, partim quidem nobis ipsis Deum laudando oramus, partim verò maledictis insequimur dæmones. Vt cū dicimus: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam; Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam; & iterum: Ne proicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me: & Ne proicias me in tempore senectutis; cū defecerit virtus mea, ne derelinquas me: nobis ipsis oramus. Tunc verò persequimur dæmones, cū dicimus: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Et rursus:

Ff 5

Vidi

Vidi impium super exaltatum, & eleuatum, sicut cedros Libani; & transiui, & ecce nõ erat, quæsiu eum, & non est inuentus locus eius. Et illud: Gladius eorum intret in corda ipsorum: Et iterum; Lacu aperuit, & effodit eum. & incidit in foueam, quam fecit. Conuertatur dolor eius in caput eius & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Dixit iterum senex: Credite mihi, filij, dicenti: Quæ admodum magna laus, & magna gloria, & regnum est abrenunciandi seculo, & monasticum arripienti institutum, quia pretiosiora sunt intellectualia, quàm sensibilia, ita magna confusio, & ignominia est Monacho, qui relinquit monasticum habitum, etiã si efficiatur Imperator. Dixit iterum Homo similitudo Dei fuit ab initio, factus est autem similitudo bestię, postquam à Deo excidit. Rursus ait: Eriam natura excitat concupiscentias, fratres, sed iugis, & intēta abstinentia has etiã extinguit. Dixit iterum senex: Agnosce experimēto bonam vitã, neque iam ut inualidus timeas. Ait rursus: Noli mirari, si homo cū sis, Angelus fieri possis. Proposita enim tibi est par Angelis gloria, eamque Agonotheta noster certantibus spondet. Dixit iterum senex: Nihil ita Deo Monachos familiares efficit, ut pulchra, & honesta, & Deo gratissima castitas, quæ sicut sanctus & diuinus Spiritus attestatur per beatum Paulum, honestatem, & perseverantiam iugiter vacandi Domino sine distractione præstat. Dixit iterum: Filij, dimittamus nuptias, pro creationemque liberorum his, qui terrena respiciunt, & presentia desiderant, nec futura meditatur, atque ad æternorum bonorum acquisitionem non attendunt, & à temporalibus, & momentaneis eripi nequeunt. Dixit iterum; Festinemus à carnali vita migrare, sicuti carnalis Israel ab Aegypcia seruitute.

ute. Ait rursus: Præclara, & dulcia Dei munera habentur proposita fratres, pro seculari & molesta voluptate. Dixit iterum senex: Fugiamus matrem omnium malorum auaritiam.

- 1 Ex hoc loco videre potes, num antiqui monachi haberent cellam perpetuam.
- 2 Psalmodia nocturna videbantur etiam presci monachi.
- 3 Ecce quã laudabile sit & religiosum Religionem profiteri.
- 4 Nunquam debet monachus habitum suum relinquere, etiam si efficiatur Imperator.
- 5 Remedium contra carnis concupiscentias est, iugis, & intentia abstinentia.
- 6 Nota, heretice, hoc dictum, Nihil ita Deo Monachos familiares efficit, sicut pulchra, & honesta castitas.
- 7 Heretici, qui continue Virgines hortantur ad nuptias, ex hoc loco cognoscere possunt, cuius parui sint.

Responsio monachi monasterij Raythu ad fratrem secularem.

C A P V T. CLIII.

DVO fratres seculares erant Constantinopolim, multum religiosi, multumque ieiunantes. Vnus igitur ex his veniens in Raythu, seculo abrenunciavit, & factus est Monachus. Post aliquantum verò temporis venit & secularis frater eius in Raythu, ut videret fratrem suum Monachum. Cum ergo moraretur apud eum, vidit secularis fratrem suum Monachum se reficientem nona hora, scandalizatusque dixit illi. Frater, cum esses secularis, nunquam ante Solis occasum sumebas cibum. Tunc ait illi Monachus: Profecto, frater, quãdo erã in seculo, aures me nutrebat me, Vana enim hominum gloria, & laus, nõ mediocriter me reficiebant, ieiunijque laborem leuiorem reddebant.

Vita Theodori secularis hominis Dei.

Dicebat Abbas Iordanes solitarius : Tres simul Anaehoretæ perreximus ad Abbatem Nicolaum in torrentem Betasimum (Inter sanctum enim Elpidium, & monasteriū, quod dicitur peregrinorum, in spelunca morabatur) in uenimusque cum illo secularem quendam, Loquentibus autem nobis de animæ salute, dixit Abbas Nicolaus seculari : Dic nobis & tu aliquid. Respondit secularis, & ait : Quid vobis prodesse possum? Vtinam vel mihi ipsi prodesse valerem. Dixit ei senex: Prorsus aliquid dicturus es. Tunc ait secularis : Habeo viginti duos annos, ex quo præterquam sabbato, & Dominico die nunquam me sol comedentem vidit. Eram autem mercenarius in villa diuitis hominis, iniqui, & auari, cum quo mansi annis quindecim, die, noctuque operans, neque mercedem mihi reddere volebat, sed per annos singulos affligebat non mediocriter. Itaque dixi in me ipso: Theodore, si toleraueris hunc virum, pro mercede, quam tibi debet, cælorum Regnum tibi præparabit. ¹ Seruauī autem & corpus meum mundum ad muliere usque in hodiernum diem. Hæc nos cum audiuissemus, magnificè ædificati sumus.

¹ *Quid dicis, hereticè, quid seruare virginitatem rem dicis esse impossibilem?*

Relatio Abbatis Iordanis de tribus Sarracenis, qui se inuicem interfecerunt.

C A P V T C L V .

Dicebat & hoc nobis de Abbate Nicolao Abbas Iordanes. Narrabat, inquit, senex, quia imperante fidelissimo Imperatore Mauri-

tio,

tic, quando Namanes Sarracenorū nationis Dux prædam egit, cum circuirem ego prope Arnonè, & Aidonem, aspicio Sarracenos tres habentes seculum vnum adolescentem valde formosum, annorum ferme viginti, vinctum, atque captiuum. Ut ergo vidit me adolescens fieri cœpit, & orare, ut ab eis illum acciperem. Ego autem Sarracenos rogare cœpi, ut dimitterent eum. Vnus autem illorum Græco sermone respondit, & ait: Non dimittimus eum. Et ego rursum illis dixi: Accipite me, & hunc dimittite, quia fatigationē nō sustinet. Ait mihi & ipse rursus: Non dimittimus eum. Dixi eis tertio: Vel pretium pro illo non accipitis? Date mihi illum, & quicquid petieritis, ego afferam vobis. Respondit: Non possumus tibi dare illum. Sacerdoti enim nostro promisimus, quia si quid pulchrum cœperimus, offeremus illud ei, ut ipsum in sacrificium offerat. Sed vade iam. Nā si moram feceris, caput tuum in terram projiciam. Tunc ¹ prostratus ego humi dixi: Saluator noster Christus Deus, saluum fac seruum tuum. Et continuo tres Sarraceni dæmonio repleti, euaginatīs gladijs se inuicem conciderunt. Assumensque ego adolescentem in speluncam meam, refouī illum, & iam noluit recedere à me, sed renunciās seculo, cum septem annos in habitu monastico impleffet, requieuit. Erat autem genere Tyrius.

¹ *O magnam vim orationis cum prostratione.*

Responsio cuiusdam Senis ad alios Philosophos.

C A P V T C L V I .

Dvo Philosophi venerunt ad senem, & orabant eum, ut eis verbum ædificationis diceret. Senex verò tacebat. Rursū Philosophi dixerunt: Nil respondes nobis, pater? Tunc senex dixit eis:

Quod

Quod studiosi quidem sitis eloquētiæ, scio, quod autem non veri sitis Philosophi, affirmo. Quādiu enim loqui discitis, quasi loqui nescitis. Sit ergo Philosophiæ vestræ opus semper meditari mortem silentioque, & quieti vos assuefacite.

Relatio duorum monachorum monasterij Subeunorum Syrorum de cane, qui fratri viam ostendit.

C A P V T C L V I I.

Perreximus ego & Sophista Sophronius in monasterium Calamonis iuxta sanctum Iordanem, ad Abbatem Alexandrū, inuenimusque apud eum duos Monachos monasterij Subeunorum Syrorū. Narrauerunt autem nobis dicentes: Ante hos decem dies venit quidam peregrinorum susceptor elemosinas erogans, & veniens in Subiba Beforum, dedit benedictionem. Rogauit igitur Abbatem monasterij, dicens: Fac charitatem, & mitte in proximum monasterium Syrorum, vt accipiant & ipsi venientes benedictionem, & nūciant monasterio Charēbe vt veniant & ipsi. Tunc Abbas misit fratre ad Abbatē Subeunorū Syrorum: Profectus itaque frater dixit ei: Veni usque ad monasteriū Beforum, nuntia ve: ò & monasterio Charēbe vt veniāt & ipsi. Respondit senex: Frater, ignosce, quia nullum habeo, quem mittam, sed fac perfectam charitatem, & pergens ipse nuntia eis. Ait autem frater: Nunquam illuc perrexi, nec viam scio. Tunc ait senex catulo suo: Vade cum fratre isto usque ad monasterium Charembē, vt nunciet eis, quod vult. Abijt ergo canis cum fratre, donec statuit illum iuxta monasterij ianuā. Ostenderūt autem nobis & canem ipsum, qui ista narrauerūt. Habebant enim illum secum.

De asino

De asino, qui monasterio nuncupato Mardes inferuebat.

C A P V T C L V I I I.

MONS est circa mare mortuum, qui Mardes vocatur, excelsus valde. In eo monte Anachoretæ commorantur. Est autem illis & hortus ad radicem montis, sexto ferme lapide ab eis distans, circa maris labium. Proinde habent Anachoretæ & illic ministrum. Quacunq; ergo hora volunt ad hortum pro oleribus mittere, sternunt asinum, & dicunt ei: Vade in hortum ad ministrum, & affer nobis olera. Qui mox ad hortulanum solus vadit, stansque ante ianuā capite pulsat. Statim igitur egressus hortulanus ipsum oleribus onerat, onustumque dimittit. Videreque est asinum quotidie solū ascendente & descendente, & ministrantem senibus tantum, alij verò nulli obsequentem.

1 Ecce quomodo sancti viri etiam irrationabilibus creaturis in virtute Dei imperant, & ille obediunt.

Vita Abbatis Sophronij solitarij, & admonitio: es Menas ducis cœnobij Seueriani.

C A P V T C L I X.

Dicebat Abbas Menas dux cœnobij Abbatis Seueriani de Abbate Sophronio solitario, quod circa mare mortuum moratus sit nudus per annos ferme septuaginta, herbas in cibum sumens. Et hoc rursus de illo dicebat, audisse se narrante senem, & dicente: Graui Dominum ne dæmōnes spelūcæ meæ propinquarent. Aspici ebā verò dæmōnes venientes stantesque à longe trib. ferē stadijs neque vltius appropinquare valentes.

Idem

Idem Abbas Menas dicebat cœnobij fratribus: Filijamus, filij, secularium colloquia. Solent enim nocere iunioribus monachis. Dicebat iterum senex: Omnis ætas pœnitentiam agere debet, iuuenes simul, ac senes, vt æterna vita frui cū gloria, & laude mereamur; iuuenes quidem, quia in flore ætatis, cum feruet concupiscentia, ceruicem suam sub iugum pudicitia miserunt; senes vero, quia inolitam sibi ex multis temporibus malorum participationem transferre ad meliora potuerunt.

1 Vide sancti patris delicias. Nuditas fuit eius vestium, herba cibum.

Quomodo demon apparuerit cuidam seni in forma pueri nigerrimi.

C A P V T. CLX.

NArrauit nobis Abbas Paulus dux cœnobij Abbatis Theognosti, quia dixerit senex quidam: Cum die quadam sederem in cellula mea, operarerque manibus meis (texebam autem canistrum, & psalmos repetebam) ecce per fenestram ingressus est quasi puer Aethiops, & stans coram me salutare cepit, psallentique mihi dixit: Senex nonne bene salto? Ego autem nihil respondi. Rursus ait mihi: Non tibi placet hæc saltatio mea? Nihil autem respondentem mihi, ait: Ecce putas te, male senex, magnum aliquid agere. Dico tibi, quia & in sexagesimo quinto, & in sexagesimo sexto psalmo errasti. Tunc surgens ego procubui ad orationem, & ille euanuit.

1 Opera manuum, & psalmodia erant exercitia antiquorum monachorum.

2 Quanta vis orationis, cum effugare valeat demonem. Vita Abbatis Isaac Thebei, & quomodo etiam apparuit demon in figura adolescentis.

C A P V T. CLXI.

LVcos Thebaidis ciuitas est. Ab hac mōs quidam sex millibus passuum distat, habitantque in eo monachi alij quidē in speluncis, alij autem in cellis. Profecti ergo nos illuc conuenimus Abbatē Isaac, Thebæum genere. Narrauitque nobis senior dicens ante: annos quinquaginta duos cū operarer conopionem, in laborando erraui, affligebarque, quia errore nec repirire nec emendare valebam. Totum ergo diē consumpsi, me frustra concidens, & quid agerem, ignorabam. Et cum ferē desperare, ecce per fenestram ingressus adolescens ait mihi: Errasti, sed da mihi opus, vt illud corrigam. Aio autē ad illum: Vade hinc, Absit hoc à me! Respondit mihi & ipse: Certē damnū tibi est; si malē opus faciās: Tunc dixi ei: Nōli de hoc ipse curam gerere. Ait ad me denuo: Misereor tui, quia laborem tuum perdis. Et respondi illi: Malē huc venisti, & tu, & qui te adduxerunt. Dixit autem mihi: Verē tu me huc adduxisti, & meus es. Aio ad illū ego: Cur hoc? Respondit, ille mihi: Quia tres dies Dominicos egisti communicans, & inimicus es vicini tui. Dixi autem illi: Mentiris. Tunc ipse mihi: Non mentior. Nam propter lenticulam iratus es illi. Et ego sū, qui præsum iræ, & memoria iniuriarum. Es amodō meus. His ego auditis, mox egressus cellulam, abij ad fratrem, & prostratus illi veniam petij: reconciliatique sumus. Reuersus autem inueni illum destruxisse & conopionem, & psathium, vbi orabam.

1 Ecce hic opus manuum.

2 Fides quod ad dignam sumptionem Eucharistie opus est penitus munda conscientia, contra hereticorum dogmata.

*Responsio Abbatis Theodori Pentapolitani super
solutione abstinentie vini.*

C A P V T C L X I I .

Quinto decimo ab Alexandria milliaro monasterium est, quod vocatur Calamon inter Octauum decimum, & Maphora. In hoc vidimus Abbatem Theodorum Pentapolitanum. Erat autem nobiscum Sophista Sophronius. Et interrogauimus eum: Bonum est, pater, quoties vel ipsiad aliquem pergim⁹, vel si quis venit ad nos vini¹ abstinentiam soluere? Respondit nobis senior, & ait: Non. Aio autem ad eum: Et quomodo antiqui patres soluebant? Respondit senex: Antiqui patres, vt magni, & potentes, & soluere poterant, & iterum ligare: nostra vero generatio, filij, soluere ac ligare non sufficit. Nam si soluamus ritum abstinentie nostrae, nos ipsos iam continere non possumus.

¹ Colligis ex hoc loco, quod antiqui monachi perpetua utebantur vini abstinentia Et ex fine capituli habes quanta ea viliuatis sit.

Vita Abbatis Pauli Telladici.

C A P V T C L X I I I .

DICEBAT Abbas Alexander monasterij Calamoniis, quod est prope Iordanem, pater: Die quadam cum essem apud Abbatem Paulum Telladicum in speleo ipsius, ecce quidam veniens pulsauit, egressusque senior aperuit ei & proferens panem, & cicer infusum, posuit ante illum, & manducabat. Ego autem putabam, quia peregrinus esset, & aspiciens per

fene

fenestram, vidi, quia leo erat. Dixi itaque senescur, pater, praebes illi manducare? Qui ait mihi: Quia illum monui, vt neminem laederet, neque hominem, neque iumentum, dicens: Veni quotidie, & dabo tibi cibum tuum. Et ecce iam septimus hic mensis est, ex quo bis quotidie aduenit, & do illi manducare.

Rursum post paucos dies perrexi, ad eum, volens ab illo emere vas vinarium, id quippe erat senis² opus, & dixi ei: Quid est pater? Quomodo se habet leo? Et ait mihi: Male. Et dixi ad eum: Quare? Respondit: Praeterita die venit hic, vt darem illi manducare, videns vero eius mentum sanguine infectum, dixi illi: Quid est? Inobediens fuisti mihi, & carnes manducaisti, Benedictus Dominus, non iam tribuo tibi, vt comedas cibum patrum, qui carnes comedisti. Recede. Ille vero discedere volebat. Tunc accepto funiculo, triplicans illum, tres illi plagas cum eo dedi, & recessit.

¹ Etiam bellis imperant sancti vini

² Vide opus manuum.

Responsio Abbatis Victoris solitarij ad monachum pusillanimum.

C A P V T C L X I I I I .

FRATER venit ad Abbatem Victorem solitarij in monasterio Eluse, & dixit ei: Quid facia, pater, quia dominatur mihi passio pusillanimitatis? Respondit senex Morbus animae est. Sicut enim capti oculis quando magis patitur, plus sibi videntur lumen intrari, qui vero sanos habent oculos modicum: ita & pusillanimes ex modica tentatione cito perturbantur, & magnam illam esse existimant: qui vero anima sancti sunt, magis in tentationibus gaudent.

Vita Latronis nuncupati Cyriaci.

C A P V T C L X V .

Narrauit quidam vir fidelis de latrone quodam, Cyriaco nomine, qui latrocinia exercebat circa Emaus, quæ est Nicopolis. Qui ad eò truculentus, & immanis fuit, vt Lupus vocaretur. Hic secum habuit alios latrocinij socios non solum Christianos; verum & Iudeos, & Samaritanos. Quadam ergo die profecti sunt quidam ex agro Nicopoleos in sanctam Ciuitatem magna hebdomada, vt per baptismum illuminarent filios suos. Quod cum fecissent, & reuertentur in agrum suum, vt celebrarent sanctum Resurrectionis diem, occurrerunt illis latrones, principe suo absente. Et viri quidem fuga euaserunt. Mulieres autem, proiectis nuper baptizatis filijs, tenuerunt Hebræi, & Samaritani, & habuerunt eas. Fugientibus igitur viris obuius fuit latronum princeps, & ait illis: Cur fugitis? Illi autem dixerunt, quid sibi contigisset. Sumens ergo illos venit ad socios suos, inueniensq; infantes in humis proiectos, cum sciscitatus esset quoniam hoc fecissent, sceleris decollauit auctores, reddensque viri filios (nam vxores, quia inquinatæ fuerant, recipere passî nō sunt) saluauit eos latronum princeps, & reduxit vsque ad agrum suum. Post modicum verò temporis tentus est latronum princeps, egitque in carcere decem annos, nullusque principum illum occidit, ad prostremū verò etia in absolutus est. Dicebat ergo semper, quia propter infantes illos amaram effugi mortem. Aspicebam enim illos frequenter in somnis dicentes mihi: Noli timere; nos pro te satisfacimus. Locuti autem postea cum illo sumus ego, & Ab-

bar

bas Ioannes p̄sbyter monasterij Eunuchorum & hæc eadem nobis, ipse narrauit glorificans Deū
1 Magna hebdomada etiam antiquis in obseruatione erat.

2 Vt celebrarent sanctum Resurrectionis diem.

Vita latronis monachi effecti, & postea in seculari habitu decollati.

C A P V T C L X V I .

Dicebat Abbas Sabbatius: Cum federem in monasterio Abbatis Firmini, venit latro quidā ad Abbatē Zosimum Cilicem, & rogabat senem dicens: Fac charitatem, per Deum te precor, quia multis homicidijs obnoxius sum. Fac me monachum, vt iam tandem desistam a sceleribus meis. Senex verò exhortans illum, fecit monachum, & sanctum ei habitum dedit. Post modicum verò temporis dixit ad illum senex: Crede mihi, fili, non potes hęc habitare. Nam si audierit princeps, tenebit te. Similiter autem & aduersarij tui necabunt te. Sed audi me, & ducam te in cœnobium Abbatis Dorothei prope Gazam, & Maluanam. Illuc igitur iuit. Vbi cum moratus esset annis nouem, didicissetq; psalterium, & cunctam monasticam obseruationem redijt gursus in hunc monasterium. ad senem, & ait illi: Fac misericordiam mecum, pater, & da mihi vestimentum meum secularia, & recipe monastica. Senior autē tristis effectus ait illi: Cur fili? Qui respondens ait: Ego nouē (vt nosti, pater) annos egi in cœnobio, & quantum potui ieiunauit, & continenter vixi, & cuncta in quiete, & timore Dei fui in subiecti one, & scio, quia illius infinita bonitas multa peccata mea remisit mihi. Verunramē aspicio sepius

G g 3 pue-

puerulum astantem, & dicentem mihi. Cur me occidisti? Hunc autem aspicio in somnis, & in Ecclesia, & cum ad communionem pergo, & in resectorio hæc eadem mihi dicentē; & vel vna hora non finit me quiescere. Ideo itaq; pater abire volo, vt pro puerulo moriar. Frustra enim, & sine vlla causa occidi puerulum ipsum. Sumptis ergo vestimentis suis, exiit. Et cum sic indutus pergeret Diopolim, tentus est, & sequenti die decollatus.

1 *Vide habitum sanctum, quando de nouo quis efficitur Monachus.*

2 *Ecce bonorum Monachorum exercitia.*

Vita, & mors Abbatis Pemenis solitarij.

C A P V T C L X V I I.

DICEBAT Abbas Agathonicus dux cœnobij castelli sancti patris nostri Sabæ: Descendi die quadam in Ruba, vt pergerem ad Abbatem Pemenem solitariū. Cum ego reperissem eum, & dixissem illi cogitationes meas, serò dimisit me in vnam speluncam. Erat autem hyems. Fuit que nocte illa frigus maximum, ac nimia vi algoris obrigui. Veniens ergo ad me manē senior, ait mihi: Quid est, fili? Aio ad illum: Ignosce mihi, pater, duram pertuli noctē ex frigore. Dixit autem mihi: Ego, fili, frigus nullum sensi. Miratus sum valde audiens. Erat quippe nudus. Et dixi ad eum: Fac charitatem, quomodo tantam frigoris asperitatem non sensisti? Dixit autem mihi: Venit leo, & obdormiuit iuxta me, & ipse me calefecit. Veruntamen dicoribi, frater, quoniam à feris deuorandus sum. Aio ad illum: Cur quæso? Et dixit mihi: In prouincia nostra cum essem (erant autem ambo Galatæ) pastor ouium eram, & contempsi transeuntem

peregrinum, & à canibus comestus est; cum enim illum saluare possem, non feci, sed dimisi eum, & à canibus discerptus est, scioque, quia & ego ita mori debeo. Quod & factum est. Post. tres enim annos à bestijs, vt dixerat, & ipse discerptus est.

1 *Erat quippe nudus. Multi siquidem ex sanctis nuditate pro vestimento vsi sunt.*

Dicta Abbatis Alexandri senis.

C A P V T C L X V I I I.

DICEBAT Abbas Alexander senex fratribus: Patres nostri deserta, & tribulationes persequebantur; nos autem ciuitates, & requiem sequimur. Dixit iterum senex: Sub patribus nostris virtutes istæ vigeant, nuditas, & humilitas; in nobis autem auaritia, & superbia regnat. Ait rursus: Patres nostri nunquam facies suas lauabant; nos autē lauachra publica, balneaq; frequentamus. Dixit iterū senex: Heu mihi, filij, quia conuersationem verè Angelicam destruximus. Ait autem ad illum Abbas Vincentium discipulum eius: Infirmi profectò sumus, pater. Dicit ei senex: Quid dicis, Vincenti, quia infirmi sumus? Crede mihi, fili, Olympici co. pore, & robusti sumus, sed anima nostra imbecilla est. Dixit iterū: Multum comedere, & bibere, & benè vestiri possumus, abstinere autem, & humiliari non valeamus. Rursus dixit: Væ tibi Alexander; væ tibi; quanta erit confusio tua, quando cæteri coronabuntur.

1 *Vide virtutes, quæ antiquos monachos commendabant.*

Vita Senis cuiusdam capti oculis in Monasterio Abbatis Sisci.

FRAT fenex quidam in S. iti captus oculis in monasterio Abbatis Sisici. Distabat autem cella ipsius a puteo serè mille passibus, & nūquam passus est, vt sibi alius afferret aquam, sed factò fune, vnum ipsius caput ad puteum ligauit & alterum in cella sua, iacebat autem funis in terra. Quando ergo pergebat haurire sibi aquam, supra funem ambulabat. Hoc autē faciebat fenex, vt inueniret puteum. Cum autem arena propter ventum operuisset funem, tenebat ipsum manu, & excutiebat, & iursus illum in terra ponebat, & super eum ambulabat. Frater autem quidam rogabat fenem, vt se pmitteret illi afferre aquam. Cui respondit fenex: Fili, viginti iam & duo anni sunt, ex quo mihi semper ita hausaquam, & laborem meum tu modò auferre vis.

Vita cuiusdam sancte mulieris in eremo defuncte.

CAPVT. CLXX.

DISTABAT ab Hierosolymis serè viginti passuum millibus monasterium quoddam, quod Sampsonis dicitur. Ex hoc monasterio duo patres abierunt ad montem Sina orationis gratia, reuersiq; in monasterium narrauerunt nobis dicentes: Cum adorauissemus in sancto monte, & iam reuertessemus, contigit nos eremi deuia errando sequi. Ferebamurque sicut in pelago per mediam solitudinē dies plurimos. Die verò quadam aspiciamus de longinquo speluncam breuem, ad quam tendentes, cum iam speluncæ propinquarem, cernimus exiguum fontem, & circa fontem herbas medicas, & vestigia hominis. Dicebamusque apud nos ipsos: Ve-

rè hoc

rè hoc in loco seruus Dei est. Ingressi igitur neminem vidimus. Solum modo autem cuiusdam vagientis vocem audiebamus. Cùm ergo diu quassissimus, inuenimus veluti præsepium, & in eo iacentem quendā, appropinquantessq; seruo Dei, rogabam⁹, vt verbū loqueretur nobis. Cùm nihil responderet nobis, tunc accedentes tenuimus eū, & corpus quidē ipsius adhuc erat calidum, anima autem ad Dominum migrauerat. Tunc verò agnouimus, quia in ingressu nostro intra speluncam requieuerat. Fodimus ergo in ipsa spelunca vnusque ex nobis pallium, quo erat indutus, accepit, vt in ipso senis corpus inuolueret. Sumentes autem illud de loco, in quo iacebat, cū ipsum ex more curarem, inuenimus esse mulierem, & glorificauimus Deum. ² Completoque super illud officio, sepeliuimus.

¹ *Ecce peregrinatio ad loca sancta orationis gratia.*

² *Completo officio, hoc est recitatis hymnis, & psalmis de more Catholicae Ecclesie.*

Vita d. orum mirabilium virorum, Theodori philosophi, & Zoili lectoris.

CAPVT CLXXI.

HRANT in Alexandria duo viri mirabiles, magnæque virtutis, Abbas scilicet Theodorus Philosophus, & Zeilus Lector: Fuit autem nobis cum vtroque summa familiaritas, cū altero quidem disciplinæ, & studiorum gratia, cum altero verò, quod communis nobis esset patria, & educatio. Atque Abbas quidem Theodorus nihil possidebat, nisi penulam, & paucos libros, dormiebat autem in scabello, ac in quancūque Ecclesiam ingrediebatur. Ad vltimum verò etiam seculo renunciauit in cœnobio Salcime,

Gg 5 ibiq;

sibi que vitam glorioso sine conclusit. Lectoraurem Zoilus, & ipse æqualem præferbar paupertatem. Nihil enim ipse quoque possidebat præter vetustam penulam, & paucos libros. Exercebat autem se in scribendo libros. Et ipse aut consummatus in Domino, sepultus est in monasterio Abbatissæ Palladij.

DE duobus istis, Theodoro scilicet Philosopho, & Zoilo Lectore, pergentes quidam patrum ad dominum Cosmam Scholasticum, interrogauerunt eum dicentes: Quis eorum magis in spiritali exercitio laborauit? Qui ait ad illos: Similia quidem fuerunt vtriusque & alimentia, & stramenta, & indumenta, rerumque omnium superfluarum abstinencia, & nuditas, & humilitas, & frugalitas. Sed Abbas Theodorus Philosophus discalciatus in magna imbecillitate oculorum vetus omne, nouumque testamentum didicit. Habuit tamen consolationem fratrum, contubernium, & visitationes amicorum, auocationemque multam, cum doceret, & cum operaretur. Zoili vero Lectoris non solum hospitalitas laudanda, verum etiam solitudo eius & immensa fatigatio, orisque custodia, digna commendatione est. Ille enim sine amicorum, familiariumque contubernio, atque commercio, ab omni secularium rerum actione feriat, nulli se ipsum refrigerio, & oblectationi permisit, ne minimum quidem ab illo ministerium admittens: Ipse enim coquebat, ipse lauabat, nulla lectionum capiens solatia, paratus semper alijs obsequi, nullamque habens curam æstus, aut frigoris, aut corporis infirmitatis, mundus semper a risu, & tristitia, & effusione, & angore existens, qui præter indumentis asperitate, etiam a multitudine pediculorum indefinē

ter consumebatur. Habuit tamen & iste plusquam prior ex procetibus non mediocre refrigerium, habens facultatem liberam quocumque vellet, die, noctuque procedere, quamuis hanc libertatem, & laboris magnitudo retundebat, & raro processu secularium familiaritate excluderat. Vnusquisque igitur mercedem propriam accipiet, & secundum labores proprios, & iuxta resurrectionis mensuras, & intellectualis spiritualisque munditiæ, & ministracionis, & timoris Dei, ac charitatis, & cõpunctionis, & iugis psalmodiæ, & orationis & intentissimæ fidei, & occultæ hominibus, latentisque virtutis.

1. *Vid e in hoc capitulo virtutum catalogum, que duos sanctos viros valde commendabiles reddiderunt.*

Vita prædicti Cosmæ Scholastici.

C A P V T. CLXXII.

DE isto domino Cosma Scholastico, multi quidem multa, & alia alij, & plurimi plurima nobis retulerunt. Quæ vero nos vidimus, & quæ diligenter assecuti sumus, ea tantum pro legitimum vtilitate conscribimus. Erat enim vir iste humilis, misericors, abstinens, virgo, quietus, sine ira, socialis, peregrinorum susceptor, amator pauperum. Plurimum itaque nobis vtilitatis contulit vir iste mirabilis, non solum ex aspectu, sed etiam ex doctrina sua, & quod magnam haberet librorum copiam super omnes, qui erant in Alexandria, eoque promptè, ac libenter volentibus accommodaret. Erat autè & nihil possidens. In tota namque domo eius nihil vidissè aliud, quam libros & scabella, & lectulū, & mensā. I. e. cibat verò omnibus ingredi, & interrogare, que ad vtilitatem pertinerent, & legere. Diebus autè singulis intrabam

ad eum ipse, & teste veritate, nunquam ad illum ingressus sum, quin ipsum aut legentem, aut scribentem contra Iudæos inuenirem. Magno enim feruebat zelo conuertendi gentem illam ad veritatem. Ideo & sæpè misit me ad Hebræos quosdã, vt per literas illis colloquerer. Non enim facile domo egrediebatur ipse.

AD hunc dominum Cosmam Scholasticum dic quadam profectus sum, cumque mihi magna ad illum eisset fiducia, interrogauit eum dicens: Fac charitatem, dic mihi, quantum temporis habes in hoc instituto. Tacenti verò, & nihil respondenti, rursum dixi illi: Per Dominum dic mihi. Cùm autem se ille paululum sub silentio continuisset, ait mihi: Triginta, & tres annos habeo. Quod ego audiens glorificauit Deum.

ALIAS iterum accessi ad illum, & interrogauit eum, dicens: Fac perfectam charitatem, sciens quia propter utilitatem animæ interrogo te. Dic mihi quæso. In tanto tempore instituti tui, quietis, & continentiae, quid adeptus es? Ille verò ingemiscens, & ex intimo corde suspirans, ait mihi: Quid potest secularis homo virtutis adipisci, & maximè residens in domo sua? Ego autem rursus illum rogabam dicens: Per Dominum dic mihi, vt ipse quoque proficiã. Tunc verò multum coactus à me, dixit, Ignosce mihi. Tria ista concessus sum, non iurare, non mentiri, non ridere.

His virtutum ornamentis Sancti carnis concupiscentiis, & mundi blandimenta vincebant.

2. *Si erat Virgo, potest seruari Virginitas, quod semper intelligitur diuinae gratiae auxilio, quæ nunquam negatur eam humiliter petenti.*

Factum mirum Theodori Anachoretæ, Qui oratione sua in mari dulcem aquam effecit.

ANachoreta quidam erat in partibus Iordanis, nomine Theodorus, eunuchus. Hic necessitate quadam compulsus est Constantinopolim pergere, ingressusque est nauem. Cum verò nauis diutius detineretur in pelago, defecit aqua, erantque nautæ, & vectores in magna anxietate, & desperatione. Surgens autem Anachoreta, & ¹ expandens in cœlum manus suas ad Deum, qui saluat de morte animas nostras, facta oratione, signauit mare signo Crucis, & ait nautis: Benedictus Dominus, haurite quantum aquæ opus habetis. Impleueruntque omnia vasa sua de mari aqua dulci. Et omnes glorificauerunt Deum.

¹ *Oratione serui Dei cum expansione manuum, in cœlũ, & signatione Crucis, aqua maris salsa dulcis effecta est.*

Factum aliud naucleri viri religiosi, qui pluiam à Domino impetrauit.

ABbas Gregorius Anachoreta narrauit nobis, dicens: Cùm ex Byzantio descenderẽ, ingressus sum nauim. Intrauit autem & scriba quidam cum vxore sua ¹ profecturus ad sanctam Ciuitatem orationis causa. Erat autem nauclerus religiosus valde, multumque ieiunans. Cũ ergo nauigaremus, scribæ serui frustra consumebant aquam. Postquam verò in medium pelagus venimus, defecit nobis aqua, eramusque in magna tristitia. Et erat miserabile spectaculum, videre mulieres, & pueros, & infantes siti arecentes, & veluti mortuos iacentes. Cùm ergo dies tres in hac necessitate fecissemus, scriba ipse tribulationem non sustinẽs, educto gladio, & nautas, & nauclerum

clerum volebat occidere. Dicebat enim: Hi sunt nostræ perditionis auctores, quia non sumpserunt aquam ad sufficientiam. Ego autem orabam scribā dicens: Noli hoc facere, sed magis deprecemur Dominum nostrum, Iesum verum Deum, qui facit magna, & mirabilia, quorum non est numerus. Ecce enim & nauclerus, ut vides, tertium hunc agit diem, ² ieiunio, & orationi vacans. Cūmq; acquiescisset scriba, quarta die circa sextam horam surgens nauclerus, clamavit voce magna dicens: Gloria tibi, Christe Deus noster: ita ut omnes miraremur in voce ipsius. Dixitq; nautis: Submittite membranas. Et cū explicuisset eas, ecce nubes supra nauem veniens, tantum pluit aquæ, donec impleuerunt vasa ad necessitatem nostrā. Erat autem miraculum grande, terribile, quod verificante naue, nubes illa consequeretur nos, & extra nauem non plueret.

¹ Vide & hic peregrinationē ad loca sancta orationis causa

² Nota, Tertium agit diem ieiunio, & orationi vacans.

*Relatio de Zenone imperatore viro
elemosynario.*

C A P V T C L X X V .

NARRAVIT nobis quidam patrum de Zenone Imperatore, dicens, quod mulierem quandam in filia ipsius iniuriosè trahauerit. Hæc autem vacabat in templo Domine nostræ sanctæ Dei genitricis, orans eam & deprecans, & cum lachrymis dicens: Vindica me de Zenone Imperatore. Cū ergo multis dieb. hoc faceret, apparuit ei sancta Dei genitrix, dicens: Crede mihi, mulier, ² vltionem tuam sæpè facere volui, sed manus eius prohibet me. Erat enim valde misericors, & elemosynas faciens.

Oratio

¹ Oratio cum lachrymis.

² Ecce quomodo Sancti in Dei lumine sciunt quæ circa nos aguntur.

Pulchra relatio Abbatis Andrea de decem viris peregrinantibus, inter quos fuit & adolescens Hebræus.

C A P V T C L X X V I .

ABBA S Andreas Octauo decimo, cū esset in Alexandria, narravit nobis dicens: Cū essem iuuenis indisciplinatus valde, & inquietus fui. Die ergo quadam persecutionē passi pro nostra inquietudine, fugimus in Palæstinam ego, & nouem alij: inter quos vnus quidam erat Industrius, alius autem Hebræus. Cū ergo venissemus in eremum, infirmatus est Hebræus vsque ad mortem, & Deo teste, in magno mœrore constituti eramus, nescientes quid illi faceremus. Veruntamen ut est consuetudo socialis charitatis, non illum deseruimus, sed vnusquisq; nostrum pro viribus tolerabat eum, volentes vel in ciuitatem, vel in emporium illum ducere, ne moreretur in eremo. Cū verò adolescens ex inedia, & vehementissima febre, immoderateque labore, & siti, præ solis æstu, totus iam ferè resolutus esset, atque deficeret, propinquans ad exitum, neque portari posset, decreuimus cum multis lachrymis illum dimittere in eremo, & abscedere, metuentes ne nos ipsi quoque siti deficeremus. Cū igitur illum in arena plorantes posuissemus videretque nos abire vellet, cepit nos adiurare dicens: Per Deum, qui fecit cælum, & terram, per Deum, qui inclinauit cælos, & descendit pro salute humani generis, per Deum qui iudicaturus est viuos, & mortuos, nolite pati, ut Hebræus

Hæbræus moriar, sed tanquam Christiani facite mecum misericordiam, & baptizate me, vt Christianus de hac vita exeam, & ad Dominum pergam. Nos verò dicebamus ei: Verè, frater, non licet nobis hoc facere, seculares enim sumus; hoc autem Episcoporum, & Presbyterorum opus est, sed neque aqua hic est. Ille verò persistebat similiter adiurans nos, & plura etiam cum lachrymis adijciens, ac dicens: Nolite, Christiani, me priuare hoc diuinitus indulto munere. Cum ergo in magna hestitatione effemus, industrius ille diuinitus inspiratus ait nobis: Erigite illum, & exuite. Ereximus itaque cum magno labore illum, erectumq; tenentes exuimus. Industrius autem ille implens ambas manus suas arenâ, tertio effudit super cap. eius dicens ita: Baptizatur Theodorus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nobis verò per singula respondentibus, Amen (Dominus Deus testis est, fratres) ita continuo sanauit, & corroborauit eum Christus Deus noster, vt nullum iam in eo pristinæ infirmitatis remaneret indicium; vel qualiscunque passionis; sed sanus, & valens cum omni alacritate, & florido aspectu, quod reliquum erat itineris per eremum ambulauit semper nos præcedens, ita vt admirantes talem, & tam subitam mutationem, omnes laudauerimus, & glorificauerimus ineffabilem maiestatem, & benignitatem Christi Dei nostri. Venientes autem Ascalonem, adduximus eum ad beatum, ac sanctum Dionysium eius vr̄bis Episcopum, narrantes quæ fratri in viâ contigissent. Quibus auditis, sanctus, admirandusque Dionysius, stupens ad tam aouum, inauditumq; miraculum, conuocato clero exposuit ei totum negocium, vt decernerent, vtrum effusio illa arenæ reputanda esset fratri in baptis-

baptismum, an non: Et alij quidam dicebant debere reputari illi in baptismum propter inauditam miraculi magnitudinem; alij verò dicebant: Non. Theologus quippe Gregorius Ambrosia baptismata dinumerat; Baptizabat, inquit, Moyses, sed in aqua, & antea in nube, & in mari. Baptizauit & Ioannes non iam quidem Iudæis, non enim in aqua solum, sed & in poenitentia. Baptizatus autem & Iesus, sed in Spiritu sancto. Illud perfectio est. Scio & quartum baptismum per martirium, & sanguinem. Scio & quintum, lachrymarum scilicet. Hæc ille: Quo igitur horum illi inquebant, iste baptizatus est, vt etiam ipsius baptismâ roboremus, maxime cum Dominus ad Nicodemum dicat: Nisi quis natus fuerit denuo ex aqua, & spiritu, non intrabit in regnum Dei? His alij contradicebant sic: Quid ergo? Quia scriptum de Apostolis non est, quod baptizati sint, idcirco non intrant in regnum Dei? Alij rursus e contra inferebant dicentes: Ita sancti illi baptizati sunt, sicut & Clemens Stromatheus meminit in quinto Hypotyposicon. Apostolicum enim illud dictum exponens, quo dicitur: Gratiâs ago, quia neminem vestrum baptizauit Christus, inquit, dicitur Petrum solum baptizasse. Petrus Andream, Iacobum, & Ioannem, illi autè reliquos; Hæc igitur & alia plurima cum dicta essent, visum est beato Dionysio mittere fratrem illum ad sanctum Iordanem; illicque baptizari. Industrius autem illum ordinauit diaconum.

¹ Quia non fuerat hic rite baptizatus respectu materiæ, iussit Episcopus iterum baptizari.

² Vides quod Episcopus hunc ordinauit diaconum non magistratum de consensu plebis.

*Mala mors monachi Aegyptij, qui habitare vo-
luit in cella Ena. vj heretici.*

C A P V T C L X X V I I .

DICEBAT Abbas Ioannes Cilix commo-
drantibus nobis in Nono Alexandriae. Ve-
nit ad nos Aegyptius monachus, narrauit,
que nobis dicens. Ad monasterium cellulae un-
frate, ex longinqua regione peruenit, volens ibi
habitare, prostratusq; Presbytero orabat, vt in E-
uagarij cella moraretur. Presbyter autem dicebat
non posse cum illic habitare recedensq; Presbyter
ait frater, Fili, demon accerimus illic habitat. Qui
enim seduxit Euagrium, & a vera fide remouit,
immisitq; illi desiderata dogmata, ille non permit-
tit aliquem ibi morari. Frater autem persistebat
dicens: Profecto si hic maneo, in illa moraturus
sum. Tunc Presbyter coactus dixit ei: Iudicio tuo
vade, & eam accipe. Sedit igitur frater in cellula
vna hebdomada. Venienteq; Dominico die, per-
rexit ad sanctam Ecclesiam. Videns autem illum
Presbyter consolatus est. Solicitus enim pro illo
erat. Veniente autem alio die Dominico, non ve-
nit ad Ecclesiam. Cumq; illum non videret Pres-
byter, misit duos fratres, vt viderent, cur non ve-
nisset ad Ecclesiam. Qui venientes ad cellulam,
inuenerunt fratrem iniecito fune seipsum suffo-
casse.

*1. Suspendum miraculum, quo docemur, non solum cum
hereticus non esse communicandum, sed etiam in do-
mibus, in quibus habitauerunt aliquando, contra pru-
dentiorum sententiam, ne Deum tentare velle vide-
amur, non esse habiandum.*

Vita senis cenobij Scolarium viri simplicis.

C A P

C A P V T C L X X V I I I .

NA R R A V I T nobis Abbas Gregori-
us Presbyter cenobij Scholarium, quod ibi
senex magnus, magnæque abstinentiæ mo-
ratus sit, erat autem simplex circa fidem, & vbi-
cunq; eum esse contigisset, indiseretè com-
municabat. Quadam igitur die apparuit ei Ange-
lus Dei, dicens. Dic senex, si mortuus fueris, quo-
modo vis sepeliamus te: Vt Aegyptij monachi
faciunt, an vt Hierosolymitæ. Senex autem res-
pondit ei: Nescio. Tunc ait Angelus: Cogita, &
delibera. Post tres autem hebdomadas veniam,
& dices mihi. Pergens ergo senex ad alium, nar-
rauit ei, quæ sibi dixerat Angelus. Quod cum
audisset senex, stupefactus ex auditu, diutiusque
intendens in eum ac diuinitus inspiratus dixit eis:
Vbi sumis sancta mysteria? Respondens ille ait:
Vbicunq; inuenio, Tunc ait illi senex. Non tibi
vltra contingat, vt extra sanctam Catholicam, &
Apostolicam Ecclesiam communices, vbi no-
minantur sanctæ quatuor synodi, Nicaena tre. en-
torum decem & octo patrum, Constantinopoli-
tana cetum & quinquaginta, Ephesina prima du-
centorum, Calcedonenis sexcentorum & trigin-
ta. Cum autem venerit Angelus, die ei: Sicut Hiero-
solymitæ sepeliri volo. Post tres igitur hebdo-
madas venit Angelus, & dixit seni. Quid est se-
nex? Cogitasti? Dixit autem illi senex. Si vt Hiero-
solymitæ volo. Dicit ei Angelus: Bene bene. Et
continuo reddidit spiritum. Hoc autem totum
factum est, ne labores suos perderet, & cum hæ-
reticis condemnaretur.

1 Vbi sumis sancta mysteria, id est sacram Eucharistiam?

*2 Vide vt viri sancti nulla in se separantur à sancta, Catho-
lica, & Apostolica Ecclesia, & quæ nã ea sit.*

H h 2

Vita

Vita Sanctimonialis foemina, quae erat ex Sancta ciuitate.

CAPVT CLXXIX.

Perreximus ad Abbatem Ioannem Anachoretam, qui appellatus est Rutilius, narrauitq; nobis dicens: Audiui Abbatē Ioannē Moabitā narrantem, ac dicentem: Sanctimonialis quōsdā erat in sancta ciuitate. religiosa valde, & secundū Deum proficiens. Inuidit ei go diabolus Virgini, immisitque iuueni cuidam impurum, & diaboli cum in eam amore. Virgo autem illa mirabilis, cum diaboli sensisset infidias, perditionem adolescentis miserata, sumpro cilicio vno, paucisque infusis cibarijs, sumptu ad eremum, adolescenti ex recessu suo quietem à tentatione, ac salutem parans, & sibi ipsi ex solitudine securitatem, & augmenta meritorum. Post multum vero temporis per dispensationem Dei, ne ipsius excellens conuersario maneret incognita, vidit eā Anachoreta quidam in solitudine Iordanis, & ait illi: Quid mater in hac solitudine facis: Illa vero latere Anachoretam cupiens, ait illi: Ignosce mihi, quia erraui de via. Sed per Domum, pater, fac charitatem, & ostende illam mihi. Ille vero diuinitus de illa admonitus, ait ei: Crede, mater, non tu errasti de via, neq; viam requiris. Itaque sciens, quia mendacium de diabolo est, dic mihi veritatem causae, propter quam huc venisti. Tūc ait illi Virgo: Ignosce mihi, Abba; Adolefscens quidam scandalizatus est in me, & propterea veni in hanc eremum, melius existimans hic mori, quā offendiculum cuiquam fieri, iuxta Apostoli vocem. Dicit illi iterum senior: Et quantum temporis hic habes? Quae ait illi: Habeo gratia Christi annos decem & septem. Rursum ait ad illam Anac-

Anachoreta. Et vnde nutriuis? Illa verò cilicium, & infusa proferens, dixit Anachoretæ: Ecce cilicium istud, quod vides, mecum de ciuitate exiit, & ista pauca infusa. Talemque dispensationem in me humilem ostendit Deus, vt tanto tempore istis nutriat, neq; imminuta sint. Et hoc autē scito, pater, quia sic me ipsius benignitas protexit, vt per istos decem & septem annos nullus homo me viderit, nisi tu solus hodie. Ego autem aspiciendam omnes. Et hæc audiens Anachoreta magnificè glorificauit Deum.

1 Vide tenuitatem vestis sanctimonialis foeminae.

Vita Ioannis Anachoretæ, qui in Spelunca Ville Sochus morabatur.

CAPVT CLXXX.

Narrauit nobis sanctissimus Dionysius presbyter sanctæ Ecclesiæ Aſcalonitarū, & sacrorum vasorum custos, de Abbate Ioanne Anachoreta, dicens: Quasi verè magnus generatione ista fuit: atque ad commendationem summorum illius apud Deum meritorum, hoc de ipso miraculum narrabat: In spelunca, inquit, morabatur senex, in partibus villæ, quæ dicitur Sochus, viginti ferè milliarib ab Hierusalem. Habebat autē senex in spelunca imaginem immaculatæ Dominæ nostræ Dei genitricis, semperq; virginis Mariæ, in vlnis ferentem Christum Dominum, & Saluatorem nostrum. Quoties igitur abire volebat ad locum aliquem, vel per vastam solitudinem, siue Hierosolymam, ad adorandam sanctam Crucem, & venerabilia loca, vel in Sinai montem orationis gratia, siue ad Martyres distantes ab Hierosolymis multis prolixisque interuallis (Erat enim senex Martyrum reuer-

uerentia mirabiliter deditus, & nunc quidem pergebat Ephesum, ad sanctum Ioannem, nunc autem Euchaitam ad sanctum Theodorum, nunc vero ad sanctam Theclam in Seleuciam Isauriae, nunc ad sanctum Sergium in Saraphas, & modò ad istum, modò ad illum sanctum) resiciebat candelam, & accendebat, vt sibi consuetudo erat, atque ad orationem stans, & Deo vt suum iter dirigeret, supplicans, dicebar ad Dominam, intendens in imagine ipsius: Sancta domina ⁶ nostra Dei genitrix, quia longum iter iturus sum diebus multis perficiendum, candelae tuae tu curam habe, quamque ne extinguatur iuxta propositum meum serua. Ego enim adiutorio tuo comitante, iter arripio, Hisque ad imaginem dictis, egre dicebatur, peractoque proposito itinere, reuertebatur, aliquando post mensem, saepe etiam post duos, vel tres menses, nonnunquam post quinque, vel sex, & ita reperiebat integram candelam, & ardentem, sicut eam, cum iter arripere, dimiserat, & nunquam hanc a se ipsa extingui vidit neque de somno surgens, neque a peregrinatione rediens, neque ex eremo in speluncam pergens.

1. *Ecce quomodo Sancti merita habens etiam summa a. pud deum.*

2. *Ex hoc capite multa colligis contra novos hereticos. Primum, usum imaginum fuisse apud sanctos patres veteres.*

3. *Secundum, fuisse etiam in usu peregrinationes ad loca sancta, & ad sanctos martyres.*

4. *Tertium, quòd sancta Crux adorari debet.*

5. *Quartum licere orare ante imagines.*

6. *Quintum, quòd licet cum imagine loquamur, mens tu men semper referenda est ad imaginatum.*

7. *Sextum, per imaginem Dei ingens hic a disisse miracula*

Dicebat nobis & hoc de ipso idem venerabilis Dionysius Presbyter, quod die quadam ambulabat senex in finibus villae Sochus, vbi erat spelunca ipsius, ambulansque leonem vidit ingentem e regione venientem. Pergebat autem in via valde angusta inter duas sepas posita, quibus agricolae rura sua munire consueverunt, spinosas frutices plantantes. Tantam vero semitam praesentibus angustiam habebat, vt vix vnum aliquem vacuum, & expeditum pedibus incedentem susciperet, & ne illum quidem sine impedimento libere transire permetteret. Cum ergo sibi inuicem appropinquassent senex, & leo, neque senex retro rediit, vt leoni transitum liberum daret, neque propter nimiam semitae angustiam leo reuerti poterat, neque vtrumque simul transire omnino possibile erat. Videns igitur leo Dei seruum procedere volentem, & nequaquam retro redire sustinentem, erexit se in poste ieres pedes, erectusque stans ad leuam senis, pondere ac viribus corporis repulsa maceria, modi a seni latitudine praestitit, iter sine impedimento iusto viro prehensum. Atque ita transiit senior dorsa leonis perfrigans. Post cuius transitum exurgens de sepi, leo peregit & ipse iter suum.

AD hunc Abbatem Ioannem pergens frater quidam, cum nihil in spelunca illius inuenisset, ait seni: Quomodo hic moraris, pater, non habens quae sunt necessaria? Respondit senex, & ait: Spelunca ista, fili, spiritualis mercatura est. Dat, & accipit.

1. *Ecce quomodo etiam immanes bestiae sanctos Dei reuocant, eiusque beneficia impendant.*

Vita Abbatis Alexandri Cilicis, qui prope mortem a demone arreptus est.

C A P V T C L X X X I I .

PR O P E sanctam Bethleem monasteriū s̄ sancti Sergij. In hoc pater fuit Abbas Eugēnius, qui postmodum Episcopus Hermopolis factus est in Aegypto. Hic, cum ad eum venisset, narrauit vobis de Abbate Alexandro Cilicē, quod cum inter speluncas sancti Iordanis feruisset, accepit illum in monasterio suo. Qui circa finem vitæ suæ lectulo decubuit quasi menses tres. Ante decem verò dies, quam migraret ad Dominum a dæmone arreptus est. Et cepit senex ad dæmonē dicere: Ad vesperā venisti, miser, hoc magnum non est. Quoniam in lectulo deuinctus sum, & moueri non possum, ostendisti, miserime, imbecillitatem tuam. Nā si potens, & valens esses, tante hos quinquaginta vel sexaginta annos debueras appropinquare mihi, ego enim per confortantem Christū ostendisse tibi infirmitatē tuam, ac deiecisse rugitum tuum, atq; contriuisse mi rigidam illam tuam, inflexamque circūicem. Nunc autem non mea est imbecillitas, sed infirmitas est, quæ præmit me. Gratias tamē ago Deo, ad quem proficiscens, ostendam iniuriam, quam abs te passus sum, quia post tot annorum labores, & fatigationem circa exitum sic atrociter in me inuassisti. Ista, & alia plurima hōris singulis dieb; decima die cum omni quiete Domino Christo spiritum in pace reddidit.

Mirabile factum senis Aegyptij nomine David.

C A P V T C L X X X I I I .

DI C E B A T Abbas Theodorus Cilix. Cū adhuc moraret in Sciti, erat illic senex Aegyptius, nomine David. Qui die quadam ad me-

zendum

pendum profectus est. Habent enim consuetudinem Scitioræ, vt abeant ad villas, & metant. Ascendit ergo senex in villam, & sub mercede operabatur. Conduxit autem illum agricola quidam. Cū itaque meteret senex, die quadam circa horam septimam æstus magnus factus est, & abiit senex in quoddam tugurium, & sedit. Veniens autem agricola, & videns sedentem senem, dicit ei cum iracundia: Cur non metis, senex? Nescis, quia mercedem tibi reddo; Dixit ei: Ita sanè, sed quia æstus magnus est, & grana tritici de spicis decidunt, ideo paululum expecto, donec transeat æstus, neque damnum patiaris. Dicit ad eum agricola; Surge, labora, & ardeat omnia. Cui respondit senex: Et vis, vt ardeant? Dixit ille cum iracundia: Ita planè. Tunc surrexit senior, & ecce continuo ardere cepit ager. Currens autem agricola venit ad alios senes, qui in alia parte agri cooperabantur, & orabat eos, vt venirent & deprecarentur senem, vt oraret & ignem extingueret. Venientes autem senes prostrauerunt se humi. Ille autem dixit eis: Dixit ipse vt arderet. Exoratus tamen ab eis, abiit, & itans medius inter ea, quæ arserant, & ea que non arserant, orauit, & continuo extinguitur est ignis, & saluata est pars reliqua ruris.

1 Vide in sanctis patribus opus manuum.

2 Magna virtus orationis sancti senis, vt per eam ignis agri extinguitur sic.

Vita Abbatis Iohannis Eunuchi, necnō iuuenis monachi, qui nunquam bibere constituerat. atque alterius senis orationibus valde dediti.

C A P . C L X X X I I I I .

ERamus in noua Alexandria, cum accessisset ad monasteriū abbatis Iohannis Eunuchi

Hh 5 chā

chi utilitatis gratia. Inuenimus autem ipsum senem qui egerat in habitu monastii, octo annos octoginta, ita misericordem, vt alium neminem illi simile viderimus, non solum enim ad homines, verum & ad bruta animalia misericors erat. Quid ergo faciebat senex? Nullum opus aliud habebat, nisi hoc: Surgens de mane ibat ad canes omnes qui erant in monasterio, & cibum præbebat illis. Similiter & paruis formiculis farinam apponebat, tunc cuiusq; maioribus formicis. Infundebat & paximantia, & ea super tecta proieciebat, vt volucres comederent. Ita degens iugiter, nihil, cum moreretur, in suo monasterio dimisit, non portam, non fenestram, non candelam, non tabulam, & ne singulis immorans, prolixior sim, non dimisit omnino terrenum aiquid. Nunquam vel vna hora tenuit vel librū, vel pecuniam, vel indumentum, sed omnia egenis dabat, omnem curam suam ad futuram t. esse. **N**arrabant autem & hoc de ipso, misericordiam eius, & compassionis affectum commendare volentes: Die quadam venit ad eum agricola quidam petens, vt aureum nummum illi mutuum daret. Cum verò ille non haberet (nec enim vnumquod aurum tenebat senex) misit continuum, & mutauit à monasterio numisma & dedit homini, qui id se petierat, pollicenti post vnum mensem hoc se illi redditurum. Cū vero præterissent anni duo & agricola illud non redderet, accessit illi abbas Ioannes & ait illi. Da mihi numisma, frater. Qui dixit, nouit Deus quia non habeo. Tunc ait illi senex: Agnosce frater, quia inueni tibi modum per quem potes mihi illud reddere. Qui ait senex: Iube quicquid vis, & faciam, putans homo quod senior sibi aliquid iniungere vellet. Tunc dixit abbas Ioannes: Cum tibi opportunum est, nec habi-

qui

quid facias, veni huc, & triginta genuflexiones pro me facito, & dabo tibi vnum argenteum. Cui cū ille libenter consensisset, quoties illi vacabat ab opere, pergebat ad senem, & completo orationum numero, dabat ei senex iuxta constitutum, argenteum nummum, dabatq; illi comedere & bibere, tribuens insuper paximantia pro tota domo sua. Cum igitur impleisset viginti quatuor argenteos id est, aureum nummum, accepit ab eo senex; & dimisit illam, dans ei etiam benedictiones.

Idem Abbas Iohannes Eunuchus narravit nobis dicens: Ascendimus in Thebaidem ad cœnobium Abbatis Apollonis, vidimusq; ibi iuniorē fratrem habentem etiam carnalem patrem, & ipsum monachum. Statuit ergo iuuenis nunquam bibere aquam, neq; vinum, neq; potionem aliam toto vitæ suæ tempore. Edebat igitur olera quædam comestibilia, quæ ipsum ex siti recreari poterant. Habebat autem & ministerium coquendi panes. Cū vero tres annos hoc abstinētiam modo coquens, incidit in grauissimam ægritudinē, ex qua etiam defunctus est. Cumq; febre vreretur, & ex immensa siti fatigaretur, hortabantur eum omnes vt vel modicam potionem degustaret, neq; prorsus hoc faceret, atter ille passus est. Abbas igitur accessit me. dico, vt languenti si qua ratione posset, subueniret, precabatur. Qui cum venisset & videret fratrem in tali necessitate, rogare eum cepit, vt modicum alicuius potionis acciperet. Sed cū ille non acquiesceret, dixit abbati: afferte mihi hic vas magnum. Quo allato: mittens in illud tepentis aquæ amphoras quatuor, fecit illud intus imitti vsq; ad tertiam partem per vnā horam. Assumebat autem nobis Abbas Ioannes (illic enim aderat) quod cū illud ex aqua eduxissent, metiens mediæ aquam, inuenit

canam

eam ex magna parte imminutā. Ecce quam³ vin-
sibi intulerunt continētes monachi, se ipsos pro-
pter Deum his necessitatibus subdentes, vt sempi-
ternis fruētur bonis.

IDEM rursus nobis enarravit, dicens: Ingress^o
sum in eodem cœnobio cellulam senis cuius-
dam, vidique, quia vbi stare ad orationem so-
lebat, tabula erat supposita. Vbi autem genua fige-
bat, & manus, concauum erat plusquam digitorū
quatuor. Ex frequentia quippe, & vsu continuō
rationis cauauerat tabulam.

1 *Vide altissimam pauperiorem huius patris.*

2 *Magnam abstinentie genus, nulla penitus vitio-
one.*

3 *Ecce quomodo prisca monachi magno continentia
gore vim sibi ipsi propter obtinendum regnum celorum
inferebant.*

*Vita mulieris fidelis, quam mira sapientia virum suū
gentile ad fidem conuertit.*

C A P V T CLXXXV.

CV M in Samo insula essemus, narrabat no-
bis venerabilis pauperum cultrix Maria ma-
ter domini Pauli candidi, dicens: Cūm es-
sem in ciuitate Nisibæ, erat tibi Christiana mulier
virum habens gentilem. Erant autem pauperes,
habebant tamen quinquaginta numismata. Die
verò quadam ait vir vxori suæ: Demus hæc nu-
mismata sceneratori, vt aliquod solatium ex eis
capiamus. Ea enim sigillatim consumimus, & de-
ficiunt. Respondens autem illa bona vxor ait vi-
ro: Si placet ea scenerari, veni, demus illa sub sc-
nore Deo Christianorum. Dicit ei vir eius: Et vbi
est Deus Christianorum, vt demus ei? Ait illa:
Ego tibi ipsum ostendam. Si enim huic dederis

ca,

ca, non solum non illa perdes, sed & vsuras tibi
perfoluet, & capitale duplum reddet. Qui ait illi:
Eamus ostendē mihi illum, & demus ei. Illa verò
allumens virum suum, duxit in sanctam Ecclesi-
am. Habet autem Ecclesia illa quinque magnas
ianuas. Cūm ergo induxisset illum in Ecclesi-
am porticum, ostendit ei pauperes, dicens. Istis si præ-
bueris, Deus Christianorum ipsa accipit. Isti enī
omnes sui sunt. Qui mox cum gaudio numisma-
ta cœpit erogare pauperibus. Reuersique sunt in
domum suam. Cūm verò post menses tres neces-
sitate sumptuum angustaretur, ait vir vxori sue:
Solor, nihil, vt video, daturus est nobis Deus Chri-
stianorum ex debito illo, & nunc angustamur in-
opia. Respondit mulier, & ait illi. Profecto dabit.
Vade vbi illa dedisti, & exhibebit ea tibi cum o-
mni alacritate. Quo audito, ille currens abiit in
sanctam Ecclesiam. Veniensque in loco, vbi ero-
gauerat numismata pauperibus, & circueus totā
Ecclesiam, neminem vidit, qui tibi debitum red-
deret, nisi solos pauperes denuo sedentes. Cūm er-
go cogitaret in seipso, cui diceret aliquid, vel à
quo exigeret, aspexit ante pedes suos in marmo-
re iacere numisma vnum ex illis, quæ pauperibus
ipse erogarat, inclinandusque se, & accipiens illud,
abiit in domū suam, & ait coniugi suæ: Ecce pro-
fectus sum in Ecclesiā, & crede mihi, mulier, quia
Deum Christianorum non vidi, vt dixisti, nullus-
que mihi aliquid dedit, nisi quòd hoc numisma
ibi positum vidi, vbi ego prius erogaueram. Tūc
ait ad eum mulier illa mirabilis: Ipse est, qui tibi
hoc inuisibiliter præstitit. Ille enim inuisibili po-
testate manus suæ disponit hunc mundum. Sed
vade, domine mi, eme nobis aliquid, vt comedamus
hodie, rursusque ipse prouidebit nobis. Abiit
ille,

ille, & emit sibi panem, & vinum, & piscem, & vendens domum dedit vxori. *Quæ* accipiens piscem, cepit ipsum purgare, exenteransq; illum, iniecit in visceribus eius lapidem valde mirabilem, ita vt miraretur mulier illius pulchritudinem. Non tamen sciebat quid esset. Seruatam autem ostendit reuertenti viro, dicens: Ecce hunc lapidem in pisce reperi. Videns autem & ipse miratus est quidem ipsius pulchritudinem, ignorabat tamen, quid esset. Cum autem comedisset, ait vxori: Da mihi lapidem, vt vadam, & vendam illū, si quid fortassis pretij de illo accipere contingat. Neque enim, vt dixi, nouerat & ipse, quid esset, vt pote simplex, & rudis. Tuli itaque lapidem, & abiit ad trapezitam, cuius erat proprium talia emere, & vendere, inuenitque illum iam clausis omnibus egredientem (ad vesperum enim iam dies erat) & ait illi: Vis emere hunc lapidem? Ille verò confidens lapidem dixit ei: Quid vis, vt tibi pro eo solnam? Ait autem ille: Da quicquid vis. Ad quem ipse, Accipe, inquit, quinque numismata. Putans autem venditor quia illuderet sibi, dicit ei: Et tantum vis pro illo persoluere? Existimans trapezita, quòd ita ille per ironiam loqueretur, ait ipsi: Accipe decem pro eo numismata. Venditor iterum se irrideri arbitrans, tacuit: Dicit illi Trapezita: Viginti numismata accipe. Ille autem tacebat nihil respondens. Cum verò ad triginta, quadraginta, & quinquaginta numismata emptor ascenderet, & se daturum ea iuramento affirmaret, cœpit ille amplius lapidem æstimare. Paulatim verò emptor ascendens vsque ad trecenta numismata peruenit, deditque illa vendenti. Ipse igitur, dato lapide, acceptaq; pecunia, venit ad vxorem suā gaudens. *Quæ* cum videret illū exultantem

tem

tem dixit: Quanto illū vendidisti? Putabat autem, quod illum quinque, vel decem minutis vendidisset. Tunc ille trecenta numismata proferens, dedit illa vxori suæ dicens, tanto se illum vendidisse. Illa verò summam diuinæ bonitatis clementiam admirans, dixit ei: Ecce Deus Christianorum qualis est, quā bonus, quā gratus, quā diues, Vides quia non solum quinquaginta numismata tibi reddidit, quæ tu illi mutuaisti, sed paucis diebus ipsa tibi sexdecim vicaria restituit? Agnosce igitur, quia non est Deus alius, neq; in terra, neq; in cœlo, nisi ipse solus. Ille verò miraculo admotus, cum experimento didicisset & ipse veritatem effectus est repente Christianus, & glorificauit Deum, & Salvatorem nostrum Christū cum Patre, & Spiritu sancto, plurimas referens gratias prudentissime vxori suæ per quam v. a Dei notitia ipsi in veritate concessa est.

Vita Moschi mercatoris Tyri.

C A P V T C L X X V I.

PERR EXIMIVS in cœnobium speluncæ Abbatis Sabæ, ad Abbatem Eustachium ipsius cœnobii patrem, narrauitque nobis dicens: Erat Tyri mercator quidam, nomine Moschus. Is nobis, cum Tyrum venissemus, hoc retulit, dicens: Cum essem super commercia, p. ofundo vespere abijt nauatum, & in via reperi mulierem statim in tenebris. Ad quam ego vbi perrexi, consensit sequi post me. Præ diabolico itaque gaudio non laui, sed ad cœnam prooperavi, multumque orabā illā, vt comederet, sed illa gustare quicquā passa non est. Tandem surreximus. Et cum ad cubandū venissemus, vellemque, illam amplexari, voce magna cum lacrymis clamauit dicens:

Væ

Væ mihi miseræ! Tremefactus itaque interrogabam causam fletuum. Illa verò amplius eiulans ait: Vir meus negociator est, & naufragium fecit, perdiditque & sua, & aliena, & propterea in carcere inclusus est, nec habeo, quid faciam, ut vel pacem illi ministrem, atque ideo prænimia paupertate corpus meum exponere proposui, ut illi pacem inueniam. Omnia enim deperierunt. Et dixi illi: Quantum est debitum? Quæ ait: Quinque auri libræ. Proferens autem aurum dedi illi, dicens: Ecce Dei nutu non tetegi te. Da aurum, & redime virum tuum, & orate pro me. Deinde post aliquantulum temporis calumnia contra me constitata est apud Imperatorem, quod commercij cuncta dissipassem. Mittens autem Imperator diripuit omnem substantiam meam, nudumque pertractum Constantinopolim in carcerem misit. Vbi cum plurimum temporis egissem, solo vno vestimento præter censiham indutus, die quadam audio, quod Imperator me vellet occidere. Itaque de vita desperans plorabam. Flentem autem, & eiulantem sopor oppressit, vidi que in somnis quasi mulierem illam, quæ aliquando virum habuerat in carcere, dicentem mihi: Quid est, quod habes, domine Mosche? Quare hic inclusus es? Me autem respondente: Calumniam perpeffus sum, & puto, quia occidet me Imperator: ait mihi: Vis, ut loquar pro te Imperatori, & dimittet te? Ad quæ ego. Nunquid ille cognoscit te? Ait: Vtiq; nouit. Expergefactus autem ambegebam, quid hoc esset. Astitit autem mihi secundo, & tertio eadem repetens, & dicens: Noli timere, ego te absolui cras. Diluculo autem Imperatore iubente, adduxerunt me in palatium. Cumque ingressus essem, ille ut asperxit me putri, & scissâ indutum tunicâ,

dixit

dixit mihi: Ecce nunc tui misertus sum. Vade, & emendare de reliquo. Aspiciebam autem mulierem illam ad dexteram Imperatoris astantem, & dicentem mihi: Confide, & noli timere. Iussitq; Rex mihi vniuersa restitui, addensque mihi bona plurimâ, restituit me in priorem statum, faciens me præterea locum tenentem. Ipsa igitur nocte apparuit mihi rursus eadem mulier, & ait mihi: Scis, quæ sum ego? Illa sum, cum qua fecisti misericordiam, & propter Deum non tetigisti corpus meum. Ecce & ego liberaui te à periculo. Vides clementiam Dei, quomodo per me, cui fecisti misericordiam, apparuit tibi misericors, quasi dicens: Hoc propter me fecisti, & ego magnificaui misericordiam meam super te.

Doctrina Abbatis Ioannis Cyzici pro acquirendis virtutibus.

C A P V T C L X X X V I I .

CVM à sanctâ Gethsemani ascenderemus in sanctum montem Oliueti, monasterium offendimus Abbatis Abramij. Huius monasterij pater erat Abbas Ioannes ex Cyzico. Interrogauimus autem eum die quadam dicentes: Quomodo virtutem possidet quispiam? Respondit senior, & ait: Qui virtutem possidere voluerit, nisi prius oderit virtuti ex diametro contrariam malitiam, eam acquirere, ac possidere non potest. Si igitur habere vis lustum, semper odio habeas risum. Si humilitatem habere desideras, superbiam semper execrare. Si continens esse cupis, gastrimargiam odi. Si pudicus, detestare luxuriam. Si nudus, materiam fuge. Qui vult esse misericors, auaritiam caueat. Qui eremum habitare desiderat, ciuitatis frequentiam odio habeat. Qui cupit inue-

nire quietem, fiduciam oderit. Qui peregrinatio esse vult, apparentiam odio habeat. Qui iracundiam continere desiderat, multorum consortia fugiat. Qui iniurias obliuisci vult, maledicta detestetur. Qui sine distractione esse appetit, solitariius maneat. Qui continere vult linguam, obstruat aures, ne multa audiat. Qui Dei timorem habere cupit, corporalem oderit requiem, diligatque afflictionem, & angustiam.

Vita duorum fratrum Trapezitarum Syrorum.
C A P V T C L X X V I I I.

ABBAS Theodorus antiqui monasterij pater, narravit nobis dicens: Erant Constantinopoli fratres dno trapezite syri Dixitq; maior ex illis minori fratri: Veni, descendamus in Syriam, & possideamus paternam domum nostram. Dixit illi iunior: Cur ambo dimittimus hic ministerium nostrum? Descende ipse, & ego hic manebo, vel ego descendam, & tu hic emane. Conuenit ergo inter eos, vt discenderet iunior. Cum itaq; descendisset, post breue tempus is, qui Constantinopoli remanserat, vidit in somnis senem quendam speciosum, & magnæ reuerentia, dicentem sibi: Scis, quia fornicatus est frater tuus in vxorem cauponis? Qui exurgens à somno contristari cœpit, & intra semetipsum dicere: Ego illi causa fui istius lapsus. Cur enim dimisi illum solum? Aspexit autem eundem se undò dicentem sibi: Scis, quia frater tuus corruit in vxorem cauponis? Quo viso, rursus contristatus est. Tertio conspexit eundem dicentem sibi: Nescis, quia frater tuus perdidit liberam mulierem, & in vxorem Cauponis effusus est? Scripsit igitur ad illum ex Constantinopoli, vt statim dimittis omnibus,

nibus, veniret Byzantium. Qui acceptis fratris litteris, statim dimisit oia venitq; ad fratrem suum. Ille verò mox vt vidit eum, duxit in maiorem Ecclesiam, & cœpit mœstus culpam illum, ac dicere: Bene fecisti, frater, quia Cauponis vxorem adulterasti? Quod ille cum audisset, iurare per Deum omnipotentem cœpit, quòd neq; adulterauerat, neq; mulierem vllam conuerat præter legitimam vxorem. Cum hæc maior frater audisset, ait illi: Nunquid aliud quippiam peccati grauioris abs te gestum est? Ille autem assueperat dicere: Verè nihil mihi confitens sũ iniquitatis, admisisse, nisi quòd monachos in villa nostra reperi Seueriani dogmatis, ignoransq; an malum esset, comunicauit eis. Aliud quòd libet ighoro me fecisse. Intellexit tunc maior natu frater, hoc esse, quòd illi dictum fuerat, fornicatum scilicet eum fuisse, quia sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia omissa, in hæresim Seueri acephali, qui te vera capto est, corruens, confusus erat, ac nobilitatem rectæ fidei contaminarat.

t Vides quod qui in hæresim corruit, extra sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam est.

Vita mulieris, qua fidem seruauit viro suo negotiatori, & ambo à Deo adiuti sunt.

C A P V T. C L X X X I X.

VENIMVS Afcalonem in Xenodochium patrum, narravitque nobis Abbas Eusebius Presbyter, quòd negotiator quidam nauigans perdidisset omnia & sua, & aliena euasissetq; ipse naufragiũ. Qui cũ venisset huc, à creditorib. cõprehensus, & in carcere missus est. Direptaq; sunt oia, quæcumq; domi habebat, & coniugis etiã ipsius vestimenta. Illa igit ex multa anxirate

& tristitia, & inopia non poterat virum vel pane nutrire. Sedente igitur illa die quadam in carcere & gemente, intrauit vir quidam magnus virtutis dare eleemosynam. Videns vero mulierem liberam sedentem cum viro suo, vulneratus est in amore ipsius, erat enim speciosissima, mandauitque illi per carcerarium, vt ad se veniret: Illa videns quod agapen acceptura esset, libenter accessit. Qui sumens illam seorsum ait ei: Quid est quod habes, & cuius rei gratia hic es? Quæ illi cuncta enarrauit. Ait autem ipse: Si perfoluero debitum dormies mecum nocte ista? Illa autem verè pulcherrima, & pudicissima dixit ei: Audiui domine, dicentem Apostolum, quia mulier non habet potestatem proprii corporis, sed vir. Permite ergo, domine, vt interrogem virum meum, & quicquid ille iusserit faciam, Veniensque omnia nunciavit viro suo: Ille vt prudentissimus & vxori suæ maximo deuinctus affectu, raptus non est spe & desiderio euadendi carceris iniurias, sed ingemiscens cum lachrimis ait vxori. Perge, perge ioror, abrenuncia homini, spero enim in Dominum nostrum Iesum Christum, quia non derelinquet vos vsque in finem. Exurgens autem illa dimisit à se hominem, dicens: Dixi viro meo, & non vult. Per id autem temporis latro quidam iniectus fuerat in ipsam carcerem priusquam negociator vinciretur. Hic omnia inspiciebat & audiebat viri ac mulieris verba, ingemuitq; apud semetipsum dicens: Ecce in quo isti casu existunt, neque tamen libertatem suam pròdiderunt, vt pecunias acciperent, & dimitterentur, sed pudicitiam pluris, quam pecuniam existimauerunt, vitæq; istius commoda, vt illius pulchritudinem non violarent, cōtēperferunt. At ego quid faciā miser, qui nunquam cogitavi

gitavi quod Deus esset, & idcirco homicidiorū autor fui? Vocans autē illos ad se per fenestram cellulæ dixit eis: Ego latro sum & cædium patror, quamobrem quacunque hora præfectus venerit, ad mortem vt homicida ducendus sum. Considerans vero pudicum consilium vestrum, compunctus sum. Itaque pergite, & in loco illo ciuitatis fodite, & accipite quas inueneritis pecunias, cumq; perfolueritis debitum, plurima etiam benedictio remanebit vobis, & orate pro me, vt & ego inueniam misericordiam. Post paucos autē dies ingressus ciuitatē præses latronem educi iussit & decollari. Sequenti autem die dixit mulier viro: Si iubes mi Domine, yadam ad locū, quem deontauit latro, si fortè vera sint, quæ ille profectus est. Qui ait: vt tibi videtur facito. Illa verò sumpto breui sarculo, vespere ad locum abiit, & fodiens ollam inuenit diligentissimè ope tam, sumensq; illam profecta est. Pudenti vero vsa consilio paulatim creditorib. reddebat debita, vt ex hoc ab alijs pecuniā mutuari putaretur. Impleuit autem omnem debiti solutionē, virumq; de carceris custodia eduxit. Dicebat autem qui ista narrauit: Ecce quoniam seruauerūt illi mandatū domini nostri, magnificauit & ipse in eis misericordiam suā.

*Miraculum de ligno donato Abbati Brocha
Aegyptio.*

C A P V T. C X C.

Narrauit nobis Athanasius Antiochenus de Abbate Brocha Aegyptio, dicens: Cum venisset vir ille ex Aegypto in Seleuciam que prope Antiochiam est, inuenit extra ciuitatem locum desertum, quærebatq; construere sibi in cubiculum cellulam. Quam cum exstruxisset, neque

haberet unde illam operiret, ingressus urbem die quadam inuenit Anatolium, qui cognominatus est curuus, Seleuciae & Antiochiae vnum ex primarijs, sedentem extra domus suae limen, dixitq; ei: Fac Domine charitatē; & da mihi ligna modica, vt tegam cellulam meam. Ille verò maximè indignans ait illi: Ecce lignum tolle & discede, ostendens illi trabem maximā, quam habebat iacentē ante domum suam, de qua facta esset arbor nauis onerariae quinquaginta millium. Ait illi Abbas Brochas: Benedic & tollā illud. Dicit ei rursus Anatolius stomachās, Benedictus dominus. Apprehendit ille trabem, solusq; leuauit de terra, & imposuit humeris suis, abiitq; cum illa ad cellulā suam. Stupore autē percussus Anatolius in eo quod factum fuerat, insigni præclaroq; miraculo, largitus est ei lignum illud, ex quo nō solum cellulā suam operuit, sed & alia plurima ministreria exercuit.

*Vita compendiosa Sancti Iohannis Chrysostomi,
Patriarchae Constantinopolitani.*

C A P V T C X C I.

Dicebant de Sancto Ioanne Constantinopolitano Archiepiscopo, qui iuste & dignissimè pro puritate doctrinae, & splendore veritatis eloquij Chrysostomus cognominatus est; quod ex quo salutarem baptismum accepisset nūquam omnino iurauerit, neq; aliquem iurare compulerit, neq; mentitus sit, neq; alicui vnquam incedixerit, neq; scurrilia locutus sit, neq; iocosa admiserit.

Rela

Relatio de quodam monacho monasterij diui Gregorij Papae, quomodo post mortem ab excommunicatione fuerit absolutus.

C A P V T C X C I I.

Narrauit nobis sanctus quidam presbyter, Petrus nomine, veniens ex Romana urbe de beatissimo Gregorio eiusdem ciuitatis Antistite, quod cum esset summus pontifex, monasterium virorum maximū aedificauerit, madatam q; dederit, vt nullus monachorum propiū aliquid haberet, ne vnū quidem obulum. Frater ergo monasterij habebat fratrem secularē, à quo petijt dicens: Tunicam non habeo ideo fac in me charitatem, & eme illam mihi. Dixit illi secularis frater: Ecce tria haec numismata, accipe, & eme tibi vt placet, Sumens ergo monachus tria numismata, habuit illa apud se. Quod cum alius monachus vidisset, abiit & renunciauit Abbati. Quo audito, abbas renunciauit & ipse sanctissimo Papae Gregorio. Beatus verò Gregorius hoc audiens iussit eum vt qui monasterij regulas praetergressus esset, à communionem separari. Post modicum vero temporis moritur frater ille ita separatus, nesciente Papa Gregorio. Post duos autem vel tres dies abiit Abbas & nunciauit illi dicens: Frater ille defunctus est. Quo ille audito nō mediocriter contristatus est, quod antequā absolueretur, excommunicationis vinculo, migrasset à seculo. Scribensq; orationem in forma Epistolae, dedit vni ex Archidiaconis, iubens illi vt iret & supra sepulchrū fratris illā legeret. Per ipsas vero literas absoluebat ab excommunicationis nexibus mortuum. Abiens igitur Archidiaconus, sicut illi fuerat imperatum supra sepulchrum fratris breuem illam chartam legi.

li 4

legit.

legit. Eademq; nocte vidit Abbas defunctum fratrem, & ait illi: Nonne mortuus es frater? Qui ait: Ita sanè. Rursus interrogauit eū Abbas: Et vbi fuisti vsq; hodie? Dixit ei frater: Veraciter domine, in carcere fui vsq; heri. Hæsterno autem die absolutus, sum. Notum verò factum est omnibus, quia qua hora Archidiaconus absolutiois verba super fratrem legerat, fuerat ab excommunicatione absolutus, liberataq; est de iudicio, & damnatione anima ipsius.

- 1 *Ecce euangelicam paupertatem sanctorum monachorum*
- 2 *Etiam antiqui Monachi habuerunt regulas & constitutiones.*
- 3 *Excommunicatio fuit in vsu etiam tempore antiquorum patrum.*
- 4 *Ecce quomodo sanctissimus Gregorius absoluit post mortem Monachum ab excommunicatione, talis absolutio illi profuit. Sed hoc non est regulare.*

Factum mirabilis charitatis Sancti Abbatis Apollinaris Patriarchæ Alexandrini Erga iuuenem diuitem ad inopiam redactum.

C A P V T C X C I I I.

NArrauerunt nobis de sancto Abbate Apollinari Alexandrino Patriarcha, quod valde fuerit misericors, & compassionis visceribus affluens. Cuius rei indicium id afferebant. Erat aiebant, Alexandria inuenis quidam qui primarij ciuitatis, dignitateq; ac diuitijs clarissimi filius fuerat. Parentibus itaq; illius defunctis, qui infinita illi bona tam in auro, quam in naualibus commercijs dereliquerant, nõ satis feliciter & prosperè ea gubernans, perdidit omnia, atq;

atq; ad extremam inopiam deductus est, cum neque gulæ, neq; luxuriæ vacauerit, quæ solent diuitum exhaurire patrimonia, sed in casus varios, atq; naufragia incidit. Ita que ex opulentissimo pauperrimus effectus est iuxta illud Psalmistæ Ascendunt vsq; ad cœlos, & descendunt vsq; ad abyssos. Namq; adolescens quantum fuerat pecunijs sublimior, tanto per inopiam inferior factus est. Hoc audiens beatus Apollinaris, vidensq; in quantum miseræ, & paupertatis adolescens delapsus esset, cum parentes eius fuissent locupletissimi, miseratus illius casum, exiguum ipsi charitatis impendere voluit subministrando alimenta, sed erubescibat. Et quoties videbat illum, in secreto conscientie suæ angebatur, cernens vestem sordidam, & luridam faciem, quæ sunt extremæ paupertatis indicia. Cùm igitur huiusmodi curis angeretur Pontifex die quadam diuinitus inspicat consilium profectò mirabile inuenit, ipsiusq; sanctitati maximè conueniens. Accersuit itaq; Dispensatorè sanctissimæ Ecclesiæ seorsumq; illū alloquens, dixit ei: Potes mihi seruare secretum, domine Dispensator? Qui ait: Spero, domine, in filiū Dei, qui a quodcumq; mihi iusseris, nemini dicam, neq; discet vnquam id aliquis ex me, quod mihi seruo tuo aperueris. Tunc ait ad illū Episcopus Apollinaris: Vade, cõscribe chirographū debiti quæ quaginta auri librarū, quæ à sanctissima ista Ecclesia Machario illius miseri adolescentis patri debebantur, & appone testes, & stipulationē, & rata, & affer illud mihi. Dispensator cõtinuò, quod sibi fuerat à Pontifice iniunctum, cū omni celeritate peregit, attulitq; chirographū, & dedit illi. Cū itaq; pater adolescentis ante decem annos defunctus esset, chartaq; chirographi noua videretur, ait illi Pontifex

rifix: Vade, Domine Dispensator, chirographum
 istud vel in tritico, vel in hordeo absolve, & post
 paucos dies affer illud ad me. *Qu* dille cum fe-
 cisset, præfinito die chirographum retulit quasi
 subvertustum, deditque Pontifici. Tunc ait ille:
 Perge modo, Domine Dispensator, & dicit ad o-
 lefcenti *Quid* mihi datum es, si tibi dedero chi-
 rographum magnæ pecuniæ. quæ debetur tibi?
 Et caue, ne plusquam tria numismata ab illo acci-
 pias, & præbe illi chirographum. Respondens au-
 tem Dispensator: Verè, mi Domine, si iusseris, ni-
 hil accipiã. Dixit ei ille. Volo omnino ut tria nu-
 mismata accipias. Perrexit autem ille ad iuvenẽ,
 sicut ipsi iustum fuerat, & dixi ei: Dabis mihi tria
 numismata, si ostendero tibi aliquid magnæ uti-
 litatis tuæ? Ille verò pollicitus est illi qui quid
 vellet se daturum. Fingens autem Dispensator a-
 it illi: Ante quinque, vel sex dies euoluens in-
 strumenta Ecclesiastica, reperi chirographum in-
 stud, & memini, quia Macharius pater tuus mi-
 hi multum confidens, ipsam mihi diebus aliquot
 permisit. Defunctoque ipso, contigit illud apud
 me vsque hodie manere, obliuione enim subre-
 ptum mihi est, nec vniquam venit in mentẽ, ut il-
 lud redderẽ tibi. Ait illi adolescens: Nosti, an locu-
 ples sit persona illa, quæ debet? Dixit ei Dispensa-
 tor: Ita sanè locuples, & grata est, poresq; ab illo
 debitũ sine labore recipere: Dixit ei iunior: Nouit
 Deus, quia modò nihil habeo, sed si recepero, q-
 meũ est, quicquid petijisti, dabo tibi, vltra tria etiã
 numismata. Tũc dedit ei Dispensator instrumen-
 tũ qui quaginta librarũ. Suscepto itaq; chirogra-
 pho, perrexit ad sanctissimũ Pontificẽ, prostratusq;
 ante illũ dedit ei chirographũ. Cũ ergo accepisset
 ille instrumentũ ipsum, ac legisset, cepit se ipsum

turbatio.

turbatiorem ostẽdere, dixitq; ei: Et vbi fuisti vsq;
 modò? Pater tuus ante decẽ annos defunctus est.
 Perge, nolo tibi nunc respõdere. *Qui* dixit illi: Ve-
 raciter, mi domine, nõ ego illud habui, sed Dispẽ-
 sator illud habebat, & nesciebam. Sed Deus ipse
 miseratur, quia modò ipsum mihi reddidit, dicẽs
 se illud inter chartas suas domi inuenisse. Põrifex
 verò illũ interim remisit dicẽs: Deliberabo me-
 cũ, seruatõ apud me chirographo. Post vnã igitur
 hebdomadam redijt ad Episcopũ iunior, iterũq;
 deprecabatur eũ. Ille autẽ quasi nihil ei dare vel-
 let, dicebat: *Quare* tantum distulisti proferre chi-
 rographum? Dixit illi adolescens: Mi domine, scis
 Deus quia nõ habeo, vnde familiam meam nu-
 triam. Itaque si Deus, inspirat vobis, miseremini
 mei. Tunc dixit illi sanctus Appollinaris, fingens
 se illius precibus cedere. Summam quidem inte-
 gram ego tibi restituiam; hoc autem obsecro, mi
 Domine frater, ne à sancta hac Ecclesia vsuras ex-
 igas. Tunc procidens illi adolescens ait: *Quicquid*
 voluerit, & iusserit mihi Dominus meus, hoc faci-
 am; & si ex principali summa placet minuere ali-
 quid, minue. Dixit illi Episcopus: Non id quidẽ.
 Satis est, si nobis vsuras dimittis. Tunc proferens
 quinquaginta auri libras dedit ei, & dimisit eũ,
 orans eum pro vsuræ remissione. Hoc opus sum-
 mi Appollinaris, ista sancta illi? ars, atq; misericor-
 dia. Ita verò Deus iuueni cooperatus est per san-
 ctam eius benedictionẽ, ut ex tanta inopia emer-
 geret, atq; in priorẽ suum statũ, ordinemq; reme-
 aret, plusque etiã quam parentes sui, opũ-ac pecu-
 niarũ copia excelleret, ac præterea magna lucra
 animæ consequeretur.

*Admonitio senis, qui morabatur in Sciti, facta
 euidam monacho ne ingrederetur tabernac.*

C A P.

S E N E X quidam morabatur in Sciti . Hic die quadam venit Alexandriam, ut opus manu suarum venderet, viditque ibi iuniorum monachum ingressum esse cauponam. Quae ex re senex vehementer afflictus, manebat foris expectans, donec egredienti iuueni colloqueretur. Quod & factum est. Mox enim ut egressus est iuuenis, tenuit illi senior per manus, & seorsum illum ducens, dixit ei: Au nescis, Domine frater, quia & habitum Angelicum fers? Ignoras, quia iuuenis es? Non nosti, quia multi sunt inimici nostriliquei? Nescis, quia & per oculos, & per aures, & per figuras varias, & habitus, monachi in ciuitatibus laeduntur? Tu autem in cauponas ingrederis, & quae non vis, audis, & quae sunt noxia, vides, inhonestisq; & viris & mulieribus coniungeris. Noli itaque, fili mi, noli, obsecro, sic agere, sed fuge in eremum, vbi cum Dei adiutorio saluari potes. Respondit ei iunior: Perge senior. Deus non quaerit nisi cor mundum. Tunc expandens in caelum ambas manus suas senex ait: Gloria tibi Deus. Ecce enim ego habeo in Sciti annos quinquaginta quinque, & mundum cor non habeo; hic autem in tabernis conuersans cordis munditiam possidet.

1 Nota. ut opus manuum suarum venderet.

2 Vides habitum monachi esse habitum Angelicum?

Vita Euagrii Philosophi à Synesio Cyrenes episcopo ad Christi fidem conuersi.

C A P V T C X C V .

C V M Alexandriæ essemus, Icontius Apamiensis vir religiosus, ac fidelissimus, venit ex Pentapoli, multis enim iam annis Cyrene moratus

moratus fuerat. Venit autem diebus Eulogij sancti Alexandrini Patriarchae, eiusdem Cyrenensis vrbe futurus Episcopus. Cumq; in familiari colloquio essemus, narrauit nobis dicens: Fuit temporibus Theophili beatissimi Patriarchae Alexandrini Cyrene Episcopus Synesius Philosophus. Qui cum venisset Cyrenem, reperit illic Philosophum quendam Euagrium nomine, qui sodalis suus in studijs liberalibus fuerat, amicum sibi charissimum, sed religione gentilem, & culturae idolorum maximè deditum. Eum Episcopus Synesius ab idolat. na transferre ad culturam Christi satagabat, curamque ingentem eius rei sibi assumpsit pro charitate, quam erga ipsum à principio habuerat. Ille verò minimè id patiebatur, neque illius doctrinam admittere volebat. Episcopus tamen praenimio ad illum amore, ne sic quidem tædio victus desisteret diebus illum singulis hortari, & instruere, ac inducere, ut Christo crederet, ipsiusq; sacramenta susciperet. Cumq; illi quoti die ista monita dare persisteret, dixit ad eum semel Philosophus: Verè, mi domine Episcope, cum cæteris, quae mihi displicent in Christianis, hoc est, quod consummationem saeculi istius futuram dicunt, & post consummationem omnes, qui ab initio saeculi fuerunt, homines, in isto corpore resurrecturos, carnemq; hanc incorruptibilem recepturos & immortalem, atque ita in perpetuum victuros, si. que eorum, quae in corpore gesserunt, praemia percepturos. cum etiam, qui miseretur pauperi, scenerari Deo, & qui dispergit in pauperes, & inopes, in caelo sibi thesauros reponere, & centuplicata quae erogauerit, in regeneratione cum aeterna vita à Christo esse reddenda. Quae omnia eum dicuntur, deceptio, & irrisio, & fabula mihi videntur

videntur. Episcopus autem Synesius asseuerabat omnia Christianorum vera esse, nihilque omnino habere falsum, vel veritati contrarium, idque multis documentis asseuebat; & persuadere illi nitebatur. Post multum verò temporis, cum illū induxisset Christianum fieri, baptizauit ipsum, & filios eius, cunctosque domesticos illius. Cæterum non multò postea quàm baptizatus fuerat, dedit Episcopo auri tria centenaria in vsum pauperū, dicens: Accipe aurū istud, & distribue illud pauperibus, & fac mihi cautionē manu tua; quòd Christus mihi ipsum reddet in futuro seculo. Qui suscepto auro, promptè illi, vt petebar, cautionem fecit. Vixit itaque post baptismum annos aliquòt Philosophus, ac tandem infirmatus est ad mortem. Cum verò morti proximus esset, dixit filiis suis: Quando curabitur funus meum, chartā istam in meis manibus ponite, & me cum illa sepelite. Mortuo autem illo, fecerunt filij, sicut eis ipse præceperat, sepelieruntque eum cum chirographo. Tertia verò post sepulturam die, apparuit Episcopo Synesio nocte quiescenti, dicens: Veni ad sepulchrum, vbi iaceo, & accipe chirographum tuum. Accepi enim debitum, satisfactumque mihi est, atque vt certior eius rei fias, propria mea subscripsi manu. Ignorabar autē Episcopus quòd chirographum illud conspexisset ei. Mane autem factò, accessit filijs eius dixit: Num aliquid cum patre vestro in monumento posuistis? Illi purantes, quòd eos de pecunijs interrogaret, dixerunt ei: Nihil, Domine, præter panis consuetos. Quid igitur? Nunquid vel chartam aliquā conspexistis ei? Tunc recordati illi (ignorabant enim, quòd de chirographo diceret) dixerunt ei: Ita sanè, Domine. Chartā enī quandam mortis dedit

dedit nobis, & ait: Quando sepelietis me, chartā istā mihi in manibus dare, nullo penitus sciente. Tunc dixit illis Epif. opus somnium, quod nocte illa videat, sumensque illos cum clericis, ac primarijs ciuitatis accessit ad Philosophi tumulum. Quo aperto, inuenerunt iacentem Philosophum, chirographumque manu Epif. opi conscriptum suis manibus tenentem. Accipientes autem chirographum ex illius manibus, aperuerunt, inueneruntque in eo nouiter manu Philosophi subscriptū ita: Ego Euāgrius Philosophus tibi sanctissimo domino Synesio Episcopo salutem. Accepi debitum in his literis manu tua conscriptum, satisfactumque mihi est, & nullum contra te habeo ius propter aurū, quod dedi tibi, & per te Christo Deo, & Saluatori nostro. Qui verò conuenerant, hoc videntes obstupuerunt, & per multas horas clamauerunt Kyrie eleison glorificantes Deum, qui facit mirabilia, talēque ac tantam promissionū suarū euentiā dat seruis suis. Asserebat autē & hoc idem Dominus Iteuentius, cautionem illam manū Philosophi subscriptam seruari vsque hodie, atque in sacario sac. Eccl. Cyrenensis Ecclesie custodiri, & quicūque sac. arij custos ingrederetur, hanc illi cum cæteris vasis sacris assignari custodiendā cum omni diligentia, atque eum deinceps successio ituo integrā illā, inuolatā reassignare. *Miraculum, quod pueris Apamiensibus contigit, qui ioco verba sancta consecrationis protulerunt.*

C A P V T. C X C V I.

Narrauit nobis Gregorius Aphricanæ prouinciæ Præfectus, fidelis vir, & monachorū, ac pauperum amator, bonisq. omnib. semper congaudens. In prouincia, inquit, mea, (erat

(erat autem Apamiensis secundæ Syrorum præ-
 uincix, ex oppido, quod dicitur Thorax) ager est
 ab urbe quasi quadraginta milliariis. distans, qui
 Gonagus dicitur. In hoc, siue in eius finibus pue-
 ri pascebant pecora. Et ut solet pueris contingere,
 puerili consuetudine voluerunt ludere. Cumque
 luderent, dixerunt adinuicem: venite celebremus
 1 Missam, & offeramus 2 sacrificium, & com-
 munionem, sicuti semper in sancta Ecclesia Presby-
 ter facit. Quod cum placuisset omnibus, consti-
 tuunt, ex eis vnum in ordine Presbyteri, duosque
 alios pueros in ministrorum officio, veniuntque
 ad saxum quoddam (erant enim in planitie) ac su-
 pra saxum in morem altaris apponunt panem, &
 vas testem cum vino. Assistentque, vnus qui-
 dem coram altari, quiungebatur officio Presby-
 teri, medius, duo vero alij hinc, atque hinc veluti
 ministri. Et ille quidem sanctæ oblationis verba
 dicebat, illi vero fasciis, quæ ferebantur, præ-
 stibellis vtentes, auram faciebant. Qui vero Pres-
 byteriungebatur officio, ideo sanctæ oblationis
 verba sciebat, quia consuetudo fuit in Ecclesia vt
 pueri in missis ante sacrum assistent, primique
 cum clericis communicarent 3 sanctis Christi Dei
 nostri venerandisque mysterijs. Quoniam vero
 quibusdam in locis alta voce consueverunt Presby-
 teri sancti 4 sacrificij orationes pronuntiare, pu-
 eri, vt propius astantes, sæpius eas audiendo didi-
 cerant. Cum igitur omnia secundum ecclesiasticam
 consuetudinem fecissent, priusquam panem
 frangerent, ac communicarent, ignis cœlitus de-
 lapsus, quæ propostita erant, contempsit omnia,
 saxumque, torum combussit, ita vt nihil omnino
 neque saxi, neque eorum, quæ fuerant superposi-
 ta, relinqueretur. Hoc repente 5 factum cum pue-
 ri vidis-

vidissent, in terram omnes præ timore corruerunt,
 ac diutius semiuuii permanserunt, neque erum-
 pere vocem, neque de terra surgere valentes. Cui
 vero non redirent domum hora, qua consueue-
 rant reuerti, sed pauidi in pavimento iacerent,
 exierunt parentes eorum, vt viderent, cuius rei
 gratia consueto legitimo tempore non reuertif-
 sent. Egressi autem pueros omnes humi iacentes
 inuenerunt, neque agnoscetes aliquos, neque lo-
 qui se alloquentibus valentes. Parentes itaque semi-
 uiuos eos aspicientes, vnusquisque filium suum assu-
 mentes, domum retulerunt, videntesque pueros
 in huiusmodi excessu diutius durantes, miraban-
 tur nimium, causam stuporis eorum omnino ig-
 norantes, nec discernere valentes, sæpiusque illos
 per totum diem interrogantes, responsum nullum
 accipere ab eis potuerunt, & quæ illis acciderant,
 scire omnino nequiuerunt, donec dies illa, & nox
 tota præterijt. Tunc enim & pueri paulatim in se
 ipsos reuersi, cuncta illis retulerunt quæ gesta fue-
 rant, & quæ illis contigerant. Assumentes vero
 parentes suos, & omnes loci ipsius habitatores e-
 gressi sunt, & locum eis ostenderunt, in quo mi-
 rabilius ista contigerat, vestigia quædam elapsi
 ignis indicantes: Audiētes vero, quæ facta fue-
 rant, & ipsis indicijs rerum admoniti, in ciuitate
 eucurrerunt, cunctaque Episcopo ciuitatis nunci-
 auerunt. Qui percussus magnitudine, & nouitate
 miraculi, cum omni clero festinus accurrit. Vi-
 densque pueros, & rursus ab eis, quæ euenierat au-
 diens, & cœlestis ignis vestigia intuens, pueros
 quidem omnes continuo in monasterium immi-
 sit, locum vero monasterium fecit latissimum, supra
 locum autem ignis Ecclesiam construxit, & sanctum ere-
 xit altare. Dicebat autem ipse Dominus Gregorius fi-

delissimus vir, vnū se istorum puerorū aspexisse, eiusq; monasterij, vbi miraculū acciderat, monachū ipsum cognouisse. Et istud quidem magnam re vera, ac diuinum, stupendumq; miraculū Gregorius venerabilis nobis ætate nostra contigisse enarravit.

1 *Ecce Missæ vsus antiquissimū, & non nouū institutum.*

2 *Ecce eam appellari sacrificium.*

3 *Vide sacram Eucharistiā appellari sanctæ Christi Dei nostri, venerandāq; mysteria.*

4 *Nota denuo sancti sacrificij orationes.*

5 *Ne pures tantū miraculū idcirco Deū ostendisse, quod ille puer verè consecrasset Eucharistiæ sacramentum, cum ordo deesset; sed ob reuerentiā similitudinis saltē representati mysterij totū id actum fuisse existimes.*

Relatio Rufini de sancto Athanasio, & alijs pueris sodalibus.

C A P V T. C X C V I I.

RVFINVS autem, qui ecclesiasticam conscripsit historiam, simile quiddam prioris ætate gestū à pueris ludentibus narrat. Ait enim, cum puerilia conscriberet Athanasij sanctissimi, magni propugnatoris, ac præconis veritatis, magnæque Alexandrinæ ciuitatis Episcopi, & orbis totius doctoris inclyti, quomodo scilicet ipsius promotio ad Episcopatum ex præscientia diuina initium sumpsisset: Consequens autem mihi videtur esse, pauca de viri antiquitate repetere, & qualis à puero fuerit vitæ, qualis uero instituti, meminisse, quem admodum ab his, qui cum illo familiarissimè vixerūt, accepimus. Eo igitur tempore, quo Alexander sanctissimus Alexandrinæ Ecclesiæ præerat, cum die quadam ex eminentiore loco mare intueretur, aspexit pueros in litore ludentes, vt consuetudo pueris est, Episcopusq;

pumque imitantes, ac Ecclesiasticos ritus omnes. Cum ergo pueros illos diutius intueretur, maiora quædam, & sacratiores illos aggredi videt. Turbarus itaque continuò, clericos aduocans, eis ostendit, quæ ipse conspexerat, præcepitque, vt irent, & pueros omnes apprehenderent, atque ad se adducerent. Venientes igitur pueros interrogat, quis eis ludus fuerit, quid iuc, & quomodo gesserint. Illi verò, vtpote pueri, perterriti, ab initio quidem negare cœperunt, postea verò totam seriem exposuerunt, confessique sunt se quosdam baptizasse catecumenos per Athanasium, quem sibi pueri Episcopum fecerant. Tunc igitur diligenter inquirens ab eis, & quinam baptizati fuissent, & quid, & quomodo interrogati, quid iuc responderent, cum ab eo, qui interrogauerat, cuncta didicisset, comperto, quòd omnia iuxta ritum religionis nostræ peregerint, rem in commune cum clericis agitans, diffiniuit, vt dicitur, eos, qui baptismò consecrati fuerant, cum omnia circa se solenniter peracta fuissent per interrogationes, & responsiones, secundò quidem non oportere baptizari, sed impleri ea, quæ solent à sacerdotibus fieri. Porrò Athanasium, & cæteros, quos ille vt sacerdotes, & diaconos habuerat in ministerio, cõnuocatis eorum parentibus, sub Deo teste Ecclesiæ tradidit, vt illic nutrirerentur. Modicò itaq; transacto tempore, cum & à Notario perfectè, & à Grammatico sufficienter Athanasius iã instructus esset, cõtinuò quasi fidele depositum Dei, sacerdoti à parentibus traditur, & veluti Samuel quidē intèplo nutritur. Quoties verò Alexā. in senectute ad Episcopos proficisceretur, iste sequebatur eū, ferens sacerdotij amictū, qui Hebraicè appellabatur Ephod. Tantà & tā præclara cõtra hæreticos Athanasij in sanctæ

Ecclesia fuere certamina, ut illud de eo scriptum esse videatur, quod dictum est: Ego ostendam ei, quanta pro nomine meo illum oporteat pati. Nam in eius persecutionem totus conspirauit orbis, commoti sunt Reges terrarum, & gentes, regna, exercitusque contra illum conuenierunt. Præter ipse diuinum illud eloquium opere implebat, quo dicitur: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Verè enim tanta illius, ac talia feruntur opera, ut magnitudo quidem rerum nihil me præterire persuadeat, multitudo verò gestorum plurima tacere compellat. Fluctuatque ambigua mens, neque planè dignoscere valet, quod conscribere quid omittere debeat. Atque ideo paucorum meminimus, quæ ad rem pertinent. Reliqua verò fama enarrabit, quæ profecto minora, quam se habeat veritas, enuntiabit. Veritati quippe nihil addere poterit.

i Ecce quomodo qui rite baptizati sunt, non debent iterum baptizari.

Responsio Sancti Athanasij Episcopi Alexandrinum nam quis sine fide baptizari possit.

C A P V T C X C V I I I.

INTERROGATVS est aliquando prædictus sanctus Athanasius postquam Alexandriæ Episcopus constitutus fuit, an posset quispiam sine fide baptizari secundum ritum, & prædicationem Christianorum: aut si credere se simulans, aliquibus alijs occasionibus batizatus fuisset, quid de illo sentiendum, aut quomodo suscipiat illum Deus. Et respondit dicens: Audiui aliquando à senioribus nostris quod beato Petro Episcopo, & martyri, cum facta esset mortalitas,

& plerique

& plerique ad baptismum mortis timore confugerent, apparuerit Angelus humana specie dicens: Quædiu huc mittitis marsupia ista, signata quidem, inania autem profusa, & vacua, & nihil intrus habentia? Erunt itaque, quantum ex Angeli voce conijcere licet, signum habentes baptismi, quoniam & beneficium aliquod existimarunt se consequi, si baptismum susciperent, atque ideo baptizati sunt.

Relatio de senex quadam simplice, qui cum sacramentum offerret, Angelos videbat.

C A P V T C X C I X.

NARRAUIT quidam patrum quod senex quidam mundus, & sanctus existens, cum offerret sacramentum, videbat Angelos sibi extra, leuaque assidentes. Porro hic ab hæreticis consecrationis ritum perreperat, & veluti simplex, & rudis diuinorum dogmatum, quando offerrebat, in simplicitate, & innocetia dicebat quæ non dicebant secundum rectam fidem, ignorans, quod falleretur. Per diuinam igitur dispensationem perrexit ad eum Diaconus quidam peritissimus diuinorum dogmatum. Contigit autem sanctum senem, præsentem illo, sacrificium offerre. Dixit autem ei Diaconus: Verba, quæ in offerendo dixisti, rectæ fidei non sunt, sed hæreticorum, & parue opinionis hominum. Senex autem confidens, quoniam videbat Angelos dum offerrebat, non intendit his, quæ dicebantur à Diacono, sed contempsit. Diaconus autem persistebat dicens, Falleris Abba. Non enim admittit fides Catholica ista, quæ dicis, neque mater Ecclesia. Cum autem videret Diaconi constantiam in se arguendo senex, atque in oblatine salutari. Angelos, ut consueuerat intueretur, ait eis: Diaconus iste mihi hæc, & ista dicit;

Quomodo se habet veritas? Dicunt ei Angeli: Au-
sculta ei nam vera loquitur, & rectè ista profe-
quitur. Dixit autem eis senex: Quare vos non di-
xistis mihi: Dixerunt autem illi angeli: Deus ita
disposuit, vt homines ab hominibus corrigantur.

1 *Aduerie hunc simplicem patrem potius ex Dei miseri-*
cordia, quam ex vi illorum verborum sacram Eubha-
rissiam consecisse, si illa formam corrumpent.

2 *Offerre sacrificium, Missam celebrare intelligit.*

Quomodo inuenis aurifex à viro Patricio sit in-
filium adoptatus.

C A P V T C C.

Narrauit nobis quidam sanctorum patrū,
quod iuuenis quidam ingeniosus se ad au-
rificem pro discenda arte contulerit, quā-
dum solerter addisceret, vnus ex patricijs iniunxit
eis, vt Crucem auream lapidibus pretiosis orna-
tam facerent, quo illam Ecclesiæ offerret. Et quo-
niam valde ingeniosus erat adolescens, iniunxit
illi magister eius id opus. Cœpit ergo adolescens
cogitare intra se, ac dicere: Si iste tantas offert pe-
cunias Christo, cur non & ego mercedem meam
in istam Crucem conferam, vt eam mihi, tanquā
duo minuta viduæ, computet Christus? Cogitās
igitur quantum mercedis esset accepturus, mu-
tuatur id, & in Crucem mittit. Veniens itaq; Patri-
cius ponderat Crucem, priusquā in illa lapides in-
cluderentur, inuenitq; plus habere ponderis, quā
constituerat. Cepit itaq; minitans vrgere adolef-
centem, quasi fraudem fecisset, aurumq; adulte-
rasset. Tunc ait illi adolescens: Nouit ille, qui sol-
cordium scrutatur arcana, quia nihil tale feci. Sed
cū viderem te tantum pecuniarū Christo Do-
mino obtulisse, cogitavi immittere mercedem,
meam,

meam. vt & ego partem habeam tecum, vtq; me
suscipiat Christus, quemadmodum duo minuta
viduæ illius accepit. Stupefactus ille dixit iuueni:
Itane, fili, cogitasti? Ait ille: Ita sanè. Patricius ve-
rò dixit illi: Quoniam ita cogitasti, totamq; volū-
tatem tuam obtulisti Christo, volens habere par-
tem mecum, ecce ex hodierna die suscipio te mi-
hi in filium, hæredemq; constituo. Et assumpsit
eum secum, atq; hæredem suum fecit.

Vita viri Constantinopolitani nobilissimi, cui pa-
ter moriens Dominum Iesum Christum re-
liquit curatorem.

C A P V T C C I.

Narrauit quidam patrū dicens: Afcendi ali-
quando Constantinopolim cuiusdam ne-
cessitatis gratia. Cūmq; in Ecclesia federē,
ingressus est quidam secularis, maximè illustris,
atq; fidelissimus. Is cū aspexisset me, accedens
salutauit cum omni charitatis officio. Et post sa-
lutationem sedit iuxta me, & cepit interrogare de
his, quæ pertinent ad animæ salutem. Cūmq; e-
go illi dicerem, quod his qui ritè terrena dispo-
nunt, cœlestia quoq; donantur: Benè, inquit, pa-
ter, dixisti. Nam verè beatus est, qui spem suam
in Deum ponit, & se ipsum totū committit Deo.
Et dicebat: Ego filius fui cuiusdā secularis gloria
clarissimi. Erat aut ipse pater me^o eleemosynis ma-
ximè deditus, & plurima pauperib; distribuēbat.
Die ergo quadā vocauit me, & ostēdit mihi om-
nes pecunias, dicens: Fili, quid tibi gratius est, vt
dimitram tibi pecunias istas, an Christum curato-
rē tuum? Ego, cum placerēt mihi, quæ faciēbat, re-
spondi me Christum malle. Ista enim omnia præ-
tereunt, & hodie sunt, & cras non erunt, Christus
aut manet in æternū. Quod ille cum audisset, oīa

iam liberè, & larga manu pauperibus erogabat, ita vt moriès pauca admodum mihi relinqueret. Ego autem iam pauper effectus, humilis procedebam, spem meam habens in Christum, cui me ille reliquerat. Erat autem alius quidam diues valde, & primarius, habens vxorem fidelem Christo, & timentem Dominum, habebat autem & filiam vnicam. Dixit ergo illa viro suo: Hanc solum habemus filiam, tantaq; bona nobis largitus est Deus. Cuius ergo rei indiget? Si quaesierimus dare illam alicui primario, & diuiti, qui non sit bonis moribus, affliget eam semper. Queramus illi virum humilem, & timentem Dominum, qui secundum Deum illam diligat, & foueat. Qui dixit illi: Rectè dixisti. Perge ergo in Ecclesià, & ora intentissimè, atq; illic relide, & qui primus ingressus fuerit, hic illi à Domino missus est sponsus. Fecit igitur vt iusserrat vir eius. Cumq; orasset & sederet, ingressus sù ego primus. Mittens ergo illa seruum suum continuò accersuit me, cœpitq; interrogare dicēs: unde es? Ego autè dixi illi: Ex hac ciuitate sum talis filius. Dixit autè mihi: Illius eleemosinarij? Et dixi: Ita, illius sum filius. Tunc ait mihi: Habes vxorem? Et dixi, Non. Narrauitq; illi, quæ mihi dixerat pater meus, & quæ ego responderam ipsi. Illa vero glorificans Dominum dixit. Ecce bonus curator tuus misit tibi vxorè, & pecunias, vt vtriusq; cum timore Dei. Deditque mihi filiam suam & pecunias. Ego autem oro, vt patris mei viam vsq; in finem teneam.

Vita Abibæ secularis hominis filij, serui Dei.

C A P V T. C C I I.

NA R R A V I T aliquis Patram, quòd secularis quidam habuerit filium piũ, religiosum, & virgini-

virginem, & ab ipsis annis puerilibus continentie verum omnium assuetum, adeo vt vinum iam nõ biberet. Habebat autem in votis sedere in solitudine. Pater verò eius volebat illum seculi obligare negocijs, neq; poterat nam hoc ille minime patiebatur. Erant & illi alij fratres, ipse autem maior natu omnibus. Cùm autem illius institutio à patris voluntate esset remotissima, obiurgabat illum assidue pater, exprobrans illi ipsam continentiam, & dicens: Cur similis non es fratribus tuis? nec te ipsũ negocijs exponis? Ille verò sustinebat tacens. Omnes verò diligebant eum pro illius religione, & modestia. Cùm verò pater eius morturus esset, quidam ex genere ipsius, & alij Abibæ (hoc enim erat filio nomen) amatissimi, putantes, quod illum odisset pater eius propter asiduas illius obiurgationes, conuenerunt dicētes: Ne forte priuet hæreditate seruũ Dei pater, pro illo deprecemur. Erat enim diues valde. Pergunt itaq; ad eum, & dicunt: Conuenimus aliquid abs te precaturi. Quibus ille ait: Quid vultis à me petere? Pro Domino Abibæ oramus, ne illũ negligas. Tũ pater. Pro illo rogatis me? Dicunt ei: Vtique. Qui ait: Vocate illum huc. Putauerunt autem, quod iuxta consuetudinem obiurgare eum vellet. Cùmque ingressus fuisset, ait illi pater: Appropinqua mihi. Et cùm appropinquasset ei, tenuit pedes eius plorans, & dicens: Ignosce mihi, fili mi, & ora Deum, ne mihi imputet, quoniam affixi te. Tu enim quærebas Christum, & ego seculariter mouebam. Vocat autem & alios filios, & ait illis. Hic Dominus vester, & pater est, quicquid dixerit, facite, & quod vos habere voluerit, in ipsius potestate erit. Admiratiq; sunt oēs. Statim verò vt mortuus est pater ipsorũ, distribuit fratribus partes. Ipse vero sumens

ro sumens partem suam, dedit eam 3 pauperibus. nihil sibi omnino referuans. Fecit autē sibi breuē cellulam, vt solitarius degeret: moxq; cum consūmasset cellam, infirmatus est, atq; ad finem peruenit. Aderat autē illi frater eius, cui dixit: Vade frater, fac domui tuæ cōsolationem. Aderat quippe celebritas sanctorum 4 Apostolorum. Dixit ei frater eius: Quomodo dimittam te, & abibo? Ait illi: Vade, & cū venerit hora mea, ego te vocabo. Cū ergo venisset hora, surrexit ad fenestram, & pulsauit. Intendit autem in eum frater eius. Et ille ipsi annuit dicens: Veni. Statim verò vt venit frater eius, tradidit spiritum Domino. Omnesq; mirati sunt, & glorificauerunt Deum dicentes: Eximia charitate, qua dilexit Christum, dignum inuenit finem.

- 1 Si erat virgo, non est impossibile virginitatē seruare.
- 2 Vides quòd multi ex sanctis vino non sunt vsi?
- 3 Ecce verā paupertatem Euangelicā, omnia distribuere pauperibus, & nudum sequi Christum.
- 4 Etiam antiquitus celebrabatur Sanctorum Apostolorum solennitas, sicut & modo fit.

Relatio de quodam lapidario, qui prudenti consilio vitam in mari seruauit.

C A P V T C C I I I.

Narrauit quidam patrum, quòd aliquando lapidarius quidam habens lapides pretiosissimos, & gemmas, & margaritas, nauem conscendit cum filiis suis, peregrinē ire cupiens, & negociari. Contigit autem illum ex dispositione Dei puerum quendā, qui erat in nauī, diligere, qui illi quoq; in nauī ministrabat, & ipse etiam ab eo reficiebatur comedens ex his, quæ ille comedebat. Die verò quadam audiuit nauas puer submurmurantes inter se, & statuentes illū

in mare proijcere pretiosorū lapidum causa. Venit autem puer ille moerens ad virum prædictū, vt ex cōsuetudine sua ipsi ministraret. Qui ait illi: Cur hodie ita moerens es, fili? Ille verò dissimulabat dolorem, & tacebat. Rursum interrogauit eum dicens: Dic mihi veraciter, quid habes? Tūc ille erumpens in fletum ait illi: Sic & sic consiliū fecerunt nauas de te. Dixit autem ei: Nosti hoc diligenter? Ait: Vtiq; sic de te apud se ipsos statuerunt. Tūc aduocans filios suos dixit eis: Quocūq; dixero vobis, impigrē, & absq; vlla disceptatione perficite. Tūc explicans sindonem cepit eis dicere: Afferte capsulas. Quas cū tulissent, aperiens eas cepit educere lapides. Et cū omnia explicuisset, & in omnium conspectum posuisset, sic dicere cepit: Hæc vita est: Propter ista periclitor: & cum mari pugno: & post modicum morior: nihilq; mecum ex isto seculo fero? Dixit autē filijs suis: Projicite in mare ista omnia. Mox itaq; vt locutus est, tulerunt ea, & in mare proiecerunt. Porro nauas obstupuerunt, consiliū suū dissipatum esse cognoscentes.

Quomodo mulier religiosa, & timens Deum monachum à turpi desiderio compegerit.

C A P V T C C I I I I.

Dicebat aliquis patrum: Frater quidam à serpente morsus est, ingressusq; est ciuitatem, vt curaretur. Suscepit autem illum religiosa quædam mulier, & timens Dominum, & curabat eum. Cū verò modicum cœpisset à doloribus deseri, cepit illi diabolus immittere turpes cogitationes in eam, volebatq; tangere ipsius manum. Quæ dixit ei: Non ita, pater. Christum time. Recole tristitiam, & poenitentię dolorem, quem in cella

tua passurus es. Memento gemituum, & lachrymarum, quas effusus es. Hæc ille, & alia similia cum ab ea audisset, fugit ab ipso pugna diaboli, iamque erubescens inde fugere volebat, non valens præ pudore in ipsius faciem intedere. Illa rursus eum in visceribus Christi miserans dicebat ipsi: Noli discedere, pater. Opus adhuc habes foementis. Non erat puræ animæ tuæ illa cogitatio, sed perditæ, corruptorisque diaboli suggestio. Atque ita sine scandalo curatum illum à se cū viatico dimisit.

De alia muliere prudente, quæ se impetentē monachum sapienti concilio reiecit.

C A P V T C C V.

NArrauit nobis quidam, quod aliquis manens in cœnobio missus est pro responso cœnobij. Erat autem quidam religiosus secularis in vico morans, apud quem ille diuertebat, quoties veniret in vicum. Habebat verò ille filiam nuper viduam relictam, quæ vixerat cum viro suo vnum, aut duos annos. Cum ergo frater ille ingrederetur, & egrederetur ad eos, impugnari de illa coepit. Quæ, vt erat prudens, id cognouit, & obseruabat se, vt non veniret in conspectu eius. Quadam verò die intrauit pater eius proximam ciuitatem cuiusdam necessitatis causa, dimittens eam in domo solam. Veniens autem frater ille secundum consuetudinem, solam eam reperit, & dixit ei: Vbi est pater tuus? Cui illa: Ingressus est ciuitatem. Coepit ergo turbari ab impugnatione, volens insurgere in eam. Quæ cum omni prudentia dixit ad illum: Noli turbari. Pater meus vsq; fero, nō reuertetur. Hic ambo sumus. Scio autē, quod vos monachi sine oratione nihil facitis.

facitis. Surge itaq; & ora Deum, & quicquid miserit in cor, hoc faciamus. Ille vero non acquiescebat, sed perturbabatur magis. Quod illa vbi animaduertit, ait illi: Nunquid cognouisti vnquam mulierem? Dicit ei: Non. Sed scire volo, quidnam sit. Quæ ait illi: Idcirco turbatis, quia ignoras, fetorem infelicitum mulierum. Et volens illi passionem imminuere, dixit: Nunc ego sum in mentibus, & nemo mihi appropinquare potest, neque odorari præ fetore. His ille alijsque plurimis ab ea auditis, compunctus & in se ipsum rediens, lachrymatus est. Postquam verò vidit illum puella ad se ipsum rediisse, dixit ei: Ecce si te audissem, & obtemperassem tibi, iamque peccatum perpetravissetis, qua deinceps facie, quibus oculis aspiceret potuisses patrem meum? vel reuerti ad monasterium tuum, & audire psallentium sanctorum chorum? Deprecor itaque vt sobrius, ac vigilans sis, nec velis iam propter breuem voluptatē perdere tot labores, quot pertulisti, æternisque priuari bonis. Audiens autem hæc ipsius verba frater ille, qui passus fuerat tentationem, quiq; ista retulit, gratias agens Deo, qui illum per mulieris prudentiam, & pudicitiam, ne funditus periret, eripuerat, reuersus est ad monasterium, & peccati sui poenitentiam egit.

1 *Vide quantum sit peccatum, Monachum fornicationē incurrere.*

Quæ arte mulier quadā illustri mansuetudinem & doctā sit.

C A P V T C C V I.

NArrauit quidam ex patribus, quod mulier illustris, & ex senatorio genere, venerit adorare sancta loca. Cumq; descendisset Cæsaream, placuit sibi illic requiescere, rogauitque Episcopum

pum dicens: Da mi vnam ² virginē, vt informet me, & doceat timorem Dei, Eligens autem Episcopus virginem humilem, tradidit ei. Post aliquantulum verò temporis occurrens illi Episcopus ait: Quomodo se gerit Virgo, quam assignaui tibi? Quæ ait: Bona quidem est, sed non valdè prodest animæ meæ: permittit enim me voluntates meas facere, cum sit humilis. Sumens autem Episcopus vnam duriorē dedit ei, quæ illam obiurgabat, appellans eam fatuam diuitem, & his similia illi exprobrans. Post tempus aliquod rursus illā rogauit Episcopus: Quomodo se habet altera Virgo? Quæ dixit: Reuera ipsa prodest animæ meæ. Atq; ita magnā acquisiuit mansuetudinem.

1 Nota peregrinationem ad loca sancta adorationis gratia.

2 Ecce hic duas Virgines.

Vita puella Alexandrine, quæ à sanctis angelis de sacro fonte fuit leuata.

C A P V T C C V I I .

Narrauit nobis Abbas Theonas, & Theodorus, quod Alexandriæ sub Paulo Patriarcha puella quædam relicta fuerat pupilla à parentibus magna facultate locupletibus. Erat autem adhuc sine baptismo. Die verò quadam ingressa pomarium, quodd sibi reliquerant parentes eius (sunt enim in medio ciuitatis pomaria) vidit quendam parantem sibi laqueum, vt se præfocaret. Cucurrit igitur, & dixit ei: Quid facis, homo? Dixit autem ei: Dimitte me, mulier, quoniam in multa tribulatione sum. Quæ ait illi: Dic mihi causam, & fortassis iuuare te potero. Dixit illi: Graui

li: Graui ære alieno premor, & valde suffocor à creditoribus, elegiq; potius vitam semel finire, quàm quotidie mori. Quæ dixit illi: Quæso te, accipe omnia, quæ habeo, & redde; tantum ne perdas te ipsum. Sumens verò ille reddidit oia. Puella ergo angustari cœpit, non habens, qui sibi curam gereret. Itaque destituta parentum solatio, fornicari instituit, & inde sibi victum quærere. Dicebant ergo viri illi sancti: Quis nouit ista, nisi solus Deus? quomodo scilicet permittatur anima propter causam aliquam ipsi soli cognitam, ad tempus de relinqui? Post aliquantulum temporis infirmata est puella, & in se reuersa compuncta est, orauitq; Pontificem, vt faceret illam Christianam. Omnes autem aspernabantur eam dicentes: Quis hanc suscipiat, quæ meretrix est? Affligebatur autem vehementer. Cum verò in his esset angustijs, assistit illi Angelus in specie hominis, cum quo misericordiam fecerat. Cui illa dixit: Cupio fieri Christiana, & nemo vult pro me loqui. Qui ait: Nunquid re verà istud cupis? Respondit illa: Vtiq; Domine, & deprecor te vt hoc mihi impetres. Qui ait: Noli tristari. Ego adducam aliquos, qui te accipient. Adduxit ergo alios duos & ipsos sanctos Angelos, duxeruntque illam in Ecclesiam. Rursusque se ipsos transformantes in personas quasdam illustres, & notas ex ordine Augustalium, vocant clericos, Presbyterum scilicet, & Diaconū, qui in hoc ipsum constituti erant. Dicunt eis clerici: Vestra charitas pro ea pollicetur? Illi autem responderunt: Etiā nos pro illa pollicemur. Sūentes ergo illā baptizauerunt, & albis induta rursus ab eis uestita est. Quæ cum deposuissent, euauerūt. Vicini ergo cum illam ita albis indutam viderent, postquam recesserunt illi, dicunt ei: Quis te baptizauit? Nunciauit autem eis rem totam, dicens:

tens: Venerunt quidam, & tulerunt me in Ecclesiam, locutiq; sunt clericis, & baptizauerunt me. Et dixerunt ad eam: *Qui sunt illi?* Cum vero non posset dicere, qui essent, illi abeuntes nunciauerunt Episcopo. Dixit autem Episcopus his, qui ad baptizandum constituti erant: Vos illam baptizastis. Et confessi sunt se illam baptizasse exoratos ab illis Augustalibus. Porro accersitis ex Pretorio his, quos clerici dixerant, dixit Episcopus: Num ipsi pro ista fide iussistis? *Qui dixerunt:* Neq; nouimus, neq; conscij sumus nobis hoc fecisse. Tunc vero iam cognouit Episcopus, Dei hoc opus esse. Conuocansq; illam dixit ei: Dic mihi, filia, quid gessisti boni? *Quae ait,* meretrix existens, & pericula quid boni operari potui? Dixit illi Epi. Ni hilne omnino operata es? Dixit ei: Non, nisi quod videns quendam, qui a creditoribus pernebatur, se suffocare volentem, data illi omni substantia mea liberaui eum. Et his dictis continuo obdormiuit in Domino. Tunc Episcopus glorificans Dominum dixit: Iustus es domine, & rectum iudicium tuum.

1 Vide quod baptizari antiquitus alba veste induebatur.

Pulchra responsio senis facta fratri, qui a tristitia impugnabatur.

C A P V T C C V I I I .

FRater, qui a tristitia impugnabatur, interrogatus fuit senem dicens: Quid faciam, quia cogitationes meae insurgunt aduersum me dicentes: Inutiliter, & importune renunciauisti, saluari non potes. Dixit ad eum senior: Scis, frater, quia & si non possumus terram repromissionis ingredi, expedit nobis, ut cadamus in deserto, quam ut reuertamur ¹ in Aegyptum.

Pulchra

1 Ecce nunquam debere Monachum institutum suum deserere.

Pulchra admonitio cuiusdam sancti viri super verbis orationis Dominicae. & ne nos inducas in tentationem.

C A P V T C C I X .

Dixit quidam sanctorum: Cum oramus ad Dominum dicentes: Ne nos inducas in tentationem: non ut non tentemur oramus, hoc enim possibile non est, sed ne a tentatione absorbeamur, si aliquid agamus, quod displiceat Christo, hoc enim est non intrare in tentationem: Sancti enim martyres tentati per supplicia, nec superati, non intrarunt in tentationem, sicuti neque qui pugnat cum bestia, quousque non deuoratur ab ea: Cum vero deuoratus fuerit, tunc introiuit in tentationem. Ita & in omni passione fit. Neq; enim intramus in tentationem, nisi a passione superemur.

Quomodo sanctus Episcopus altercantem secum alterum humilitate superauerit.

C A P V T C C X .

QUIDAM ex patribus narrauit de duobus vicinis Episcopis, quod aliquando inter eos simultas quaedam exorta sit. Erat autem ex his alter quidem Diues, & astutus; alter vero humilis valde: Quarebatque astutus ille alium adere. Quod cum ipse comperisset; ait clerico

Li

suo

ſuo: Chriſti gratia vincere poſſumus. Dixeruntq̄ illi: Quis, Domine, adueſus iſtum præualere poſſit? Et ait illis: Expectate pauliſper, & videbitis miſericordiam Dei. Obſeruauit igitur diem, quæ ille martyrū ꝑ feſtiuitatem celebraret, aſſumens. que clerum ſuum ait illis: Sequimini me, & quicquid me facere uideritis, & vos facite, prouisusque victores erimus. Dicebant ergo: Quid puras facturus eſt? Venit igitur ad Episcopum, & pertranſeunte ꝑ Litania, populoque totius ciuitatis congregato, prociſit ad pedes eius cū toto clero ſuo dicens: Ignosce nobis, Domine, ſerui tui ſumus. Stupefaſtus ille, atq̄ue compunctus in tanta Episcopii humilitate, Deo cor illius immutante, pedes illius tenuit dicens: Tu meus & Dominus, & pater es. Factaque eſt inter eos ex illa die magna charitas, atque concordia. Dicebat autē clero ſuo humilis ille: Nunquid non per Chriſti gratiam uicinus? Et vos ergo cūm habeis inimicū, ita facite, & victores eritis.

Dixit iterum ſenex: Maiorem habet gloria humilis, quàm Rex. Ille enim ſolum in ſcientiam laudatur, hic autem ſemper, & ubiq̄ laudatur, & beatus prædicatur.

1 *Etiā olim feſta ſanctorum martyrum celebrabatur.*

2 *Vide Litaniarum uſum antiquum in Eccleſia.*

De ſene magna uirtutis, qui fratrem ſua illi ſuffuratum à carcere liberauit.

C A P V T C C X I.

NA R R A V I T nobis Abbas quidam, dicens: Erat prope cenobium noſtrum ſenex quidam leniſſimi animi, maximaque

qu

que uirtutis. Habebat autem in uicino cellæ ſuæ fratrem, qui per inſtigationem diaboli die quadam, dum abeſſet ſenex, ingreſſus eſt cellam eius, librosque illius, & uafa diripuit. Cū ergo rediſſet ſenex, & aperto oſtio, uidiſſet uafa omnemque ſupelleſtilem ſublaram eſſe, perrexit ad fratrem, ut nunciaret ei, quid ſibi contigiſſet, inuenitque uafa adhuc in medio poſita, nondum enim frater ea repoſuerat. Nolens autē ſenior confundere, uel arguere fratrem, ſimulata neceſſitate, continuo ad neceſſaria naturæ egreſſus eſt, ibique permanſit per multam horam, donec frater ille uafa de medio tolleret, atque reponeret. Veniens autem poſtmodum ſenex, de alia re illum alloqui cœpit, neq̄ ipſum omnino arguit. Poſt paucos autem dies deprehenſum eſt à quibusdam fratris furtum, miſſusque eſt in carcerem, ſene nihil penitus ſciente. Comperito autem, quod in carcerem frater ille coniectus eſſet, ignorans cauſam ſenior, uenit ad monaſterium noſtrum, ad quod accedere ſæpè conſueuerat, dixitque mihi: Fac charitatem, & da mihi aliqua eſculenta. Et aio ad illum: Num aliquem habes hoſpitem? Dixit autem mihi: Habeo ſanè. Accepit autem ea ſenior, ut iret ad fratrem in carcerem, & conſolaretur, ac reſiceret cum. Ut autem ingreſſus eſt carcerem, prociſit frater ille ad pedes eius, dicens: Propter te hic detineor, Abba. Ego enim ſum, qui tua omnia ſuatus ſui. Sed ecce liber tuus apud illum eſt, & pallium tuum, & cætera illo, & illo in loco ſūt. Dixit ei ſenior: Certus eſto, fili, idque firmiter tene, quia non ideo ad te ueni. Neque enim ſciebam penitus, quod propter me hic eſſes. Immo comperito, quod hic detinereris incluſus, in dolui, ingreſſusque ſum conſolandi tui cauſa.

Nam ecce quæ attuli pro refectione tua. Faciant autem omnia, ut te de carcere liberem. Profectus que rogauit pro eo quosdam de principibus. Quibus cum nota esset viri virtus, mittentes eduxerunt fratrem illum de custodia.

De duobus senibus, qui mira patientia erga latrones vsi sunt.

CAPVT CCXII.

DICEBAT quidam senem: Accessit ad nos senex magnæ virtutis. Legentibusque nobis patrum vitas, atque sententias (Delectabatur enim senex ille ea potissimum lectio- ne, ita ut esset illi semper in ore, & in corde, vnde & ex ea maximum virtutis fructum acquisiuit) ad eum senem legendo ventum est, ad quem ingressi latrones dixerunt: Omnia, quæ habes in cella tua, tollere venimus. Ipso verò dicente: Quæcunque videntur vobis, filij, tollite: tulerunt omnia, & abierunt. Et cum solum marsupium, quod pendebat, reliquissent, senex, illo accepto, post eos sequebatur clamans, ac dicens: Accipite, filij, à me, quod tollere oblitus estis de cella nostra. Quamobrem admirantes illi senis tolerantiam, omnia suis locis in cellulam reuersi restituerunt dicentes ad inuicem: Verè hic homo Dei est. Cum igitur hoc legeremus, ait ad me senex: Hoc exemplum mihi multum profuit, Abba. Ad quem ego: Quomodo pater? Et ait mihi: Cum aliquando morarer propè loca Iordanis, legi hoc, & mirabar hunc senem, & dicebam: Domine Deus, qui me ad hunc habitum vocare dignatus es; fac me dignum huius vestigia sequi. Et cum

cum arderem summo affectu imitandi eum, post biduum superuenerunt latrones, & pulsantibus illis ianuam, agnoui, quia latrones essent, dixique in me ipso: Deo gratias. Tempus est, ut ostendam fructum desiderij mei. Aperiens autem ianuam, hilariter suscepi eos, & accendi lucernam, & ceppi eis omnia ostendere, dicens ad eos: Nolite turbari. Confido in Domino, quia nihil celabo vos. Aiunt autem mihi: Habes aurum? Et dixi eis: Etiam habeo tria numismata, posuique illa coram eis. Qui accipientes ea abierunt in pace. His ego auditis, iocans dixi seni: Nunquid isti ad te reuersi sunt, quemadmodum illi ad senem? Qui statim dixit mihi: Non. Auertat hoc Deus. Neque enim voluissem ego, ut reuertarent.

Cur signa et prodigia diuinitus in sancta ecclesia fiant.

CAPVT CCXIII.

DICEBAT senex quidam: Signa, & prodigia diuinitus vsque hodie in Ecclesia fiunt propter eas, quæ pullularunt, & quotidie pullulant, impias hæreses, & maxime propter Acephali Scueri, & cæterorum perniciofa schismata, ad munimen, ac firmitatem infirmarum animarum, atque ad illorum ipsorum, si ita voluerint, conuersionem. Propterea igitur & à sanctis patribus, & à beatissimis martyribus ab initio fidei vsque hodie fiunt mirabilia in sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia.

1 Propter hæreses fiunt miracula in Dei Ecclesia.

2 Nota sanctos patres, & martyres facere miracula.

Miraculum fontis baptismalis in Cœanensium ciuitate.

C A P V T C C X I I I .

S O R V B A vius quidam est ad radices montis, in quo sita est Cœanensium ciuitas. In eo baptisterium est, quod in sanctis epithanijs sudat, qui sudor per tres horas continuis incrementis augetur, & post baptismum peractum decrescere incipit, & tribus alijs horis sensim deficit.

Aliud miraculum baptisterij castelli Cedebratis.

C A P V T C C X V .

E S T & in castello Cedebratis, quod sub monte Aenoandron ciuitatis situm est, baptisterium, quod in paschali sanctæ resurrectionis festiuitate, cum sit lapis vnus, ex se ipso continuo impletur. Duratque aqua illa vsque ad Pentecosten, moxq; transacta Pentecoste euanescit. Vtraque verò ista miracula in prouincia Lyciæ fiunt. Siquis autem hæc ita esse non credit, vsque ad Lyciam non grande iter est, pergat, vt rei veritas, sedem illi faciat.

In paschali sanctæ resurrectionis festiuitate.

Frudens consilium de non temere diffiniendo, de quæ non seruando quæ temerè diffinita fuerint

C A P V T C C X V I .

C V M essem semel in sancta ciuitate, venit ad me vir quidam fidelis, & dixit mihi: Quia quædam indignatio oborta est inter me, & fra-

LI III

tem meum, & ille non vult reconciliari mihi, alloquere illum, & ad reconciliationem exhortare. Quod ego libentissimè suscipiens, conueni fratrem illius, locutusque cum illo sum ea quæ ad charitatem, & concordiam pertinere videbantur. Visusque est interim obtemperare mihi. Postmodum verò dixit ad me. Reconciliari nequeo, quia iuravi per Crucem vltra illi non reconciliari. Quo audito, sub ridens atq; ad illum: Iuramentum tuum talem habet vim, ac si dixisses: per pretiosam Crucem tuam, Christus non obseruabo mandata tua, sed inimici tui diaboli voluntatem faciam. Non solum enim non debemus ea seruare, quæ à nobis pessimè diffinita fuerint, sed etiam maximè poenitentiam agere, & affligi in his, quæ contra nostram salutem malè diffiniuimus. Nam si Herodes poenitentiam egisset neque iusiurandum, quod stultè emiserat, seruasset, nunquam profectò maximum illud scelus admisisset, vt præcursorem Christi decollaret. Quod quidem ipse Basilij sententia confirmatur, quam de Euangelio sumpsit, quando voluit Dominus lauare pedes beati Apostoli Petri, cum ille primò pertinaciter obstans, postea sententiam mutauit.

Optimum senis consiliū, ne monachus mulieri appropinquet.

C A P V T C C X V I I .

D I X I T senior quidam: Filioli sal ex aqua est, & si appropinquauerit aquæ, continuo soluitur, & deficit. Et monachus similiter ex muliere est. Itaque si appropinquat mulieri, soluitur & ipse, atq; in id definit, vt iam monachus non sit.

Notent moderni heretici, qui à lateribus feminarū nunquam distēdere volunt.

Quomodo Abbas Sergius iniuriantem Agricolā patientia confuderit.

C A P V T C C X V I I I .

NARRAVIT nobis Abbas Sergius dux monasterij Abbatis Constantini, dicens: Cū aliquando iter ageremus cum quodam sancto sene, erravimus de via, & neq; scientibus nobis, neq; volentibus, inter sata inuenti sumus; & aliqua de satis volentes nolentesq; calcavimus. Quod cū vidisset agricola (erat enī illic operans) cœpit cōtra nos iniuriosa multa pferre cum iracūdia, dicens: Vos monachi estis? Vos timetis Deum? Si timorem Dei ante oculos habuissetis, hoc profectō nō fecissetis. Tunc ait nobis S. senior: Per Dominum nullus ei respondeat. Converterusq; ad illum dixit: Rectē locutus es, fili mi. Nam si timorē Dei haberemus, non ita fecissemus. Ille rursus furens, contumelijs impetebat nos. Rursusq; dixit senior ad illum: Vera prosequeris, fili, nam si veri Monachi essemus, istud non egissemus. Sed per Dominum indulge nobis, quoniam peccavimus. Stupefactus ergo ille ad tantam senis humilitatem, accessit propius, prostravitq; se ad pedes senis dicens: Peccavi, indulge mihi, & per Dominum assumite me vobiscum. Dicebatque beatus Sergius, quia securus sit illos rusticus, & accepit habitum.

1. Fides quod monachus factus accepit habitum.

Quomodo frater quidam humilitate Diacono de se conquerenti reconciliatus sit.

C A P .

C A P V T C C X I X .

NARRAVIT nobis senior quidam de se dicens. Cum aliquando morarer ad breve tempus in monasterio Abbatis Gerasimi, habebam quendam mihi maximē dilectum fratrem in contubernio. Die verō quadam fratribus nobis, & de vtilitate animæ loquentibus; mentionem feci ego de sermone quodam Abbatis Pemenis. Qui ait ad me: Ego experimento didici verborum istorum vim, & tranquillitatem, ac vehementem efficaciam illorum. Huius enim semel Diaconum quendam monasterij mihi charissimum, atque amantissimum mei. Huic, nescio vnde, venit suspicio de me cuiusdam rei sibi inferentis mœrorem, cœpitque contristari, & me non, vt solebat, gratē intueri. Vidēs autem ego illum tristē, causam ab eo tristitiæ percontari cœpi. Qui dixit mihi: Quia rem istā fecisti. Ego cū nihil mihi omnino ipsius rei conscius essem, cœpi illi satisfacere, ac dicere nullam ipsius rei me habere cōscientiam. Et ait mihi: Ignosce, frater, mihi satisfactum non est. Profectus iraque ab illo in cellulam meā, cœpi examinare cor meū, an tale aliquid à me fuisset admissum, neq; inueniebā. Cū ergo ille teneret sanctum calicē in manibus, fratribusq; distribuere, accessi ad eū, & iuravi per ipsum calicē nihil me omnino tale gessisse. Nec sic quidam illi satisfactum est. Rursus verō in me ipsum rediens, verbaq; ista sanctorū patrum memoria repetens, eisq; credens, verti paulisper cogitationē meā, & dixi in me ipso: Diaconus iste intentissimē diligit me, & charitate mœtus hoc dixit mihi, quod erat in corde suo de me, vt sobrius, ac vigilans sim, & de cætero custodiam me ipsū, & istud vltra non faciā. Sed tu, infelix a-

nima, dum dicis: Non feci hanc rem: innumera mala gessisti, & latent te. Vbi sunt, quæ fecisti heri, vel nudius tertius, vel ante decem dies? Recole ea si potes. Et hoc itaque fecisti, sicut & illa, & late te similiter, vt illa. Sic itaque animo affectus, quasi reuera id fecissem, sed inter cætera oblitus essem, cepi gratias referre Deo, & diacono, quoniam per ipsum Dominus, dignum me fecisset recognoscere peccatum meum, & penitentiam de ipso agere. Surgens igitur perrexi ad Diaconum vt penitentiam agerem, & illi referrem gratias. Vt ergo pulsauit ipsius ianuam, continuo aperiens, primus se mihi prostravit dicens: Ignosce mihi nam a dæmonio mihi suggestum est vt rem illã falso de te suspicarer. In veritate enim Deus me certum reddidit innocentia tua. Neque omnino permittit, vt illi satisfacere, dicens mihi: Non est necesse. Ego igitur maximè ædificatus glorificaui Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, incommutabilem, atque indiuiduam Trinitatem: Cui est honor, & imperium & magnificentia, in secula gloria seculorũ.

Amen.

F I N I S.

INDEX

I N D E X A D I N - S T A R L O C O R V M C O M .

MVNIVM PRAECIPVARVM RE-
rum & sententiarum, quæ in Climaci sca-
la & Sophronij prato tam in textu,
quam in annotationibus
habentur.

A.

- A**bbrenunciatio quid sit 261.
sit 157. quotuplex sit. Adam si non peccasset, v-
35. xorem non cognouisset. 155. & 174.
Abstinentia optimum solatium in morte 119. e-
ius perfectio & finis 303. Adificationis verba vel se-
quæ discretio in ea ser- tentiæ 373. 376. 377. 424.
uanda 148. domat lin- 429. 435. 436. 467. 470.
guam 150. paulò mino- **A**equitas quid sit. 206.
res nos Angelis facit **A**ffectus ab omni cura
270. mira abstinen- mundana sint vacui 32.
tiæ exempla 335. 355. 375. pulchrè per metapho-
423. 472. 494. 500. Vide ras describuntur 236. qui
quoque; Ieiunium. difficillimè superantur
240.
Acedia quid sit, & vnde **A**lphabetum incipientium
oriatur 144. 146. 241. qui 236. proficientium 237.
hoc vitio obnoxij, qui perfectorum ibid.
nò 144. effectus ib. et 145. **A**ltaria consecrari solita
cognata & affinia ibid. 324 & 329. Angelos ha-
& seq. Cõtraria 146. 453. bere custodes ibid.
monacho mors est 145. **A**micis non vacandum
nisi fiat psalmodia non 109. eorum visitationes
apparet ibid. præcedit obsunt. 234.
fornicationem 285. **A**nachorecis eadem est,
Actina vita in quo confi- quam quietem vocant
stat 246. eius variae acti- 280. quid sit 276. initiũ
ones 107. ex ea in con- & finis ibid. an omnib.
templatiuam progressi cõueniens sit 30. nò om-
nibus utilis 70. 273. 282
quibus

I N D E X.

quibus cōueniat 33. eius & monastica vitę comparatio 264. 277. Varijs intētionibus arripitur 330. quomodo arripienda 279. elegans de ea quęstio & responsio 60.

Anachoreta quid sit 277. verus hostis diaboli est 279. eius & monachi comparatio 277. eius & Angeli cōparatio 280. eius insignia 282. pręcipuum opus 284. quę vitia eum potissimū impugnant 291. virtutum eius catalogus 483. gratis olium nihil recipiebat 447.

Angelus custos noster ad quid nobis astet 188. proficiunt Angeli in scientia & gloria 261.

Anima nostra nobis ipsis hostis & dæmon, pulchrę 244. sufficiens sibi est ad perditionem 255. cur dæmones nō videat eum sit eiusdem substantiæ 265.

Apostatę horrenda mors 356.

Athanasij scripta quanti apud veteres fiebant 354. eius encomium 523. persecutiones 525. pueritia 523. responsio de baptisate sine fide 525.

Auaritia quid sit 170. eius radix omnium malorum 177. & 78. eius excusationes 176. 178. accedię inimica 176.

Auarus congregans verbis misericors re nonitem 176. contentiosus est 177.

B

Baptisatis varię generæ 490.

Baptisati a pueris 524. vnguebantur 323. alba veste induebantur 536.

Apostoli baptisati sunt & a quibus 490. Baptisati sine fide an verę baptisati 525.

Baptisare mulier non potest 323. clericorum est 489.

Blaspheemia quid sit 204. species ibid. causę 241. difficulter in confessio nem venit 200. est causa desperationis ibid. ipsa Synaxeos hora infestat ibid. non hominis sed diaboli opus est 200. 203. remedium contra eam est non resistere, sed contemnere 202. 203. eius exemplum 203. 204. aliud remedium 203.

C.

Can

I N D E X.

Caro ingratus amic⁹ 134. 160. eius motus nunquam in vita expringuitur 148. ei non fiendum 157. quomodo dometur 158. appetitus eius vnde 159. mors est 160. eius pinguedo obest spiritualib⁹ 256. 270. contra eā cautē pugnandum 272.

Castitas quid sit 155. donū Dei est 156. & 311. initium medium & finis 156. eius perfectio 303. quomodo assequi poterimus, pulchrę 158. signū nos affectos esse 156. cur ea delectetur Deus 161. hominem Deo similem facit ibid. facilius seruant eam contrarium nō experti 271.

Castus quis 155. 156. exempla virorum 449. 421. mulierum 351. 371. 509. 493. 532. 533. an quis Castus post peccatū sit 167.

Catholicę fidei veritatē argumenta miracula 347 348.

Cenodoxia quid sit 179. quotuplex sit 195. eius summum & finis 304. vnum pro omnibus peccatum 166. eius & superbix comparatio 188. cū desperatioe pugnati 189. itē cū alijs vitijs 191. 468. eius pugnę exemplum 468. in omnibus gloriat 189. ex ea vitam spiritalem quidam auspicij bene finiuerunt 192. aliquādo vtilis 195. q̄ in donis naturę gloriatur nunquam dona gratiæ accipiet 192. quomodo sit mater superbię 193. duplex eius poena 189. eius odium 194. contra eam remedia 194. exemplum 193.

Cerui natura 270. 275.

Charitas quid sit 306. eius natura 307. vis & effectus 308. 310. difficile est de ea loqui 306. omnes virtutes in se continent 242. maior est oratione ibid. quędā inest natura ibid.

Christianus quis sit 22.

Cibi qui viris spiritualib. noxij qui non 149.

Clementia vide mansuetudo: eius in signe exemplum 346.

Cogitationes immundę an ex motu carnis proficientiant, an contra 169: in confessione aperiendę 271. quomodo cōtra eas pugnandū 157. Vnde & quomodo superetur 173. remedia contra 171. & 172.

Celleste apud veteres quid sint 86. eius species ibi.

Concupiscentia carnis unde sit,

I N D E X.

de fit, & contra eam remedia 164. 165. eius gradus 168. qui ex his peccatum, qui non ibid. & seq. Coniugati quomodo saluari possunt 28. copula non fuisse si. Adam non peccasset 155. & 174. exemplum potum coniugum 382. Virginitatem seruantium 421.

Consolationes infirmiorū 25. 235. 274. 377. 746.

Conscientia quid sit 274. vsurpanda vt regula vitæ 234.

Cōsuetudo mala difficulter corrigitur 240. 271.

Contemplationis dulcedo si desit non desperandum 120. ad eam non nimis citò festinādū ib.

Cōtinens quis dicendus 22.

Conuersio quid sit 23. initium eius laboriosum, tamen non dimidendū 24. fundamentum firmum iaciendum & quod duplex illud sit 25. que ex valido firmamento nobis vtilitas 25.

Conuertentes quid initio facere debent 30. in triplici sunt differentia 31. accommodatæ similitudines 25. & 26.

Conuersi 455. 535. 47. 344.

Cor mundum quærit Deus 517.

Corporalia exercitia non

tam grata Deo quā spiritalia 242.

Corruptio fraterna an sepepercutanda 37. post vnā aut alterā fratrem dimittendū 255. corripiendū licet ex eo inimicus fiat 257. pro alijs corripipepetendum veteres 51. eius fructus 65. patienterferenda 82.

Crux Christi adoranda 403. 416. 494. eius vis & miracula 323. 394. 406.

Cura qualis debeat esse Christi, & qualis nō 32.

D.

Desperatio duplex & vnde oriatur 249. vtriusq; differentia & remedium ibid. cogitatio bona cōtra eam 259. admonitio 388. eius contrarium superbia 260. desperans saluari nō potest 273. ante mortem non desperandum 273.

Detractio quid sit 136. 138. vnde oriatur ibid. eius excusatio & refutatio 137. sola sufficit ad damnationē 138. bona cōtra eam cogitatio 137. Vide Iudiciū temerarium.

DetraCTOR quomodo increpandus 137. probus nō detrahit 139.

Deus quomodo diligendus & merendus 26. omnibus sine acceptione

I N D E X.

tionē pecc. est salus 22. non quantitatem operis. sed operantis propositum & voluntatem remunerat 18. cur castitate delectetur 161. eius misericordia quādo cogitanda quando non 106. 121. non est auctor mali 261. 245. aliquando precibus non flectitur 364. liberat suos 381. 505. eius prouidentia, adiutorij, custodia, consolationis differentia 238. eius voluntatē vt intelligam⁹ quid necesse 253.

Diabolus futura an sciat 42. 43. Psalmorum cantum odit 466. eius audacia 204. tria in nos studia & quomodo ea repellenda 234. quid eum in nos armet 187. varias tentationū eius 183. eius insidia & astutia tyrones Christi 57. 72. 117. 121. 122. 128. 139. circa fornicantes 159. 1. 62. 164. 167. 171. circa blasphemos 201. 252. variæ eius machine 40. quando nos magis infestat 497. exemplum oppugnationis in hora mortis 118. 119. morbo laborantes maximè tētat 237. exemplum. 497.

Imper rationis lumen primum extinguit 234. Cū eo non luctandum sed pugnandum 258. nisi cum eo pugnemus amicus noster fit 166. fallimus eū simulando 258. quomodo obseruandus 286. pugnantes contra eum iuuat Deus, exempli 375. signum eum à nobis vicium esse 285. Victoria hæc nostra miranda 168. cur nonnunquā nobis recedat pulchre 244. Delectatur iniquatione corporis 161. Diabolus præcursor dictus 251. qui, quibus temporibus die in nobis molestiores 286.

Diei initiū Deo dandū 251.

Discordia quandoq; bona 260.

Discretio quid sit 233. 257. differentia eius in incipientibus, proficientibus, & perfectis ibid. officij eius 266. suam cuique conuenientem applicet medicinam 238. diu discernere & deliberare, est indicium animæ lumine carentis 254.

Discretus quid sit 258.

Discussio sui quomodo facienda 63. 81. 146.

Doctrina incipientium, proficientium & perfectorum 236. & seq.

Docere possunt etiā imperfectores 255. 261. 253.

Doctores ecclesiæ quāti a eo non luctandum sed

Ecclesiam deserere est
fornicari 507. eius
persecutores ma-
le perierunt 350.

Eleemosynam petenti da-
re piorum est, non petē-
ti magis piorum, à vi au-
ferente nō repeterē per-
fectorum 246. non ne-
ganda etiā in carita-
te annonæ 397. Exem-
pla insignium elemosy-
nariorum 327. 440. 504.
487. 513. 528. fecerantur
Deo exempl. 487. 504.
519. 501. 528. Clām dā-
nda aliquādo exempl.
513. & seq. data ex labo-
re manuum 330. mini-
sterio corporis 336. per-
turbato animo 510.

Epiphaniæ festū ante 1200
annos 57.

Eucharistia adorāda 201.
sæpius sumenda 332. in-
iurij in eam cui similes
343. Vtrāq; speciem o-
lim qui vellent sume-
bant 361. 362. etiā al-
teram tantum 390. 392.
domum ferre & cōgruo
tempore sumere solent
390. Sumentes odio &
inimicitia sint immu-
nes 474. Pueri cum cle-
ricis primi communicā-
re solent 521. miracula
circa Eucharistiam 342.
343. 391. 521.

Excommunicatio post mor-
tem soluta 512.

F.

Fantasia quid sit 46.
nocturnas in die nō
reuocandas 164.

Formido quid sit 137. Cæ-
nobitas non perinde est
qui Anachoretas infe-
stat 187. qui formidant
qui non ibid. remedia
contrā eam ibid.

Fornicatio infesta est seni-
bus etiā & monachis
& perfectis 338. eius cau-
sæ, affinia & contraria
174 procedit etiā extā-
ctu 163. ex oratione in-
cauta ibid. ex gula 130.
eius & hæreseos com-
paratio 162. 163. 171. Di-
uersitas pugnatium cō-
tra eam 157. gulæ studēs
hanc vincere nō potest
150. quibus exercitijs vin-
catur quibus non 158.
162. Remedia cōtra for-
nic. 163. 171. 271. 150. pel-
luntur etiā odio 134.
ex corde pulsa latet in
anima 170. semel forni-
catus rarō desinit 167.
huius spiritus astutia
171. pudor sequitur 172.
discussio eius periculo-
sa 173. Exempla varijs mo-
dis à fornicatione reuo-
catorum. per puellam
351. 532. 233. per preces
fratris

fratris sui 408 per reue-
lationem 333. per le-
gram 330.

Furor quid sit 126. quo-
modo fugatur ibid. pe-
riculosus morbus est ib.
summum vel finis eius
126. Spiritum S. fugat
ibid.

Furibundus quis 126.

G.

Gloria duplex 193.
Gloria inanis vide
Cenodoxia.

Gratia dona optima qua
re aliquando subtrahā-
tur 67. glorians de do-
nis naturæ quæ gratiæ
sunt non accipit 192.
non acquiruntur hu-
mano studio ibi. cur ea
dat deus quorum ruinā
præcitat 256. humilitas
hæc parit & conseruat
228.

Gula quid sit 147. eius fi-
nis 303. effectus 106. 273
146. 75. cognata & affi-
nia 151. 153. cōtraria & re-
media 152. 154. 308. 127.
vincitur ab inanigloria
148. 246. eius exempl.
468. non statim supera-
tur 265. quæ discretionē
edomanda 148. ab hac
nemo viuens liber est
447. gulosi aliquando
compugnantur. 117.

Habitatio tardū mu-
tanda 74.

Hæretici vnde sūt
382 inimici sunt Sancto-
rū 359. eorum cum Ca-
tholicis inimicitig post
mortem 353. eorum bo-
na opera non probant
veram fidem 417. libri
eorum non habendi.

359. cum ijs nō commu-
nicandum 492. in eorū
ædibus non habitandū
491. libri eorum non ha-
bendi 359. conuersi qui
& quomodo 338. 347. 361.

Hieremiæ ossa vbi 385.

Homines quotuplices co-
ram Deo 12.

Homicidium quomodo
punitum 279.

Hospitalitatis merito da-
tur mōacho potus, sicut
alioquin morituro 337.

Humilitas quid sit 208. et
seq. itē 225. est virtus si-
ne nomine 209. triplex
humilitas 100. et 103. e-
ius initium, medium &
finis 209. eius perfectio
304. epitheta 22. ratio il-
lorum 31. donum Dei
est. 209. & 231. Nemo
hanc digne pertractare
poterit, nisi ipse humi-
lis sit 208. quantitas &
qualitas eius ineffabi-
lis 22 & de proprietatib.
M m eius

I N D E X.

ei⁹ ib. & pulchrius 222.
 & 225. penitentia, luc⁹
 & humilitatis ad inui-
 cem comparatio 221. &
 223. Gradus in humili-
 tate 228. est decor alia-
 rū virtutum 223. solam
 hęc dæmones immita-
 ri non possunt ibid. per-
 fectorum est 224. anima
 humilis vallis est 223.
 Gratia dona parit 192.
 ex dæmonib. Ange. facit
 230. peccatorū remissi-
 onē impetrat 230. ni-
 hil æque atqui humili-
 tatis habitus ædificat
 192. Quib. studijs acqui-
 ratur 226. argumēta &
 signa eā nos consecutos
 esse 227. affinia & cog-
 nata 230. imperfectorū
 sed humilium consola-
 tio 235. Exēpla. 345. 346.
 349. 464. 345. 348. & seq.
 Hypochrisis quid sit 206.
 vnde oriatur 242.
 I.
Ieiunium vide Absti-
 nentia. gratiam fan-
 nitatum promere-
 tur. 369 insignia exem-
 pla 308. 382. 336.
 Illustrationes Dei in ani-
 ma variæ 259. explicā-
 tur 268.
 Imaginum vsus & cultus
 358. Dæmon odit ima-
 gines ibi. quomodo co-
 lendæ 361. 399. 494. cetera

os eis accendi. 494.
 Imperfectio non nimis
 est æstimanda 235. cur
 nobis relinquatur 242.
 & 246.
 Imperfecti etiam doceant
 alios 235. non reiiciendi
 sunt sed consolationib.
 fouendi 242. nemo re-
 pentē fit perfectus 228.
 246. 265. 267. 273. aliæ
 consolationes 235. 537.
 61. Vnde visitationem
 Dei agnoscent 251. ma-
 iora viribus suis ne ag-
 grediātur 255. ne despe-
 rent audientes exempla
 perfectorum ibid.
 Ināis gloria vide cōdox.
 Indolentia animi quid
 sit. 109. 179. effectus eius
 106. remedia cōtraria 182.
 Indolēs quis sit fufius de-
 cribitur 179. & seq.
 Infernalis poenæ exem-
 plum 357.
 Iniuriarū memoria quid
 sit 133. filia est furoris &
 iracundiæ 131. fornicati-
 onem pellit 134 scriptu-
 ris vti solet 134. non po-
 test cum Christo Orare
 ib. indignū facit Eucha-
 ristia 474. quomodo cu-
 ratur 51. vt 134. aliud
 remedium 135.
 Iniuriarum obliuio quo-
 modo acquiratur 66. 133
 129. 130. salubris ad eam
 consequendā cogitatio
 57. fig.

I N D E X.

57. signū nos acquisiui-
 se 134. Exempl. 134. 541.
 Insensibilitas quid sit 179
 & 182. remedia contra-
 ria 182.
 Intellectus noster imper-
 fectus est. 41.
 Intentio hominis in ope-
 rando spectanda 254. bo-
 na op⁹ facit optimum,
 quod per se optimū nō
 erat ibi. varia est, pul-
 chrē 243. enumerantur
 aliæ 280. 281.
 Ioannes Climacus 16. an-
 nos natus mundū dese-
 rit 6. & 13. quousq; mun-
 do & sibi mortu⁹ 7. phi-
 losophus fuit ibi. post 19.
 annos conuersionis fit
 anachoreta & in ea vi-
 ta 40. annos perstitit 7.
 edebat omnia quæ per
 votū licebat, sed modicē
 ibid. quomodo singula
 vitia superauit 2. acce-
 diam mortis memoria
 & scribendō deuicit ib.
 in lachrimis erat assidu-
 us 9. somni modus ibi.
 Moyses monachus eius
 precib. à periculo præ-
 seruatur 9. & 10. medi-
 cus erat occultorū vul-
 nerū & quæ curauit 10.
 loquax à zoilis appella-
 tur quos silentio suo cō-
 fundit 11. fit abbas 12. &
 13. ei⁹ scripta ibi. quādo
 vixit ibi. à Gersone re-
 prenditur ib. vt hanc

scalā scribat petitur 14.
 Ira & Iracundia quid sit
 123. 132. quōduplex 131. &
 ius finis & extrinsecū 304.
 affinia & cognata 131.
 contraria ibi. superare
 hęc sine humilitate im-
 possibile est 372. quib. irac-
 scendum 131. 134.
 Iracundis solitudo mala
 est 127. cū iracundis alijs
 habitare iracundo an-
 vite sit 126. quib. virtu-
 tibus student 123. quō-
 modo curandi ibi. eorū
 varietas 127.
 Iræ vacuitas quid sit 125.
 causæ 123. 129. initium
 medium finis 123. quā-
 do perfecta sit. 126. 304.
 exemplum 423.
 Iudicia Dei cur nobis in-
 certa 254.
 Iudiciū temerarium quid
 sit 138. vnde oriatur 138.
 ab eo abstinentiū 137. q̄
 periculosū sit 138. homo
 condemnat sepe quem
 Deus elegit 433. nemo
 iudicandus ne in mor-
 tis hora 137. qui aliter fa-
 ciūt quomodo increpa-
 di sunt ib. compendiosa
 via ad salutē nō indica-
 re ib. plura vide Detrac-
 tus
 Insis nō deficit panis 341
 eis obediūt feræ belluæ
 322. 332. 369. 370. 438. 475
 472. aliquando male
 perire corporaliter per-
 mittit Deus 369.
 M m 3 Inuen-

I N D E X.

Iuuentus Deo donāda & cur 29. eius praua excusatio ibi. iuuenis ad monasteriū veniens quid agere debeat 35.

L.

Lachrymæ variæ sūt 123. ingratae quæ 114. mundissimæ quæ 115. duplices & locus vtriusq; aptus 112. & 123. Cause earum multis obscuræ 115.

Causæ quæ 125. & 112 effectus 115. 272. non quantas sed quales respicit Deus 113. an necessariæ sint 117. non ijs statim credendū 115. solatium in morte 119. materiæ fontes earum excitantes quæ 124. lachrymarum gratia quo modo acquiritur 50. Exemplum prodigiosa lachrymātiū 342. 355. 370. & 9.

Vide Luctus.

Leonis papæ epistola ad Flavianum à B. Petro Apost. emendata 460.

Leonis cuiusdam insignis fidelitas & gratitudo 418. & seq.

Lectio sacra vtilis 289.

Librorum amatores 484. 483. 482.

Libidinis augmentum unde 25.

Lingua bene cohibēda 290. lingue cure custoditæ exemplum 311.

Loquacitas quid sit 139. cau-

sa ex qua 140. & 241. remedia ibi. & seq.

Luctus quid sit no. propria eius ibi. effect. ibid. & 116. contraria in. efficacior baptismate ibid. luctum excitantia ibid. & 118. 122. iugis sit 112. cum metuunt diaboli ibi. sine eo ceteræ virtutes nullæ 121. de eo reddenda ratio 122.

Lugens vitam odit 114. nō studet seculo 121. 271. nō curat ventrem 120. cur lugendum 113. quis habitus deceat lugentem ibi. Vide quoq; Lachrymæ M.

Mansuetudo quid sit 205. Deū habet inhabitantē ibid. Vide Clementia.

Manuum impositio res ardua 462.

Maria Virgo Nestorium odit 360. & Seuerū Accphalū 361. orat pronobis 364. in eam Blasphemus punitur 360. eius imago vene randa 358. 494.

Martyrū tormenta & in ijs cōstantia patientiaq; 376. 377.

Mendacium quid sit 144. quam graue peccatū ibi variæ species 142. nulli harū bona ibi. excusationes mentiētū ibi. & seq. remedia contraria 142.

I N D E X.

Mens quomodo maculetur & emundetur 152.

Militia spiritalis sine metu cum gaudio suscipienda & cur 28. initio quibusdā leuis quibusdā grauis cur 29. difficultatē isti cur à secularib. abscōndat Deus ibi. quales sint hostes ibi. Epitheta dura, ardua leuis 24. horū ratio 31. iuuat nos Deus exemp. pulchrum 375.

Miles sit monachus 344. militis insignē exem. 381.

Misericordiæ operū exem. 336. 427. 477. 499. Vide Eleemosyna.

Misā nemo celebrat nisi presbyter 337. Pueri ludētes celebrant, mirū exē. 321. patres in missa. Spiritū. descendētem videre solent 337. 340. 463. Canonis verba alta voce olim recitabantur 321.

Monasticæ vitæ laus 73. 84. nemo eā aggredi metuat ppter peccatorum multitudinē 27. celebs aptior ad hanc q̄ coniugatus 28. tres eius status & qui cuiq; conuenientior 30. 60. in quo sita 238. præcepta & documēta 61. 49. quid quosdam ad hanc impulerit, 280. 377. 371. 381.

Monachi insignes definitiones 22. & seq. 198. fide

lis quis 60. eius & Anachoretæ cōparatio 264. 277. quæ eius diuitiæ 186.

eius insignē est oratio 184. alia insignia 283. Veritū mōachorū virtutes 366. laborabant manib. & ex lucro pauperib. dabāte eleemosynas 330. 498. nihil propriū habebant 312. Tō debantur 390. 432. eorū vestes 123. orabant stantes 204. diuersa in orationibus exercitatio 185.

mos in psallēdo 185. Dormiebāt in meridie 147. 383. hominū frequentia vitabant 366. eorū abstinentia 429. tota septimana Sabbato & Dominico die exceptis ieiunabant in Oriētē, in Occidēte etiā Sabbato 154. ante occasū solis nō cōmedebāt Peregrinis cibū semper apponebant 367.

Monachorū lux Angeli sunt, ceterorū hominū lux monachi esse deberent 239. quæ vitia maxime infestent monachos 82. Malus monachus 99 eius mores 82.

Monialis institutū suum deserere non debet 449.

Monasteria quorū in prout sit mētio: Aquilotarum 357. 372. Bicantiorū 409. Cuziba 336. & seq. Calamon 475. Cani Abbatis

M m 3 407.

407. S. Euthimij 335. S. Firmini 478. prope Gazā 478. Gigaatū 387. S. Germini 329. Laura noua 324. Laura Calamonis 337. Laura pharā 352. Laura turriū 353. S. Maric nogue 325. Penthuclā 322. philoxene 342. peregrinorū 469. Saplus 322. Salama 458. Sāpſonis 481. Salejme 482. S. Sabg 265. Scenriani Abbaris 350. in Scopulo 192. Sceti Abbatis 434. Scholarū 4928. Theodosij 124. Thelafomene 376. Turriū Iordani 325. Turrium Laura 353. Mors pijs optāda & an omne desiderij eū sit bonū 106. per Christū sublata 380. qui timet eā nondū verē penituit 105. Cur nō omnib. præcognita 106. Mortis præſcij 325. 347. 355. 436. 440. Tetatio horribilis in hora mortis 118. 119. Mortis memoria quid 105. summā philoſophia est 109. ū vtilis 105. effect. ib. 106. 107. & 108. argumēta & signa 109. Quis ad eā aptus 106. & 109. Neceſſaria ad salutem 272. Mortificationis initium medū & finis 45. Mulierē niſpudor cōſtrix iſſet, nemo ſaluſ fieret 168. Mulierū conuerſatio nō ſtatim obeſt 165. 166. nō appetēda 167. poſt

mortē non admisit mulierē Anachoreta 400. Pudicariū exem. 351. 371. 509. 493. 532. 533. Impudicæ 449. Anachoreticæ 482. 493. Mundi derelictio quid 23. cauſe ibi. in hac duce nō bis opus est 23. & 24. iniūdiū durū 24. quidā caſu deſerunt nec ideo condēnandi 27. in mūdo viuētē quomodofaluari poſſunt 28. Vide Secularis, Cōuerſio, Peregrinatio & Abrenūciatio.

N.

Naturæ diuerſitas 238. Nominis contra eā pugnantis lamētatio 173. Negligentiā que pellant 113. exem. horrenda eorū qui ſui negligentē fuerunt 356. 357. Nequitia quid ſit 206.

O.

Obedientia quid ſit 44. & ſeq. 77. 85. eſt ala qua in cōelum volamus 44. eſt feſtus eiꝯ & fructus 52. 58. 70. 76. 84. eiꝯ contrariū 45. contra inanē gloriā eſt antidotum 66. 67. quādo ſyncera 66. in qui buſſiā obedire & in qui buſſiā nō, malū eſt 68. ad eā aſpirati quid cogitandum 54. 55. Oratio qd ſit 293. qualis eſſe debeat 293. aſſidua ſit 354. quādo deſiſtendū

299. quomodo inſtituēda 293. abſit multiloquiū 294. adſint pudicitia & la chrymꝯ ibi. abſint impudicę cogitatiōes 300. Quomodo orandū 289. quomodo deuotē orandū 184. Corporea oratio que ſit 171. Cauſe ſolus Deꝯ 301. Spiritus. S. 298. Effectus 300. 271. Varia variorāt 293. an ſolū, an cum multitudine orare ſit vtilius 297. 184. Qui minus meritis ſuis poſtulat maius accipit 229. Deus præuenit quorundā oratiōes & cur 194. aliquādonō exaudit & cur 244. Sanctorū orationes quandoq; nō exaudit 364. ſi non exaudiamur ne dicamus nos fruſtra oraffe 292. Orationis ala fides 287. & 296. miniſterium aliquādo ei præferendum 71. Oratiōis vis 428. 431. 442. 470. 472. 487. Oratio p̄ deſuctis 59. 357. Orāſ cū Deo loquitur 278. aſſidue orationis exē. 501. Opera corporalia Deo mi nꝯ placēt quā ſpiritualia 242. varia inſtētio pulchrē 243. opera ſine fide & fides ſine operibus 273. Origines quantū ſcripſerit & de eius doctrina varia opinio 104. eiꝯ error 103. condēnatus eſt 339. Oſioſa verba nō audiēda 141. ea proferētē quomo

do corripiēdi ib. Chryſoſtomus nunquam otioſe locutus.

Pater ſpiritualis nobis neceſſarius 23. 24. 273. cur 165. vtilis eſt ibid. & 69 70. vnus eligendus 23. qualis eligendus 24. 46. 80. 81. 83. ei noſtra cura committenda 65. ille pro nobis reddet rationē 66. 83. poſtquam elegerimus eum nō iudicabimus, eſſi vitia in eo ſint 46. Virtutes eiꝯ vt videamus, vitia nō item facit Deus, contra diabolꝯ 75. hæc diabolꝯ tentatio quomodo vincenda 46. obediendum ei etiam ſi non admodum ſpiritualis ſit 253. eiꝯ virtutes nō tam iactemus quam imitemur 72. in omnibus etiam que videntur contra ſalutē ei obediendum eſt 76. quouſque bona anima eū ſuſtinet 56. quif cogitandū ſi graua imperet 83. ſubditos aliquādo tētāt & cur 55. Nō deſerendꝯ ſemel electꝯ 70. facilitate eiꝯ nō abutēdum 76. cū corripit nos aliquādo tacendum aliquādo loquendū 84. 65. 270. oratio eiꝯ galca ſalutis 44. præſtat in Deum quā in hūc peccare 83. Parētē q̄ ſint 34. eos deſerēdos 38. qua inſtētiōe deſerendi 38. eorū lachr. nō curā.

I N D E X.

187 meditationes in sō-
nis 187. tentatio diaboli
183. 251.

Somniū quid sit 40. Ijs nō
credendum 41. credenti-
bus quæ mala sequātur
42. demones immittitū,
quæ & qualia 41. vnde
dæmonis somnia cog-
noscenda 42.

Spes quid sit 309. eius ef-
fectus & cum charitate
cōparatio ibid.

Stylitæ quid dicātur 342. Sty-
litarū aliquot dicta &
facta 443. 341. 347. 369.

Superbia quid sit 195. 198.
initium mediū et finis

196. omniū vitiorum lo-
cum sola supplet 196.
eius affinia & contra-
ria 199. 200. eius & ce-
nodoxiæ cōparatio 188.
agratiarum actione in-
cipit 196. reprehensio nē
non admittit 197. cōtra-
riū eius desperatio 260.
eam solus curat Deus,
alia vitia alij. 266. in
quib. superbiendū 197.

T. Aciturnitas vide Si-
lentium

Tempus suum cuiq;
rei statutum. 243.
illud non violandum
249.

Theolog quid faciat 309.
Timor quid sit 187. Timor
Dei vnde sit 307. effectus

308. D. Antonius dicebat
se non timere
Deum 303. egregia de
ea sententia 307. in Tri-
bulatione cōsulatio 113.
Tranquillitas quid sit a-
pud Climacū 232. eius
descriptio 302. gradus.
habet 303. eius perfectio
& finis 304. fructus eius
ibi. & 305. ad cælum ra-
pit carnem 302. eius &
charitatis collatio 307.

Tranquillus quis 302. &
303. Exempla 324. ali-
ud 421. 449.

V. Via angusta quæ 34.
Verbū vñū sæpe ædifi-
cat 239. verba edificatio-
nis vide Aedificatio-
nis verba. verba illustri-
turo operibus 277.
Vinū nō bibētes 346. 500
Virtus latere non potest
247. 271.

Virtus est vitii fegere 506.
varia intentione exer-
cetur 243. cautè fiat ne
vicinum vitium simul
contrahamus 243.

Virtutes quædā insunt à
natura 245. earū semi-
na innata conuertimus
in vitia pulchrè 265. sūt
cōnexæ 133. 135. Virtutū
optimarū catalog. 483.

Vota cū adiecta condicio-
ne in usu olim fuisse 334

V. Aciturnitas vide Si-
lentium

Tempus suum cuiq;
rei statutum. 243.
illud non violandum
249.

Theolog quid faciat 309.
Timor quid sit 187. Timor
Dei vnde sit 307. effectus

Index

I N D E X P E R S O N A R V M
Q V A R V M D I C T A V E L F A C T A I N

Sophronij Prato commemo-
rantur.

A.
A. Biba secularis 530.
Abramius Ab. 375.
Addas monachus
378.

Adelphius Epif. 442.
Agiodulus Ab. 329.
Alexander patriarcha
Hierosol. 346.
Alexand. Ab. 453. 480.
Alexander Cilix Ab. 497.
Amos Patriar. Hieros. 461
Ammonius 367.
Anastafius Imp. 347. 350.
Anastafius Ab. 364
Anaxanon Ab. 355.
Andreas Messenius 430.
& seq.

Andreas Octavi Decimi
Ab. 488.

Antonius Senex in Scopu-
lo 410.

Antenogene Epif. 445.
Apollinaris Patria. Ale-
xan. 514.

Athanasius Epif. Alexan.
523.
Athanasius Ab. 442. &
seq.

B.
Abila mimus 344.
Barnabas Anachor.
329.

Basilius Ab. 352.
Brochus Ab. 510.

C.
C. Allinicus Ab. 450.
Christophorus Ro.
414.

Conon presby. 322.
Conon Ab. 330.

Conon Cilix 335.
Cosmas Scholaasticus 483.
Cosmas Eunuchus 352.
Cometa meretrix 344

Cosmiana Seueriana
361.
Ciriacus Ab. 338. 366. 340.
359.

Ciriacus Latro 477.

D.
D. Auid senex 376. 497.
David Latro 453.

Damiana Abbatis-
sa 438.

Daniel Ab. 428.
Dionysius Epif. Asca-
lonis 489.

Dionysius presby. Ascal.
494.

E.
E. Afrem Antioch. Pa-
triar 347.

Egriarius Ab. 397.
Elias Ab. 332. 365.

Elias Archio. Hieros. 346
Ephremius 349.
Eua.

I N D E X.

E uagrius hæreticus 491.	Ioannes de Petra 428.
E uagrius philof. 517.	Ioannes Rutilius 493.
	Ioannes in Sappas. 321.
F.	Ioannes in Scopulo 394.
	Iordanus Ab. 469.
F lauius Antioch. Pa 346.	Irengus Ab. 367.
tri	Isaac Thebæus 473.
	Isidorus monach. 342.
G.	Iulianus Stylites 340. 369.
	Iulianus Epif. Boftrennis 406.
G aius mimus 360.	Iulianus Arabs 407.
G ennadius patriar. Conftan. 457.	
G eraſimus Ab. 418.	L.
G erontius Ab. 335.	
G eorgius Ab. 364. 423.	L eontius Ab. 324. 372.
G regorius Anachore. 402.	L eo Capadox. 426.
G regorius Byzant. 434.	L eo 1 Papa 459.
G regorius Ab. Sinæ 438.	& ſeq.
G regorius Cappadox. 403.	M.
G regorius magnus Papa 464. 512.	
G regorius pharonita. 434.	M arcus Anach. 329.
G regorius patriar. Theo. politanus 452.	M arcellus Scyt- hiota Ab. 465.
	M achnes ſenex 332.
	M aria meretrix 343.
	M aria peccatrix 383.
	M ena Ab. 462.
	M ena Diaconus 431.
	M oſcus mercator 504.
I.	N.
	N icolaus Ab. 331. 469.
I oannes Anachor. 494.	N icoſia meretrix 344.
I oannes Chryſoſt. 511.	N onnus preſbyter 413.
I oannes Cilix 429.	
I oannes. cyzicus 506.	O.
I oannes Eunuchus 498.	
I oannes humilis 398.	
I oannes miles 381.	
I oannes molbas 373.	O lympius Ab. 329. 453.
I oannes perſa 464.	O rentus Ab. 438.
	F.

I N D E X.

P.	T.
	T heodulus 336.
P alladius Ab. 376. 380.	T heodorus Anach. 447.
382	T heodorus Acliores 357.
P ardus monac. Rom. 412.	T heodorus Alexandri- nus 307.
P atritius ſenex 407.	T heodorus Epif. Darnæ 480.
P aulus Nazerbenſis 354.	T heodorus Pentapolita- nus 475.
P aulus Teliadicus 475.	T heodorus philoſop. 482.
P emenes Ab. 479.	T heodoſius Ab. 374. 392.
P etrus Anachoreta 404.	& ſeq.
P etrus Ponticus 411.	T heophanes 338.
P etrus Calcedō Epif. 447.	T homas Apocriſarius 399.
P olichronius Ab. 225.	T rapezitæ fratres duo 507.
P rocopius Scholaſt. 445.	V.
S.	
	V ictor ſolitarius Ab. 476.
S abbatius Ab. 478.	Z.
S ergius Ab. 431. 438.	
451. 545.	Z achus Ab. 445.
S iſinius Ab. 405. 440.	Z eno Imperat. 487.
S tephanus Ab. 366. 369.	Z oilus lector 482.
S tephanus alius 372.	Z oſimus Ab. 435. & ſeq. 478.
S ymeon Stylites 369. 431.	
432.	
S yneſius Epif. Cirenæ 317.	

Finit Index poſſumarum.

Errata grauiora sic corrigito.

Pag. 8. li. 15. pro mortuis mortis, lin. 16. detiuit deuitauit.
pa. lin. 22. linguæ ignoræ linguæ inrerignote. pa. 56. li.
17. increpiti increpati. pa. 72. li. 2. humilitatem. pa. 82. li.
13. motis mitis. pag. 84. proprium lege propitium. pa. 97. li. 2.
admissis lege amissis. pa. 98. lin. 20. à redundat. pa. 101. lin. 28.
videndi lege viuendi. pa. 115. lin. 3. pleri redundat. pa. 125. fla-
tus lege status. pa. 138. aliorst aliorum & lin. penul. iucandi
iudicandi lege. pa. 150. lin. 21. ascideruat lege absciderūt. pa.
156. lin. 28. ambitig lege abigit. pa. 193. lin. 32. factus lege fa-
stus. pa. 236. lin. 31. contrio lege contritio. 271. lin. 29. fuor fu-
ror. pa. 275. lin. 1. quidem mali lege diminutio quidem mali
pa. 282. lin. 23. studis lege studij. pa. 282. lin. 10. pfectè è perci-
pitata lege perfectè præcipitata. pa. 285. lin. penul. imperito
lege imperitos. 389. lin. 31. perditus lege præditus. 303. lin. 27.
pro ex lege est. & lin. penul. pro me meum. pa. 398. lin. 9. par-
tes lege patres. pa. 425. lin. 26. aduersatorium lege aduersari-
orum. 455. lin. 10. vini lege vinxi. 460. lin. 22. procenū lege.
procerum. pa. 491. lin. 24. frater lege fratres. pa. 500. lin. 23. es
omni lege omnes.

Cætera minutiora sunt.